no verientem, significo me illum in  
quantum verientem et cognoscere. nō  
quisnam se verientem. et sic rōnale  
consequenter. cognosco verientem  
ergo verientem cognosco. Eadem  
dicendum est de hac propositione con-  
cupisco dulce. Sensus enim est quod in-  
venio dulce illud desidero. Sic et rō-  
nus dulcis est non concupisam.



Liber. 3. De oppositioe.  
 Postquam egimus de propositione et pro-  
 prietatibus extremorum eius. restat  
 dicemus de propositionis proprieta-  
 tibus inter quas primum locum tenet  
 opposibilitas.

capitulum Primum

oppositus ergo est propositionum eo-  
 dem subiecto et predicato constan-  
 tum repugnantia secundum affir-  
 mationem, et negationem, qualis  
 reperitur inter has. Socrates currit. So-  
 crates non currit. omnis homo est  
 iustus, quidam homo non est iustus -  
 agimus nunc de propositionibus abs-  
 tractis, nam de modalibus postea dice-  
 mus.

Dividit oppositum in contrariam, con-  
 tradictoriam, et subcontrariam. Con-  
 traria est inter duas propositiones uni-  
 versales alteram affirmativam, al-  
 teram negativam, ut inter has. o-  
 mnis homo est albus, nullus homo est  
 albus. contradictoria est quae reperi-  
 tur inter duas propositiones singula-  
 res, vel inter unam particularem  
 et aliam universalem, qualis repe-  
 ritur inter has Plato est Philosophus -  
 Plato non est Philosophus. et inter has  
 omnis homo est iustus, aliquis homo  
 non est iustus. quae praecipua est inter  
 omnes oppositiones. oppositus subiecto



traria est ea quae reperit inter duas  
propositiones particulares ut si dica-  
mus quodam homo est iustus, qui-  
dam homo non est iustus. Sed huius  
modi oppositio ut colligitur ex Aristo-  
tele. 2. primum valde impropria est  
non enim est eiusdem de eodem ac  
proinde solum in voce est oppositio.  
addunt aliqui quartam oppositio-  
nis genus scilicet inter subalternan-  
tes. et subalternatas. nimirum in-  
ter hanc (quae dicitur subalternans) sci-  
licet omnis homo est iustus. et inter  
hanc (quae dicitur subalternata) al-  
iquis homo est iustus. verumtamen  
huc insuperandum est. quod inter eiusmodi  
propositiones nulla reperit repug-  
nantia. ergo neque oppositio. sicut ve-  
ro hae propositiones vel ambae affirma-  
tiae. vel ambae negatae. nec in ve-  
ritate aut falsitate dissidentes. immo  
ex veritate subalternantis sequitur  
veritas subalternatae. et ex falsitate  
subalternatae sequitur falsitas sub-  
alternantis

assignat autem Aristoteles aliam op-  
positivam definitionem quae cum pre-  
cedenti coincidet. in hunc modum  
oppositio est affirmatio eiusdem de eo-  
dem. non quivocae. et quae cumq; talium  
determinabimus propter sophisticas  
importunitates. / eiusdem scilicet  
predicati et subiecti. ~~eiusdem~~ <sup>eiusdem</sup> ~~non solum~~  
nomine sed et ratione. eiusdemque pu-  
le

negatio



In principali in altera propositionum  
 affirmatae, in altera negatae. eiusdem  
 proprietatis logicalis. nam si in utroque  
 supposito, appellatio alienata, aut  
 appellatio ueracis, iam etiam oppositio  
 cessabit. Et hoc est quod Philosophus  
 in definitione addit. dicens. non quic  
 uoce. Et quocumque talium determina  
 bimus. propter sophisticas importuni  
 tates.

cap. 2. De materia pro  
 positionum

Ante q̄ dicamus de oppositione propo  
 sitionum de eorum materia dicamus  
 oportet. ad dignoscendum in qua ma  
 teria, aut simul uerq̄, aut simul fal  
 sa esse possint. Et igitur materia est  
 triplex scilicet naturalis quae necesse  
 sana uocat. contingens sine accidenta  
 lis. et tertia remota quae et impossibi  
 lis principalis  
 naturalis est illa in qua predicatum  
 non potest non conuenire subiecto siue  
 de illis affirmet, siue neget. ut homo  
 est animal, homo non est animal. et  
 alia in quibus. genus de specie. species de  
 individuo, differentia de specie. propri  
 um de suo subiecto. aut etiam accident  
 inseparabile predicat  
 materia contingens est illa in qua p̄  
 predicatum potest conuenire, aut non  
 conuenire subiecto existenti ut homo  
 est albus. homo non est albus.  
 materia deniq̄ remota est illa in qua

est autem materia  
 similitudo predicati  
 ad subiectum

p̄



predicatum non potest convenire sub  
iecto. ut homo est lapis. homo non est  
lapis

Notandum vero q materia propositi  
onum iudicanda est. secundum rezf  
naturas. et nullo supposito miraculo  
etenim sic homo est angelus. (ut dicitur  
in theologi) non esse in materia  
remota si verbum simul cum natura  
humana. naturam angelicam. deinde  
sequit q multae propositiones necessa  
rie ut sic homo non est lapis sunt in  
materia remota. et multae impossibi  
les sunt in materia naturali. ut ista  
homo non est animal. et multae accide  
ntales in materia naturali. qualis est  
ista cygnus est albus. aut virum est  
niger

### cap. 3. De Regulis oppositionum

Lex contrariarum est q in materia con  
tingenti possunt esse simul falsae. ut  
iste. omnis homo est albus. nullus ho  
mo est albus. in materia vera natura  
si et remota altera erit vera altera  
falsa. ac proinde repugnant in  
veritate. non sic in falsitate

Lex subcontrariarum est. q possunt  
esse simul verae in materia contingenti  
ut quidam homo est iustus. quidam ho  
mo non est iustus. in materia vera natu  
rali et remota. altera est vera altera  
falsa. nunquam tamen ambae reperiuntur  
falsae. ac subinde pugnant in falsitate

Lex



Lex tamen et conditio contradictoriaz.  
 est q. repugnans in omni materia, tã  
 in veritate, qz in falsitate, ades utri  
 qz ambz simul uerz, aut simul falsz  
 reperiri possunt, sed altera uera, altera  
 falsa. ut consideranti facile patebit.

ex dictis colligitur q. contradictio est oppo  
 sitio diuersa in quantitate, qualitate  
 ueritate, et falsitate. Contrarietas  
 uero est oppositio diuersa in qualitate  
 et ueritate. Subcontrarietas denique est  
 oppositio diuersa in qualitate, et fal  
 sitate. Veritas autem prædictorū ex  
 eo constat q. impossibile est idem esse  
 et non esse. et si darentur duz subcontra  
 riæ falsæ darentur et duz contradictoriæ, q.  
 ex falsitate subalternatæ sequitur fal  
 sitas subalternantis, et si darentur  
 duz contrariæ uera darentur et duz con  
 tradictoriæ ueræ, q. ex ueritate subal  
 ternantis sequitur ueritas subalter  
 nantis, et per consequens idem esse et  
 non esse, quod est omnino impossibile

Notandum autem circa dicta q. in pro  
 positionibus debet reperiri oppositio de  
 modo enunciandi, non enim sufficit ad  
 oppositorem, de qua modo loquimur, q.  
 habeant alias aliquam contrarieta  
 tem, et non possint esse simul ueræ, uel  
 falsæ, ut ueritas in his, homo est ani  
 mal, et nullum animal est homo  
 deinde notandum q. certissimus modus  
 assignandi propositiones contradicto  
 rias est præponendo negationem præ  
 præ



positum affirmativum, aut denegando  
 eam a negativa. ut contradictoria  
 huius Socrates currit. est, non socra  
 tes currit. et huius non socrates cur  
 rit. est. Socrates currit. et constat  
 tunc specialiter in propositivis ubi  
 subiectum supportum simpliciter, aut  
 copulata, in quibus aliter contradicto  
 ris assignari nequeunt. nam contra  
 dictoria huius huius est species non est  
 quaedam huius est species. nec contra  
 dictoria huius. omnes apostoli dei sunt  
 duodecim est hec. quaedam apostoli  
 dei non sunt duodecim. sed non om  
 nes apostoli dei sunt duodecim, quia  
 omnis summe collective pro uno nume  
 ro duodecimario  
 neque ut sibi contradicunt seculus et  
 necessarius ad videndum, nullus o  
 culus et necessarius ad videndum quia  
 prima loquitur de oculis indeterminate  
 secundum. secunda de oculis determina  
 te. nec ut de eadem causam. ut  
 quibusdam videtur contradicunt pro  
 multo librum, nullum librum tibi tibi  
 pro multo  
 ex dictis colligitur quod cuiusque propositio  
 ni potest assignari sua contradictoria  
 non tamen illi potest assignari con  
 traria. aut subcontraria  
 ad contradictionem autem propositio  
 num de futuro contingenti. sufficit quod  
 altera sit determinate vera, et alte  
 ra indeterminate falsa  
 quod si aliquas contra legem contradictoria

quod huiusmodi pro  
 positio non est qua  
 ta

cunctis

B

7



rum. qd si sunt ambobusq; in hoc gy  
 mnasio sunt homines. in hoc gymnasium  
 non sunt homines. qd prima vera est. ut  
 patet. et secunda qd in hoc gymnasium  
 sunt ligna que non sunt homines. Res  
 pondet. qd in hoc gymnasium non sunt  
 homines facit sensum distributum  
 et est idem ac dicere in hoc gymnasium  
 nihil est quod sit homo. et idem dicen  
 dum de lignis in sequana sunt pisces. in  
 sequana non sunt pisces. ac proinde est falsa.  
 estque autem. omne animal fuit in ar  
 ca noe. aliquod animal non fuit in  
 arca noe. contradicent sibi si distribu  
 tu sumat utrobique eodem modo scilicet  
 esse aut pro singulis generum. ac pro  
 generibus singulis. / nam et distri  
 buendo ly animal pro generibus singu  
 larum est vera licet propositis. omne  
 animal quod definitur est species. qd  
 individua non definiuntur.

cap. 4 de equi-pollentis.

Equi-pollentia propositum utro  
 que ipsum sonat est diversarum pro  
 positionum equi-pollentia. inuenitur  
 autem ex ab auctoribus. ut copiam quis  
 ad disputandum acquirat. quibus  
 docuerunt absolute  
 Primum est si signum universale. vel  
 particulari propositae negatio equiva  
 let suo contradicentis. ut non omnis  
 equivalet huic. quidam non. et non  
 quidam non equivalet huic / Omnis  
 se



Secundum documentum, si signu  
universali postponat negatio equiva  
let suo contrario. ut omnis non. equi  
valet nullus, et nullus non. est idē  
quod omnis.

Tertium documentum est. si signu v  
universali. vel particulari proponat  
et postponat negatio equivalet suo  
subalterno. ut non omnis non. equi  
valet aliquis. et non aliquis non. e  
quivalet omnis.

et sic non uterqz equivalet alter non.  
non alter non equivalet uterqz. non  
neuter equivalet alter. non alter  
equivalet neuter. uterqz non equiva  
let neuter. neuter non equivalet uter  
qz. non uterqz non equivalet alter. nō  
alter non equivalet uterqz. non neu  
ter non equivalet alter <sup>non</sup>. alter nō  
equivalet neuter. nunqz non equiva  
let semper. Semper non. nunqz. non  
nunqz equivalet unqz seu aliquando  
non nunqz equivalet nunqz.

cap. 5. de conversione  
conversionis est permutatio extremorum  
verbum est animal. animal est ho  
mo. usus est utilitas conversionis est  
ut secundum syllogismos imperfectos  
ad perfectos reducere. ut videbitur lib.  
5. Est autem triplex conversio  
simplex qua convertuntur propositiones  
universales negative. et particula  
res



res affirmatiue. ut nullus homo est  
 lapis. nullus lapis est homo. aliquis  
 homo est animal; aliquod animal  
 est homo. manente eadem quanti-  
 tate, et qualitate. et dicuntur simplices  
 uersus, quia propositiones per se in se ipsas  
 conuertuntur.

conuersus per accidens est permutatio  
 unius extremi in alterum, manente  
 eadem qualitate, non tamen quanti-  
 tate: quia conuertuntur uniuersales  
 negatiue. Et uniuersalis affirmans. N.g.  
 nullus homo est brutum, aliquod brutum  
 non est homo. Omnis homo est animal  
 aliquod animal est homo.

conuersus per contrapositionem est  
 permutatio extremorum, manente  
 eadem quantitate, et qualitate. et ter-  
 minus finitus mutatus in infinitus, quia  
 conuertuntur uniuersalis affirmans, et  
 particularis negans. N.g. omnis homo  
 est animal, ergo omne non animal  
 est non homo. aliquis homo non est  
 lapis. ergo aliquis non lapis est non ho-  
 mo. quod conuersus fere nullus est mo-  
 menti, cum tantum absue in propo-  
 sitiones explicite (quod ad conuersionem  
 pertinet) ut potius illas obscuras. ni-  
 si dicas omnis homo est risibile, ergo  
 omne, quod est risibile est homo. homo  
 non est lapis, ergo quod est lapis non est  
 homo. hec omnia explicare hinc am-  
 nubus. Simpliciter Feci. Conuertit eua  
 per accidens. Ast. O. per contra. sic fere  
 uersus tota / et predicta carmina ex-  
 phi.



pluribus / asserte a, negat e. sunt  
particulae universaliter ambae, asse-  
rue .s. negat o, sunt particulariter am-  
bae. Notandum autem q, a universa  
ad convertentem est bona consequentia  
non tamen semper e contra. Ex a u-  
versa ad convertentem. Ex q.  
omnis homo est albus. ergo aliquod al-  
bum est homo. non tamen e contra. Ex  
quod album est homo. ergo omnis homo  
est albus.

Secundo notandum est q, in omnibus  
versionibus servanda est eorum unumq  
nificatio, suppositio, ampliatio, restric-  
tio et appellatio.

### cap. 6. De modalibus.

Propositio modalis est que afficit ali-  
quod id est quatuor modorum. possi-  
bile, contingens, impossibile, necesse,  
sicut Petrum disputare est possibile  
est autem modus adiacens rei determi-  
natis. est autem multiplex. vel deter-  
minans verbum. ut Petrus sapienter dis-  
putat. vel determinans tempus. ut Pe-  
trus cras disputabit. vel determinans to-  
tam propositionem ut Petrum disputa-  
re est possibile. et de modis finitis ter-  
tij generis futurus est nobis sermo.  
Sunt autem quatuor predicti. sicut  
modaliter sumpti ut supra sine adu-  
bitaliter ut si dicas. possibiliter, contin-  
genter, impossibiliter, necessario / Cy-  
erum verum. et falsum non constituitur  
pro



1) Propositiones modales. ratio est quod non  
 addunt aliquem modum specialem rei  
 praeter esse et non esse; quod rebus omnibus  
 commune est. nec scitum, creditum  
 aut imaginabile. quia non tam dicuntur  
 dum ens, aut rei. quia actum intellectus.  
 Est autem duplex modalis scilicet com-  
 posita. quae consistat modo nominaliter  
 sumpta. et divisa quae consistat modo sum-  
 pta adverbialiter.  
 Est etiam propositio de inesse sine offi-  
 cians quae modalis explanationi deservit  
 et similiter duplex. scilicet vel de in-  
 tem seculo tempore. cum copula est praesentis  
 tempus. vel de extrinsecis quando est de pra-  
 teritis aut futuris. et haec est categorica  
 N.g. officians huius Petrum disputare  
 est possibile. est haec. Petrus disputat. quae  
 est possibilis  
 Modalis composita facit sensum compo-  
 situm componit tempus. sensus autem  
 positus est verificatus totus propositionis  
 secundum informale. N.g. album esse ni-  
 grum est possibile. sensus est album qua-  
 ratione album est. et est tempore. quod est  
 album esse nigrum esse possibile  
 Modalis divisa facit sensum divisum. se-  
 nus autem divisus est verificatus propo-  
 sitionis secundum diversum tempus et secun-  
 dum materiale. N.g. album possibiliter est  
 nigrum sensus enim est quod res quae est al-  
 ba non eodem tempore. sed alio potest esse.  
 nigra. Item modalis composita imme-  
 diate resolvit per suam officiantem de  
 inesse. N.g. Petrum currere est possibile  
 in



immediate resolve in illam. licet pro  
posito Petrus currit est possibilis.  
modalis vero divisa non immediate  
resolve partem officiantem. sed pri  
us per descensum. et descensum  
supponit vero modalis propositum  
secundum intentionalem. sed primam  
intentionalem pro re nimirum signifi  
cata per ipsam. et non pro ipsa propo  
sitione. 11

dictum atriari modalis compositae in  
ta probabiliorem sententiam supponit  
non personaliter. sed immobilitate et  
simpliciter et tamen terminus singu  
laris. unde colligitur tertium discrimen  
inter modalem compositam. et divi  
sam. quia in modali composita non est  
saberida ratio quantitatis ratione dic  
ti. unde nec sunt contrarii. nec sub  
contrarii. nec subalterarii. ratione dic  
ti. In modalibus vero divisis habet  
ratio quantitatis ratione subiecti. sine dicitur  
et ideo omnes omnes oppositiones re  
perunt in illis ratione subiecti.

De equipollentijs modalis comp  
circa equipollentias reus candum est  
quod diximus cap. de equipollentijs  
nimirum pro contradic. post contradi.  
Item ad advertendum negationem post  
<sup>anteponendam</sup> esse modo. <sup>ut</sup> quando propositio  
<sup>sit</sup> est negativa de dicto. et anteponendam  
esse modo. <sup>modo</sup> quando est negativa de modo. <sup>dicto</sup>  
et anteponendam et postponendam esse  
mo.

modo  
de dicto








causa per ipsam. et non pro ipsa propo-  
sitione. 11  
dictum etiam modalis compositio iux-  
ta probabiliorum sententiam supponit  
non personaliter, sed immobilitate et  
simpliciter et tamen terminus singu-  
laris. unde colligitur tertium discrimen  
inter modalem compositam, et divi-  
sam. quia in modali composita non est  
saberenda ratio quantitatis ratione dic-  
ti, unde nec sunt contrarii, nec sub-  
contrarii, nec subalterni ratione dic-  
ti. In modalibus vero dicitur subec-  
ratur quantitatis ratione subiecti, si medietas  
et ideo omnes omnes oppositiones re-  
periuntur in illis ratione subiecti.

De equipollentijs modalis compo-  
sitionis equipollentias reus candum est  
quod diximus cap. de equipollentijs  
scilicet in precontradictio postcontradictio  
Item ad advertendum negationem post-  
ponendam esse modo, quando propositio  
est negativa de dicto, et anteponendam  
esse modo, quando est negativa de modo, deinde  
et anteponendam et postponendam esse  
mo-

modo  
de dicto



Equi pol Len tes	Pur	Petr. nō disp. nō est pos	contrariis	L	Petr. disp. nō est pos	Equi pol Len tes
	pu	Petr. nō disp. nō est cont		Si	Petr. disp. nō est cont	
	re	Petr. nō disp. est impo		a	Petr. disp. est impo	
	a	Petr. disp. est necesse		ce	Petr. nō disp. est nec <sup>se</sup>	



Equi pol Len tes	A	Petr. disp. est possib	Subcontrariis	c	Petr. nō disp. est possi	Equi pol Len tes
	ma	Petr. disp. est contin		den	Petr. nō disp. est cont	
	bi	Petr. disp. nō est impo		tu	Petr. nō disp. nō est impo	
	my	Petr. nō disp. nō est nec <sup>se</sup>		ly	Petr. nō disp. nō est nec <sup>se</sup>	

Notandum autem pro intelligentia illarū dicto-  
rum. Purpurea. Amabilissimus. Hiace. et edentaly  
q. demonstrant affirmatis nō est aut negationes in mo-  
dis et dictis. quod dialectici hinc armine signifi-  
cunt. C. dictum negat. I. modum. nihil A  
sed. V. hinc.

suis no  
calibus



## de modalibus diuisa

Modalis diuisa est quae constat modo  
ad uerbaliter sumpto. ut homo ne-  
cessarius est animal. De oppositione  
autem huiusmodi propositionum. in  
his addendum est. praeterea quae dixi-  
mus cap. 1. 2. et 3. de oppositionibus  
circa equipollentias autem earum  
reuerca in memoriam illa carmine  
Præcontradic. postcontra. præpostq; subal-  
similiter circa uersionem uide <sup>ter</sup>  
quae diximus capite. 5. de uersione  
solum animadvertendum occurrit.  
Ly. necessarius conuertitur quandoq; in  
possibilitate. ut. siq; deus necessarius  
creat. quae conuertitur in hanc creatis  
possibilitate est deus. aliter enim dare  
e antecedens uerum. et consequens fal-  
sum immo heget sicum. q; sensus esse  
deum ueluti ualidum. et compulsum  
creare.

## cap. 7. De hypotheticis

Propositio hypothetica est quae constat  
pluribus propositionibus uel orationibus  
in media aliqua coniunctioe connexis  
Aduertendum autem q; negatio (ut  
reddat hypothetica negatiua) adhibe-  
da est in partibus. scilicet propositioni-  
bus. uel orationibus quibus constat. sed  
conuentionem uel uelanti. N. g. Si. in  
conditionalibus. et. in uelanti et  
in disiunctiuis. uel. uide uelanti



Negativa nulli homo disputat et lo-  
 quitur. etenim negatio nominalis tan-  
 tum negat categoricam in qua est  
 locutus. adverbialis autem incho pro-  
 positionis sua negat, non solum ca-  
 thegoricam in qua est. sed et alias et-  
 iam, in quibus non est. N. g. non Pe-  
 trus disputat, et loquitur. et ambulat.  
 et inde istae non sunt contradictoriae. si  
 Petrus currit non movet, si Petrus non  
 currit non movet. quia copula si. utro-  
 que affirmat. negatio igitur destruit  
 quod quod posse invenit tanquam summo  
 obiectum, autem in his propositionibus est  
 tota Sympthetica. et non eius categoricam  
 Notandum etiam quod in propositionibus  
 Symptheticis (cum non sint quantae) so-  
 la oppositio contradictoria reperitur per  
 negationem copulae principalis. alias  
 enim istae essent contrariae. si omnis  
 homo disputat, omnis homo loquitur. si  
 nullus homo disputat nullus homo lo-  
 quitur. quod esse non possunt cum sint  
 ambo vera

Sympthetica triplex est scilicet conditi-  
 onalis. in qua coniunctio est. Si. copula  
 hinc in qua est. et. et disiunctiva in  
 qua est. vel. Inter quas principem  
 tenet locum conditionalis. nam Symp-  
 thetica graece. Latine sonat suppositi-  
 va; quod tantum reperitur in conditi-  
 onibus proprie. etenim rationales in qui-  
 bus est. ergo. et causales in quibus est. quia  
 reducuntur ad conditionales. aut ad argu-  
 mentum



note

mentationem sunt etem in consequē  
tiā ut patet

### cap. 3. De Conditionalibus

Conditionalis vera est quando conse  
quens inferre ex antecedenti. ut si Pe  
trus currit, movetur. falsa e converso  
ut si Petrus movetur currit. Negati  
va vera est cuius affirmativa est fal  
sa. ut non si Petrus movetur currit. Ne  
gativa falsa est cuius affirmativa est  
vera. ut non si Petrus currit movetur  
ad veritatem conditionalis requirunt bo  
nitas consequentis. quae cum semel est  
bona semper est bona. ac providentia  
sana. et converso si est mala semp  
mala. et impossibilis.

~~ab affirmativa~~ Cui autem arguendi sunt in  
conditionalibus sic a totali conditionalibus  
cum affirmativa antecedentis ad af  
firmativam consequentis. et converso  
ut si Petrus currit movetur. sed  
currit. ergo movetur. Non tamen e contra  
ab affirmativa consequentis ad affir  
mativam antecedentis. ut si inferas  
movetur ergo currit. / Inde ~~negatio~~  
~~non antecedens~~ a totali conditionalibus cum  
negativa consequentis ad negativam  
antecedentis est optima consequentia  
N. g. si Petrus currit movetur. sed non  
movetur. ergo non currit. Non tamen se  
quitur bene e contra. a negativa antee  
dentis ad negativam consequentis  
hoc autem intelligendum est quando af  
fir

affirma  
tiva



firmatio<sup>no</sup> est causa affirmati<sup>o</sup>nis et ne  
gatio causa negati<sup>o</sup>nis, ut contingit  
in re<sup>o</sup>prociis. ut in homine et rationali  
sequit<sup>r</sup> enim. si est homo est rationalis  
si non est homo non est rationalis.

Notandum q<sup>d</sup> conditionales promissio<sup>es</sup>  
non sunt necessariae, uel impossibiles  
immo contingentes quia<sup>m</sup> ueritas a se  
lo des cognoscit ut si legeris dabo ti  
bi librum. ~~ad hoc~~ neq<sup>ue</sup> ad eorum ueri  
tatem requirit<sup>r</sup> bonitas consequentia<sup>m</sup>  
sed sufficit antecedens non posse esse  
uerum quin promissio impleat<sup>r</sup>. que<sup>m</sup>  
significat<sup>r</sup> per consequens

In conditionalibus uero reflexiuis con  
ditio<sup>is</sup> leges et pacta sunt seruanda  
sunt reciprocatione

Deniq<sup>ue</sup> sunt propositiones categorice  
de conditionalibus extremis. N. g. si ho  
mo animal est. quarum ueritas cognos  
cit<sup>r</sup> si referant<sup>r</sup> ad suas conditionales. ut  
si homo est, animal est

cap. 9. de copulatiuis

Notandum circa hoc q<sup>d</sup> ly. et potest  
sumi<sup>r</sup> de copulatiue. cum coniungit di  
uersas propositiones uel orationes. ut Pe  
trus cinis. et mouet. uel copulatiue. si  
licet cum coniungit diuersos terminos  
ut Petrus et Paulus. quod uulgo dicit<sup>r</sup>  
copulatiue extremum. Rursus copulatiue  
sumit<sup>r</sup> dupliciter scilicet aut complexiue  
quando copulat terminos ex quibus fit u  
num extremum categorica quod cognos  
cit<sup>r</sup> si uerbum ponit<sup>r</sup> in numero plurali  
ut



ut Petrus et Paulus sunt ecclesie prin-  
cipes. nec copulatione diuisione quare  
copulat terminus ex quibus non fit u-  
num extremum. quod cognoscet si ver-  
bum ponat in numero singulari. ut  
Petrus et Paulus sunt Apostolus.

ex quo colligitur duplex copulatio scilicet  
Sicut altera simpliciter: altera de co-  
pulato extremo

Ad ueritatem copulationis requiritur u-  
triusque partem esse ueram. ad falsita-  
tem sufficit alteram partem esse falsam  
Ad impossibilitatem satis est alteram  
partem esse impossibilem. ut huius est  
risibilis et est equus. uel utramque par-  
tem non esse impossibilem. Sicut utramque  
seorsum sumpta sic possibilis N. g. Petrus  
loquitur et non loquitur  
Ad necessitatem requiritur utramque par-  
tem esse necessariam ut huius est ani-  
mal. et est rationalis.

~~Primum~~ locus disputandi in copulati-  
onis est a tota copulatione ad quamlibet  
eius partem. uel ad disiunctiuam con-  
iunctiuam ex eisdem extremis. N. g. Pe-  
trus disputat. et loquitur. ergo disputat.  
Item Petrus disputat et loquitur. ergo  
disputat uel loquitur per copulationem plu-  
res requirit causas sugneritatis. quod pars  
erit. aut propositio disiunctiuam  
~~Secundus~~. Non tamen ualeat consequen-  
tia a copulatione de copulato extremo  
complexiue sumpta ad quamlibet eius  
partem; uel ad disiunctiuam constan-  
tem



tem ex eisdem extremis. non enim  
 sequitur materia et forma sunt Petrus,  
 ergo materia est Petrus. nec etiam  
 ualeat. ergo materia uel forma est Pe-  
 trus. Et ita solvuntur illa argumenta  
 contra Petrus et Paulus portantem lapidem  
 ergo Petrus portat lapidem. nulla est  
 enim consequentia casu quo ambo si-  
 mul portantur, quod alter sine altero  
 portare non sufficit. nec sequitur Pe-  
 trus et Paulus sciunt septem artes li-  
 iberales. ergo Petrus scit septem artes libe-  
 rales. Committitur enim in his omnibus  
 fallacia divisionis.

### Cap. 10. De disiunctiua

Disiunctiua autem uel est simpliciter  
 talis. uel de disiuncto extremo. ut Pe-  
 trus uel Paulus loquitur. potest autem  
 uel. seu / aut / sum disiunctiue aut  
 disiunctim. quando terminum disiungit  
 propositiuae, aut quando disiungit  
 terminos. Disiunctim rursus dupliciter  
 scilicet complexiue quando disiungit  
 terminos ex quibus fit unum extremum  
 ac prout una categorica. V.g. Petrus  
 uel Paulus disputat. Disiunctim diui-  
 siue est. quando disiungit terminos, ex  
 quibus fit unum extremum. immo  
 uirtute diuisiue propositiuae uel  
 orationes. V.g. Petrus uel Paulus dis-  
 putat. Sic enim exponit diuisiue uel Pe-  
 trus disputat, uel Paulus disputat. et idem  
 uirtute hypothetica est.

Ad



ut homo est  
animal. vel  
risibilis.

Ad veritatem disiunctivam requiritur  
et satis est alteram partem esse veram  
ut homo est rationalis. vel irrationalis.  
Sic. ad falsitatem requiritur utramque  
partem esse falsam. immo si utraque pars  
eius vera sit ipsa redditur falsa. quod disiun-  
ctiva. ut notat sonat ex officio utram  
partem separat ab alia. et veritatem et  
falsitatem disiungit. et hoc confirmat  
et quod disiunctivis inter pugnantia aut  
non sibi coherentia utimur. V. g. aut  
dies est aut non est.  
quod dicimus de veritate de possibilitate  
dicendum est. et quod dictum est de  
falsitate. de impossibilitate asserendum  
est.

Si parte disiunctivam ad totam disiun-  
ctivam recta sit illatum. ut Petrus dispu-  
tat. ergo vel ambulat. vel disputat.  
Item a tota disiunctiva cum affirma-  
tione unius partis ad negationem altere  
rursus et contra a negatione unius par-  
tis ad affirmationem alterius recte in-  
ferre. V. g. aut dies est. aut non est. sed  
dies est. ergo non est. sed non est  
ergo dies est. quod disiunctiva ponit inter  
ea que sibi non coherent.



Liber 4<sup>us</sup> De exponibilibus Per sex capita

Propositio exponibilis est que observari  
talem habet ratione alicuius dictorum  
que in ipsa reperit. et in idem exponi  
tione persuas exponentes.

exponibiles catenae propositiones sunt  
sed ratione exponendum sunt hypothetice  
tunc. N.g. tantum homo est animal  
que sic exponit. homo est animal et  
nihil aliud ab homine est animal

virtualiter et

c. 1 Sunt ergo propositiones exponibiles in  
multiplici differentia. que dantur scilicet  
exclusivae. N.g. tantum homo est animal  
autem. N.g. tantum homo est rationalis. id est homo est rationalis

c. 2 exceptivae sunt in quibus est dictum excep  
tiva. N.g. praeter praeterquam. nisi

et nihil ab eo est ratio  
nale.

c. 3 Reduplicativa est in qua ponitur dictum  
reduplicativa. N.g. quatenus. in qua  
tum, secundumque. possunt autem eius  
modi dictiones summi. scilicet specificativae  
scilicet quando importat naturam et  
speciem (ut nominat) N.g. cum dicitur  
omnis color in quantum color est obiectum  
visus. vel reduplicativae scilicet quan  
do denotant causam. et sic sumuntur in  
presenti. N.g. homo in quantum ratio  
nalis, et visibilis. exponit sic. homo est  
visibilis, quia est rationalis

id est omne animal  
praeter hominem est  
brutum. id est omne  
animal aliud ab ho  
mine est brutum.  
Solent adduci tres  
exponentes que hanc  
exponibilem decla  
rant. sed forte ma  
gis illam observam  
et difficilem reddunt  
oppositioes autem  
in exponibilibus ex  
ponentibus dignos  
cunt.

c. 4 Est etiam propositio exponibilis in qua  
reperit verbum differt. que si affirmati  
va est exponit negativae, si negativae af  
firmativae. N.g. Petrus differt a Paulo ex  
ponit. Petrus non est Paulus. et sic Petrus

Petrus est et Paulus  
est et tamen.



trius non differat a Paulo. exponit Pe-  
trus et et Paulus et. et tamen Petrus et  
Paulus.

Sunt etiam exponibiles propositives in c. 5  
quibus sunt nomina comparativa et  
superlativa. quare explicatis ex gram-  
matica satis constat.

Propositives denique in quibus ~~est~~ Ver. 1 c. 6  
ba. incipit. ~~per se~~ expositione indi-  
genis. scilicet per et et non fuit, non est  
et erit. et similiter ille propositives  
in quibus est verbum. desinit. que ex-  
ponunt. per non est et fuit. et per et, et  
non erit. Et hactenus breviter de ex-  
ponibilibus et septem capitibus quibus  
eay materia in huc quarta libro adia  
Sedius tractari solet.



## Liber Quintus De Syllogismis

Postquam de rebus simplicibus  
scilicet de terminis et de propositio-  
nibus restat agamus de argumentati-  
one. que finis est operis totius dialec-  
ticæ. est ergo argumentatus ratio  
colligendi unum ex aliis. cuius quat-  
ridu sunt species. scilicet syllogismus  
enthimema, inductio. et exemplum. et  
de syllogismo tanquam de prima et prima  
per argumentationis specie primo dicam.  
constat autem syllogismus. sive et res  
omnes naturales et materia et forma.  
cuius materia remota est terminus  
proxima autem propositio. est autem  
propositio est affirmans de aliquo. uel a-  
firmans ab aliquo. id est affirmans. uel  
negans. et Rursus propositio uel  
necessaria est et est materia syllogis-  
mi demonstratiui. de quo disputat Aris-  
totelēs in duobus libris posteriorum. uel  
est probabilis. et est materia syllogismi  
dialectici. de quo latissime disputat Aris-  
totelēs in octo libris topicorum. uel est impro-  
babilis et sophistica. et est materia syllo-  
gismi fallacii. et sophistici de quo  
fusedisserit Aristotelēs in duobus li-  
bris elenchorum.

Forma syllogismi seu principium  
male ipsius est ratio et uis colligendi et  
inferendi. et hoc principium formale  
duplex est. alterum internum. exter-  
num uero alterum. internum est dispo-



Sicut syllogismi in modo et figura. ex  
terminum vero principium formale est  
duplex. alterum affirmativum scilicet  
Sicut dicitur de omni. alterum negati-  
vum scilicet dicitur de nullo. quae un-  
de pro precepta regulativa appellari so-  
lent. quia syllogismi omnes regulan-  
tur. Dicitur autem de omni est predi-  
cationum ita dicitur de subiecto. ut nihil  
sub subiecto sit. de quo non dicitur predi-  
cationum. ut omnis homo est animal. Pe-  
trus est homo. ergo Petrus est animal.  
Dicitur autem de nullo est predi-  
cationum ita dicitur de subiecto. ut de nul-  
lo sub ipso contento predicetur. N. g. nul-  
lus homo est lapis. Petrus est homo. ergo  
Petrus non est lapis.

Hoc principium formale tam externum  
quam internum duplex est. scilicet Prius  
et posterius. Prius  
est quando predicationum dicitur de  
subiecto universaliter accepto. ut omnis  
homo est <sup>albus</sup> animal. nullus homo est ani-  
mal. Posterius est quando pre-  
dicationum necesse est convenire subiecto  
sive distributo. sive non distributo. ut  
homo est animal.

neque obstat quod syllogismus affirmativus  
perfectus. coincidat cum dicitur de omni. et  
perfectus negativus cum dicitur de nullo  
quod ad huc clarus eiusmodi syllogismi  
per dicta principia declarare et eorum  
vis ostendere. neque haec principia exter-  
na



na necesse est conveniant syllogis  
mus expositivis, qui ex singularibus  
sunt. sufficit enim conveniant eis in  
terna principia.

Syllogismus ergo est argumentatio  
in qua quibusdam positis, aliud sequi  
tur, ex his que posita sunt / sine conve  
dant premissis sine non, non enim in  
syllogismi exposita perdet, vel nega  
tione, vel concessione.

explicat autem definitio sic. ex his que  
posita sunt in modo et figura, per quod  
excludit inductis. deinde per ly ex  
his, intelliguntur due propositiones sui  
sive maior et minor. per quod excludi  
t entimema, que unica antecedente  
constat. ponit vero ly necessario ad ex  
cludendum etiam exemplum, que est  
alia argumentationis species, in qua  
non necessarius inferit. quod colligitur.  
ex dictis sequit consequentiam in acceri  
alem non esse syllogisticam non enim  
tenet ex vi forme, neque est argumeta  
tio simpliciter, sed secundum quod.

Notandum autem q, modus dicemus  
de syllogismo categorico, qui duplex  
est scilicet dispositus in modo et figura.

Notandum autem q, syllogismus ad  
huc duplex est scilicet Hypotheticus con  
tans ex propositionibus Hypotheticis. de  
quo modo non loquimur, et categorico  
qui ex propositionibus categoricis con  
tatur. et sic adhuc duplex nimirum ex

necessa  
rio

po

*[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]*



positivus de quo postea futurus est ser-  
mo. et dispositus in modo et figura  
de quo nunc loqueridum nobis est.

### Capitulum Secundum

Syllogismus quandoque sumit ab A  
subiecte. pro duabus premissis. maiore  
scilicet. et minore tantum. quandoque  
pro ipsis et conclusione que inferitur  
sunt autem in syllogismo tres ter-  
mini. scilicet maior extremitas que  
ita nuncupatur. quod supra continet. vel  
quod continet in maiori propositione. et  
minor extremitas sic dicta. vel quod pau-  
ciora comprehendit. vel quod minus in-  
volucatur. et tertius terminus est me-  
dium sic vocatum quod mediace inter  
maiozem. et minorem extremitatem  
et ipsas in conclusione ~~ter~~ connectit  
In syllogismo ergo restat considere-  
re principia interna formalia que  
sunt figura et modus.

Figura est coordinatio trium terminorum  
secundum debitam subiectionem et  
predicationem

Figura ~~vero~~ est triplex. Prima est in  
qua medium subicitur <sup>maiori</sup> et pre-  
dicatur <sup>minori</sup> in ~~maiori~~. ut omnis homo est visi-  
bilis. Petrus est homo, ergo Petrus est vi-  
sibilis. Secunda figura est quando me-  
dium est predicatum in utraque premissa  
tertia figura quando medium est sub-  
iectum in utraque premissa. N.g. omnis  
homo est animal, omnis homo est sub-  
stan-

tan

quod bis sumit  
in premissis

modus autem est  
coordinatio trium  
propositivorum se-  
cundum debitam  
quantitatem et  
qualitatem

N.g. nullus la-  
pis est animal  
omnis homo est  
animal. ergo -  
nullus homo est  
lapis.



stantia. ergo aliqua substantia est  
 animal. Nec admitterenda est quar-  
 ta figura quam galenus addidisse fer-  
 tur cum scilicet medium predicat  
 in maiori. et subicit in minori. ut  
 omniseribile est rationale, omnera-  
 tionale est homo ergo omnis homo est si-  
 bilis. Dato autem quare admitteri non  
 debet ea quae quoniam non concluduntur  
 in terminis conuertibilibus. quales sunt  
 adducti in praedicto syllogismo et ratione  
 materis. alias enim non sequitur omnis  
 lapis est substantia, aliqua substantia  
 est homo, ergo aliquis homo est lapis.  
 conclusus ergo in quarta figura infertur  
 ex materia. et tenet aliquando in  
 Barbara sed non recte concluditur in ea  
 quae non sufficit ad recte concludendum, quod  
 utrumque praedictae maiorae extremitas de-  
 minoris. Et inde est quod cum quis minus be-  
 ne argue dicit syllogizare in quarta fi-  
 gura

Modus est ordinatus terminum propositio-  
 num secundum debitam quantitatem  
 et qualitatem. est autem debita quan-  
 titas, cum saltem altera praemissarum  
 est universalis. et debita qualitas cum  
 saltem altera earum est affirmativa, quod  
 neque ex puris particularibus, neque ex puris  
 negativis recte aliquid concludi poterit

cap. 3. de Regulis syllogismorum.

quinque regulae generales notanda sunt pro  
 omnibus figuris et eorum modis. Prima quod  
 ex puris particularibus nihil sequitur. quod  
 concluditur ex eis una extremitas cum alte-  
 ra

Sunt autem in  
 prima figura -  
 novem modi. in  
 2. quattuor. et  
 in tertia sex.



ra. Secunda regula est q. ex p. nega-  
tuis nihil etiam sequit. et ratio est ea-  
dem q. q. in antecedenti non sunt ea-  
dem in tertio. non poterunt esse eadem  
inter se. / Tertia regula q. s. altera pre-  
missarum fuerit particularis conclusio  
non erit universalis. sequit enim de  
biliorum partem premissarum. alias ef-  
fectus (qualis est conclusio respectu pre-  
missarum) vinceret in perfectiore suam  
causam.

Ex particulari  
sequitur univ. ex  
sali. quod assensio  
potest

quarta Regula. si altera premissarum fu-  
erit negativa conclusio etiam erit nega-  
tiva. ob causas in superiori regula assign-  
atas.

quinta Regula est q. medium non de-  
bet ingredi conclusionem. ad hoc enim  
deseruit in premissis ut in conclusio-  
ne. ut una extremitas de altera produca-  
tur.

Sunt etiam defectus quidam vitia  
de circumiter in omnibus figuris. ex  
quibus quidam sunt interni. quidam ex-  
terni. Interni autem sunt sex.

Primus quando medium sumit equivo-  
ce. / Secundus <sup>cum</sup> accipit pluribus acceptio-  
nibus ut puta cum medium est terminus  
plexus compositus ex rectis et obliquis. et ob-  
liquis antecedit rectum. / Tertius quan-  
do medium non distribuit modo debito.  
quartus defectus est quando medium ma-  
gis ample sumit ubi non distribuit q. ubi  
distribuit. Quintus est quando medium  
magis ample sumit in affirmativa pre-  
missis



missa q̄ in negativa. Sextus est cum  
medium in utraq; premissa negat. sed  
hic defectus coincidet cum secunda re-  
gula superius tradita.

Defectus externi (qui sunt illi qui //  
committuntur in conclusione) est sicut  
quod interni. Primus enim est qua-  
ndo conclusus est generalis / secundus  
quando ~~conclusus~~ accipit pluribus ac-  
ceptionibus. id est quando conclusus  
accipit unice acceptione: altera ve-  
ro premissarum usurpat pluribus ac-  
ceptionibus. Tertius quando in conclu-  
sione fit illatio a non distributo ad dis-  
tributum. quartus defectus est quan-  
do argumentamur a confusa ad de-  
terminatam. Quintus coincidet cum  
quarta regula superius tradita. nimirum  
cum conclusus est negativa al-  
tera premissarum existerit negativa  
Sextus est quando copula conclusio-  
nis non sequit copulam premissarum

cap. 4 De Prima Figura

In hac figura duo particularis defectus  
sunt evitandi. Primus ne minor sit  
negativa. Secundus ne maior sit par-  
ticularis q̄ sic medium in utraq; pre-  
missa distribuitur

In hac figura sunt novem modi. Bar-  
bara. Celarem. Darij. Teres / Bara-  
lepton. Celantes. Dabitis. Fapesmo  
Trisesomorum. ex his quattuor pri-  
ores

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially illegible]*

*[Marginal note:]* Sic enim maior  
extremitas que  
in antecedenti  
est distributa in  
conclusionem distri-  
buitur



^ N. g. in Barbara  
omne animal ratio  
neda est visibile  
omnis homo est ani  
mal rationale.  
ergo omnis homo  
est visibilis.

res sunt perfecti. & quinque posteriores  
imperfecti. Inter quos tunc est discrimen  
quod quattuor perfecti concludunt directe  
quod est maiorem extremitate  
predicari de minorij. Quing autem  
posteriores imperfecti concludunt in  
directe. tunc est in eis predicat minor  
extremitas de maiorij. ^

^ N. g. in Baralip  
ton. omne animal  
est substantia, o  
mnis homo est ani  
mal, ergo aliqua  
substantia est homi

cap. 5. de 2<sup>a</sup> Figura  
In hac similiter sunt duo defectus  
speciales vitandi. Primus est ne de  
tur maior particularis. ne arguatur  
a determinata ad distributionem  
Secundus est ne de<sup>er</sup> conclusio affir  
mativa. sic enim medium nulli  
distribuitur in antecedenti.  
In ea autem sunt quattuor modi. Ce  
sare. Carnistres. Festino. Baroco  
et omnes concludunt directe. N. g. in  
cesare. nullus lapis est animal. o  
mnibrium est animal. ergo nullus  
brutum est lapis.

cap. 6. de 3<sup>a</sup> Figura  
In hac etiam figura vitandi sunt duo  
defectus peculiare. Primus ne minor  
sit negativa. sic enim arguimus a mi  
distributo ad distributum ex parte ma  
ioris extremitatis. Secundus est ne  
conclusio sit universalis. sic enim argu  
eretur a non distributo ad distributum  
ex parte minoris extremitatis. Producti  
ou



autem defellus in singulis figuris  
 adnotati coincidunt. cum aliquibus  
 esse assignatis supra. & de vitandis  
 esse ipsi modorum litterarum vocales sa-  
 tis innotent. In hac figura sunt sex  
 modi. Daraphi. Felaphon, Disamis,  
 Datisi. Bocardo. Terison. & omnes  
 concludunt dicitur. hoc est maior ex-  
 tremitas predicat de minori extrema-  
 ta. N. g. in Daraphi. omnis homo est  
 animal. omnis homo est substantia  
 Ergo aliqua substantia est animal

cap. 7. De Reductione ostensi

Notandum q<sup>m</sup> omnibus predictis <sup>ca</sup>  
 dis colligitur conclusio efficacissime. no-  
 tamen sic evidenter ut plures ex illis  
 manifestatione sui robustius innotige-  
 ant. quod solum reperit in quattuor  
 primis modis primae figurae. quibus id  
 perfecti numerantur q<sup>m</sup> claritas ellatio-  
 nis eorum in seipsis omnibus elucescit  
 ac proinde rigore se ipsi soli perfecti nomi-  
 nant. Reliqui vero quindecim ut eor-  
 um efficacia manifestus fiat. ad pre-  
 dictos quattuor reducuntur. reductione  
 ob id appellata ostensiva. q<sup>m</sup> veluti digi-  
 te ostendit bonitatem consequentis.

Animadvertendum autem sunt ut con-  
 sonantes. B. C. D. F. quae significant  
 quattuor predictos modos perfectos sicut  
 Lucce Barbara. Celacem. Darij. Juro  
 et ultra hoc veniant q<sup>m</sup> omnes syllabis  
 in imperfectis. quorum littera initialis  
 fuerit



fuerit. B. reducunt ad Barbara. Si  
C. ad Cesare. Si D. ad Darij. Si f. ad  
ferio. )) ))  
animaduertendū etiam sunt pro e  
iusmodi reductione aliquae quattuor  
consonantes. scilicet. S. P. M. C.  
etenim. S. significat propositionem  
significatam per uocalem immediata  
ceprecedentem. S. conuertendam esse  
simpliciter. P. denotat propositionis signifi  
cacionem immediate precedentem. P. conuertendam esse per accidens. M. signifi  
cat mutationem propositionum scilicet  
maiores efficiendam esse minus  
rem. et minorem maiorem. C. quā  
do uocis est littera initialis, sed est. in  
medio modi significat talem modum  
non posse reduci reductione ostensua  
sed reductione per impossibile. quod  
contingit in Baroco. et Boarido. hoc  
si placet exemplis illustremus in Bara  
lypton. Omne animal est substantia  
omnis homo est animal. ergo aliqua  
substantia est homo. reducit ad Bar  
bara. Sic conuersa conclusione per  
accidens. omne animal est substan  
tia. omnis homo est animal. ergo om  
nis homo est substantia. Quisquis ob  
iurat propositionem particularem af  
firmantem nullo modo posse conuerti  
per accidens in uersalem affirma  
tem? Respondemus id sine dubio ue  
rum esse. neque contrarium asserimus.  
Sed quod duae propositiones uersales af  
firmantes uim habent inferendi pro  
p.



Sitionem vniuersalem affirmantem  
e' ex consequenti propositionem parti-  
culari affirmantem, in quam vniuer-  
se vniuersalis affirmativa per accidens

Reductio per impossibile <sup>fit ut</sup> quia si quis  
negauerit conclusionem illatam in ali-

scilicet <sup>scilicet</sup> suble admittendo duo contraria aut eod-  
traditoria simul vera, reducuntur autem

quindecim modi imperfecti ad quattuor  
perfectos prout figurę. prout quatuor sunt

sunt hę quattuor vocales. a. e. i. o. que  
significam quattuor conclusiones quattuor  
perfectorum modorum. Scilicet .a. conclu-

sionem vniuersalem affirmatiuam in  
Barbara. e. conclusionem negatiuam  
in Celarem. i. particularem affirmatiuam  
in Darij. et. o. particularem negatiuam  
in ferio.

Deinde notande sunt hę dictiones scilicet  
nesciebatis. que habet quinq; syllabas  
pro quinq; modis imperfectis prima figurę  
obdiebam. que habet quattuor syllabas

pro quattuor modis secunda figurę. et  
Letare Romanis. que habet sex syllabas  
pro sex modis tertia figurę singule singu-

lis modis eo ordine que sunt in dictionibus  
correspondentes. et suis vocalibus ut dictu  
est conclusiones quattuor modorum perfectorum  
vniuersales indicantes

est igitur hęc suppositis reductio per impossi-  
bile. cum ex opposito conclusionis cum al-  
tera premissarum inferat contrarium vel  
con-

*[Faint handwritten notes in the right margin]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*



quattuor modis  
scilicet Baralep  
ton dabitur. fa  
gesmo. Fusato.  
morum

uel contradictorium alterius premissa.  
Sic. q. pro modo imperfectis prima figu  
re. Ex opposito seu contradictorio conclu  
sionis l. maioris. et ex maiori l. e  
minoris. inferit oppositum minoris. id  
est contrarium, uel contradictorium.

In celantes uero. ex opposito uel contra  
dictorio conclusionis l. minoris. et ex mi  
noris l. maioris inferit oppositum maio  
ris. facta prius conuersione conclusionis  
simpliciter, uel per accidens.

In modo secundae figurae, manente ma  
iori ex opposito conclusionis l. minoris.  
inferit oppositum minoris.

In modo tertiae figurae manente mino  
ri, ex opposito conclusionis. id est ex con  
tradictorio conclusionis l. maioris in  
ferit oppositum maioris. id est contrarium  
uel contradictorium. 11

### cap. 8. de arte inueniendi mediu

ars ista plerimum conducit ad conclu  
dendum quodlibet genus propositionis.  
Notanda tamen sunt octo litterae. qua  
rum duae sunt uocales, sex uero sunt  
consonantes. Vocales sunt a. et e.  
a. designat predicatum. e. uero subiec  
tum. a. id est predicatum sequuntur  
tres consonantes. scilicet b. c. d. / b  
est consequens ad predicatum. id est su  
perius ad predicatum. c. est antecedens  
ad predicatum. id est inferius ad predica  
tum. d. est extraneum ad predicatum  
id est. disparatum ad predicatum. / e  
id est

uel superius ad  
predicatum



id est subiectum sequuntur tres consonantes . f . g . h . / f est consequens ad subiectum / g est antecedens ad subiectum . h . est extraneum ad subiectum  
 Præterea sunt animadvertendæ novem dictiones . ex quibus sequuntur trisyllabæ . pro combinationibus utilibus . quæ sunt Fecana . Cageti . Dafenes . Hebare . gedaw . gebah . et tres dissyllabæ pro combinationibus inutilibus quæ sunt . Febas . Medas . Hecas .  
 Omnis autem tertia syllaba cuiusque dictionis ex trisyllabis significat qualis debeat esse conclusio . Si fuerit a conclusio erit universalis affirmans ut patet in Fecana . Si fuerit . i . particularis affirmans . ut in Cageti . et gebah . Si fuerit . e . conclusio universalis negans ut in Dafenes . et Hebare . Si fuerit . o . conclusio particularis negans ut in gedaw / ut igitur exemplum rem elucidemus . ad concludendam propositionem universalem affirmativam . quam ultima vocalis in Fecana demonstrat . Sumes medium quod sit consequens ad subiectum . quod significat illa syllaba Fe . et antecedens ad predicatum . quod demonstrat illa syllaba ca . N . g . omne sensibile est animal . omnis homo est sensibilis . ergo omnis homo est animal . Et sic malis iuxta normam præscriptam .

tres

fuerunt autem combinationes inutiles iuxta dictiones dissyllabas . et duas primas

in quibus tertiana addit quæ præmissæ quas insinuante in habiles sunt ad tertiam inferendam



pro Aristoteles in primo priorum scilicet  
dari terminos in quibus omni, et in quibus  
nullus. dari enim terminos in quibus  
omni est dari in aliquo syllogismo  
propositionem universalem affirmati-  
viam compositam ex extremitatibus  
que conveniunt in veritate cum premis-  
sis constantibus ex eisdem terminis  
sive prestatibus si sumas pro extremita-  
tibus duos terminos convertibiles. et  
pro medio terminum disparatum. N  
g. nullus lapis est visibilis. nullus ho-  
mo est lapis. et omnis homo est visi-  
bilis. estque premissa sunt invisibiles ut  
ex illis inferas propositio negans, tam  
universalis quam particularis, aliter e-  
nim verum dicitur contrarium, vel duae con-  
tradictiones simul verae, nam si quis est  
lapis, ergo nullus homo est visibilis. in  
consequentera bona ex necessitate, et an-  
tecedens sit verum, ergo et conclusio  
est vera, sed hęc conclusio est contra-  
ria illius, omnis homo est visibilis que  
etiam est vera, ergo dantur duae contra-  
dictiones simul verae. quod si inferas istam alij  
quis homo non est visibilis. ista est vera  
quando quidem est conclusio legitime  
consequentera, cuius antecedens est ve-  
rum. et hęc est illius contradictoria  
omnis homo est visibilis, que etiam  
est vera, ergo dantur duae contradictiones  
simul verae  
dari terminos in quibus nullus in aliquo  
syllogismo est dari propositionem univ-  
ersalem negantem compositam ex extre-  
mitatibus



mitatibus cum primis constantibus ex  
 eisdem terminis quod ut praeterea  
 Leas sume pro ~~extremis~~ extremitatibus  
 duas species disparatas, et pro medio  
 generis ad illas. sic. Animal est ho  
 mo, equus est animal. et nullus e  
 quus est homo. ista primis sunt in  
nus denominari universale ab inten  
tione scilicet speciei, quam in se habet.  
et sic est accidentalis propositio.

quarta. genus est species. hęc in sensu  
formali est falsa; significat enim gene  
ralitatem esse speciem. denominati  
ve autem est vera. sensus enim est. ge  
nus denominat species.

quinta sic. species est species hęc forma  
licet efficit hunc sensum: specietas est  
specietas, in quo est essentialis et identica  
denominative autem significat speciem  
denominari, a quadam intentione spe  
ciei, quam habet per intellectum, qua  
tenus de hac, et de illa specie predicari po  
test. in quo sensu est directa et accidenta  
lis.

Sexta. species est universalis. hęc forma  
licet sumpta est directa et essentialis  
significat quod specietatem esse universa  
litatem, quod verum est. si vero deno  
minative sumatur propositio est acciden  
talis; significat enim speciem denomina  
ri universalem ab universalitate qua  
dam nimirum ab intentione speciei, qua  
modo dicebamus habere per intellectum



Ultima. Hoc individuum est individu-  
um. Si formaliter accipiat est directum et  
essentiale. Significat enim hanc indivi-  
duitatem esse individuitatem, quae est  
predicatum superioris de suo inferiori. Si  
vero denominativa et accidentaria, quae  
significat hunc individuum denominari  
individuum a quadam individuitate,  
singulari, quam in se accidentaliter  
fundat, quatenus deus solo predicari po-  
test. Plures aliae propositiones afferri pos-  
sunt de hac re. Sed his intellectus facile in-  
telligi possunt.

questio 6  
capitulum. Vm Universale sit obiec-  
tum isagoges Porphyrianae.

Et videtur quod non quod negat ab alijs scientijs  
neque a reliquis tractatibus dialecticis dis-  
tinguit. Siquidem in alijs etiam de uni-  
versalibus.

2<sup>o</sup> quod nullam mentem sic in hoc tractatu a  
Porphyrio de universalibus.

3<sup>o</sup> quod de universalibus nulla in hoc tracta-  
tu proprietates demonstrat, neque illam  
sciet. Si enim ullam sciret esset pro-  
dicabile. Et hoc non quod contineret sub pro-  
prio quod est quarta species universalis  
et sic esset inferius ad universale, et non  
reciprocabile. cum ipsa quod convenit de  
necessitate proprietati alicuius rei.

Dicendum tamen quod universale est finis  
libelli obiectum ad aggregationem, quod eius spe-  
cies in eo considerantur, et omnes tres con-



ditiones obiecti superius assignatas illi  
conueniunt. quod est unumquod. distin-  
guit. et omnia in ordine ad ipsum ter-  
dunt.

ut in topicis

Ad. i. Argumentum R. q. alie sci-  
entia agunt non de universalibus forma  
sicut sed de naturis communibus. in alijs ue-  
ro partibus dialecticis agit de genere. et dif-  
ferentia et reliquis quatenus sunt par-  
tes questionum dialecticis. nec ibi pre-  
dicabilia explicantur.

Ad. 2. q. in capite de genere. et capite de  
communitatibus dicitur expresse universalia  
predicari de multis

quod est proprie  
tas universalis

Ad. 3. q. demonstrare passionem de sub-  
iecto pertinet ad tractationes et scientias de  
monstratiuas. qualis non est ista Porphyrij  
q. uero predicabile denominatiue contin-  
at sub proprio quod est quarta species u-  
niuersalis non obstat quod minus equa-  
litate pateat sicut et ipsum uniuersale -  
quemadmodum et uniuersale denomi-  
natiue continet sub genere. quod est eius spe-  
cies. **questio. 7.**

et adquate

**cap. 8.** Vtrum uniuersales sit gen-  
erale immediate diuisum in quinque pre-  
dicabilia?

Contra id quod questio supponit scilicet  
uniuersale esse genus. arguitur primo. qz  
est commune ad substantiam et accidentis  
scilicet commune. et coloratum. sed ad sub-  
stantiam et accidentis nihil est commune v-  
niuersum. ergo / con



contra id uero quod inquitur arguitur  
secundo. quidam tunc. et quidam equus  
predicant de pluribus. et ad nullum quoniam  
quod predicabilem spectant.

3<sup>o</sup> quod definitur. est de predicatum ut cons  
tat. i. topicy. ergo est predicabile. aliud  
a quibus

4<sup>o</sup> quod quomodo animal predicat  
de differentiis specie. et species v.g. hu  
mo de pluribus differentiis numero. sic  
et differentia generalis. ut sensibile. et spe  
cifera ut rationale. immo eodem dicendum  
inde de proprio. et accidenti generali. et  
speciali. ac prout multiplicanda sunt  
predicabilia.

genus v.g

Sed. Respondendum est uniuersale esse gen  
et immediate et ad quod diuidi in quibus  
predicabilia. et enim ad ea commune. et uniu  
uimine et ratione. non est autem species dif  
ferentia. proprium aut accidentis. ergo gen

In secundo autem membro quod dicitur ad  
uestendq. sunt quaedam uniuersales diuisi  
ones. solent enim uniuersalia quattuor  
modis diuidi. scilicet ratione modi predican  
di. nam uel predicantur in quale. uel in quid  
cum minimum per quid uel quare quare  
deinde uel predicantur essentialiter  
uel accidentaliter. tertio necessario autem  
necessario. quarto quia quaedam predicantur  
complete. quaedam in complete ut rationale  
decidem. aut animal solum. quaedam nec  
complete. neque in complete. quod recte tam na  
turam subiecti nec partem eius importentur  
album

A  
ueari  
malra  
onale  
et uini  
ne



album Similimodi diuisionibus utitur.  
Albertus magnus, Scotus, Egidius, Boe-  
tius et alij.

Adverte quod cum relationes dis-  
tinguantur per sua fundamenta, relationes  
universales per quinque differentes aptitu-  
dines ad predicandum (quae sunt fundamen-  
ta universalitatis distinguuntur in fun-  
damentum, aut enim predicantur in quid aut  
in quale, si in quid vel incomplete et sunt  
genera, vel complete et sunt species. Si  
in quale vel predicantur essentialiter, et sunt  
differentiae, vel accidentaliter, si accidenta-  
liter rursus aut necessarii et sunt proprie-  
tates aut accidentaliter contingenter et sunt  
accidentia

in ista hanc collectionem existimant non  
nulli quinque species universales non col-  
locari immediate sub universali, sed in  
ter ipsas, et universale esse quaedam gene-  
ra subalterna, nimirum, id quod predi-  
cat in quid, et id quod predicat in quale  
sed probabilius existimandum est univer-  
sale immediate, et nulli genere median-  
te dividi in prefatas quinque species, nisi  
enim est maior ratio, quare dividatur im-  
mediate, tanquam in suas species subalter-  
nas, in id quod predicat in quid et in id  
quod predicat in quale, et dividatur  
etiam, tanquam in duas species subalternas si-  
bi immediatas, in id quod predicat ne-  
cessario, et in id quod predicat contingen-  
ter, quod dato sequeretur aliquam speciem  
contineri sub duobus generibus non sub  
al

ut quibusdam  
placet.



alternatim positis. quod est impossibile.  
sequella non probat. qz differentia q  
continere subes quod predicat in quale  
et subes quod predicat necessarius. Itē  
species collatāree subes, quod predicat  
in quod. et subes quod predicat necessa-  
rius. quz sunt duo genera non subalter-  
natiōe posita. cum unum non collatēer  
subatis.

colligendū igitur sunt quinque species univ-  
satis infimz. et immediatē. ad hanc mo-  
dum. vniuersalia quędam predicantur  
in quęstione quod est incomplete et sunt  
genera. quędam in quęstione quod est com-  
plete et sunt species. quędam in quęstio-  
ne quale est essentialiter. et sunt differe-  
tię. quędam in quęstione quale est acci-  
dentaliter et necessariū; et sunt propria  
quędam deniqz in quęstione quale est  
accidentaliter. et contingenter. et sunt  
accidentia. his suppositis ad 12. argum.

Respondet individua vaga ne quod-  
dam animal, et quędam hūm. non esse  
uniuersalia. qz non sunt unum nomine  
neqz unum ratione. qz componunt ex na-  
tura cōmuni et differentia individuante  
inde terminata sumpta. quę differentia  
cum non sit uniuersa, neqz id quod ex ea  
componit uniuersum esse potest. et sic qui-  
dam hūm N. g. significat aliquam  
naturam cōmunem omnibz indiuiduis  
determinatis. sed ipsa individua immedia

Ad. 3. R. q. predicata possunt esse

com-



complexa. et ultra hanc habent alias  
differentias in quibus a predicabilibus uni-  
versalibus distinguuntur.

^  
a qua sumitur  
multis universa  
suum.

Ad. 4. q. predicari de pluribus differentibus  
numero et specie. in genere et specie ar-  
guit diversam aptitudinem predicandi. si-  
cut complete, aut incomplete, in ceteris  
autem non sic. nisi per accidens. ac proinde  
non est par ratio. +

cap. 9 De genere //

+ tractat  
tertius de  
quinque voca-  
bus.

post prefationem sequitur iam tractatus  
de ipso quibus uocibus. Et primo de genere.  
quod ceteris antecedit naturae ordine.  
genus ergo primo sumitur pro hominum mul-  
titudine. in qua accipitur duplex respectus al-  
ter ad progenitorem seu patriam ex quo  
nomen multitudinis assumitur. alter ipsorum ho-  
minum inter se. qui dicuntur consanguini-  
ci. aut conterranei. ut Athenienses  
et Romani. unde et illud Virgilii Italia  
quae patriam et genus ab Ioue summo  
nec sic dicitur genus Pythagoreorum quod si-  
cut habeant nomen a Pythagora nomen  
nec est principium naturale ipsorum.  
Secundo modo genus accipitur pro principio  
ortus sive generationis cuiusque hominis  
quod uel a parentibus. uel a patria dicitur  
sive est pro eo quod per generationem a pare-  
tibus et a patria accipitur respectu qualita-  
tis et influentiarum celestium. quae in ipso  
reperiuntur in qua significatione dicimus  
Dresem Agamemnonis filium a Tarantale  
attans. et illud ad 9 duxisse genus et di-  
xit



xv Virgilius tantaneus generis tenuit  
 fiducia vestri. Tertio sumit genus am-  
 bis pro ut nunc dees agimus. pro es sub quo  
 collicae species. sericini species subiectur  
 ut animal se habet respectu hominis. et  
 leonis. et tamen predicta dicitur analogi  
 in analogata. et definitio generis quam  
 assignavimus in tentia significatiue ex  
 in tentia Porphyrii est definitio nominis sed  
 convenit etiam rei significata. neque id est  
 inconvenerit.

(nam priores duae  
 acceptiones ad  
 historicos et re-  
 thores pertinent)

1. sup  
 cap. 4  
 differen-  
 tiabus

Sed ut iuxta Aristotelem cum eodem Por-  
 phirio genus definiamus. genus est quod  
 de pluribus specie. in eo quod quilibet pre-  
 dicat. ut animal et vivens

*Unica*  
 cap. 10. Utrum definitio generis  
 sit a Porphyrio recte tradita

Et videtur quod non quod si animal esset genus  
 respectu hominis. similiter animalitas  
 esset genus respectu humanitatis. sicut  
 patet in colicis et albo. colore et albedine  
 ac si animalitas esset genus respectu hu-  
 manitatis. similiter sequeret rationalita-  
 tem esse differentiam humanitatis. quod  
 non videtur posse admitti. cum de ea in quale  
 quod est non predicet

Secundo quod cum dicitur. Homo est genus ani-  
 mal. ubi animal habere relationem ge-  
 neris quod tamen est falsum. quod generis  
 intentio non reperit nisi in natura in sup-  
 positione simplici. ubi autem animal con-  
 tinet sub suppositione confusa

Tertio quod si animal esset genus consequeret  
 natura



relativum nomen generis per operationem in  
tellectu. et ex consequenti a multis in  
tellectibus sortiretur plures intentiones  
generis. et esset multigenus.

quartum quod animal respectu Petri et Pau-  
li predicatur in questione quod incomplexum  
ergo est genus respectu eorum. qui non differunt  
specie.

genus acceptum quod nec definitur per fundamentum v-  
niuersalitatit. nec per ipsam uniuersa-  
litate ergo non per fundamentum. quod  
dat uniuersum ad omnes res que gene-  
ra veniunt. V. g. Animal et co-  
ratum est. nec per formalitatem generi-  
tatis. quod licet est species infima uniuersa-  
lis que de pluribus solo numero differet  
et predicatur.

¶ Contra illam particularem differentiam spe-  
cie. quod aut accipitur pro individuis diversis  
specierum. V. g. Petrus et buccifalo. et hoc esse  
non potest quod genus ut ait Porphyrius per spe-  
ciem definitur debet. aut accipitur pro ipsis spe-  
ciebus diversis. et tunc sequitur quod species dif-  
ferant specie. et per consequens seipsum et  
non aliqua differentia media quod est fal-  
sum. Sic enim essent diversi et non differen-  
tes. ¶ quod genus est forma suarum specie-  
rum ut inuenit Aristoteles. 2. phys. cap. 3. et in  
predicamentis capite de substantia. ubi ait  
genera et species significare qualequid. er-  
go genus non in questione quid est. sed  
in quale predicari debet.

Notandum. quod definitum sui definitio-  
nis



nis non est aggregatum ex secunda in-  
tentione generis et re subtracta. quia hoc  
est ens per accidens. neque aliqua res subs-  
tracta quia nulla dicitur communis ad omnes  
ut probat quintum argumentum. neque  
ipsa secunda intentio abstracte sumpta  
hinc enim est species infima. que solum  
de differentiis numeris predicat. est ergo  
definitum relatum generis concretum sum-  
pta. seu affectum generalitatis ut tale.  
est. quem ad modum album dicitur albe-  
dinem in concreto. et non est aliud quam affec-  
tum albedinis ut tale est. definitur au-  
tem per proprietatem fundamenti. relatio-  
nes enim proprie rationis sunt mini-  
me entitatis

Ad. 1. ergo argumentum. Respondetur  
quod quem ad modum se habet concretum ad  
concretum. sic abstractum ad abstractum  
in his que voluntari in recta serie predica-  
mentalis. non autem in his que ponunt  
ad latum. aut conveniunt accidentaliter.

Ad. 2. quod quando fit actualis predicatio  
universalis extrinsecus relatio. que ei  
competit proprie in actu signato represen-  
tatur in omnibus proprie abstractis ab omni-  
bus.

Ad. 3. quod licet in animalibus sint plures rela-  
tiones generalitatis non tamen est plu-  
ra genera. sicut neque si pater referatur pluri-  
bus paternitatibus ad plures filios erit plu-  
res patres.

Ad. 4. quod sufficit illa individua differentia  
specie ab alijs de quibus idem genus predicat

Ad. 5. quod predicatum universale exercet  
in



in materialibus et re subiecta non in ipsa  
intentione aut universalitate quam in  
se fundat. quia propter veritas propositio  
nis attendit in concretis ex materialibus  
pro quibus supponunt. ut cum dicimus albu  
m est. necessitas autem et contingen  
tia et aliae affectiones propositionis de  
sumuntur ex connectione, quam forma  
le significatum subiecti habet cum for  
malis significatio predicati. unde sique  
necessaria album est coloratum. et sique  
contingens album est curru. sic intellige  
risi subiectum accipias in supposito  
re simpliciter. ut si dicas album est quon  
tum predicabile. aut subiectum alieni  
predicatum. quod ex sua natura postulat  
ut subiectum accipias prout distingui  
t a materialibus significatis. ut cum dici  
mus album est accidens. aut album in  
sique subiecto. Vel. Respondendum  
quod predicari de pluribus in dicto signato est  
veritas generis aut universalis formaliter sum  
matu signato. rebus vero determinatis. sicut  
ab universalitate in alio exercito.

per illud diffe  
rentibus specie

Ad. 6. Quod intelligi et individua diver  
sae speciei. et ipsas diversas species  
neque species dicitur specie differere quali  
tate alia specie differant. sed quod ratione  
distingunt.

Ad. 7. negamus quod quidquid est forma  
(in genere scilicet) predicetur in generale  
in id quod est de substantia subiecti  
predicatur inquit. nisi significet more  
formae et qualitatis. ut rationale.



cap. 10 De specie  
 seruando ordinem doctrinae sequens tra-  
 ctatus de specie post genus, quod naturaliter  
 quod differentia et facilius cognitur quod  
 relationa generis. aliter ordine naturae  
 prior est differentia et prius de ea esset  
 agendum.

forma  
 eorum  
 bry

Species igitur significat tum pulchritu-  
 dinem, in qua significatio dicitur et  
 prestantissima forma digna est imperio  
 tum quatenus ad presentem attinet signi-  
 ficat ac summe partes quod sub genere  
 collocat et habet hanc cum prius accep-  
 tione similitudinem, quod sicut pulchri-  
 tudo decorum membris affert. sic spe-  
 cies confusum in genere ornat et tollit  
 definit autem per genus quod unum rela-  
 tum per aliud definitur debet. Defini-  
 tiōem a Porphyro secundo sic species  
 est quae subicitur generi, et de quo genus  
 in hisce ipsis quod quod est predicat, et dicitur  
 dicit subicitur intellige proxime nam  
 remote subiciunt generi individua cum  
 addit in hisce ipsis quod quod est predicat et dicitur  
 dicitur. reiciunt illa de quibus naturae  
 generis predicantur in generale est. ut sen-  
 sibile et coloratum de homine aut equo.  
 sed quoniam praedictae definitiones dantur  
 de specie subiectibus species predicabilis pro-  
 ut est secunda universalis definitio sic  
 species est quae predicat de pluribus diffe-  
 rentibus numeris in quaestione quid est?

De



De predicamentorum autem dispositione  
circa hoc caput nonnulla dicitur  
succurrent. sed breviter ea perstringe-  
tes. dicimus q. genus summum est illud  
quod supra se non habet aliud genus, ge-  
nus subalternum quod sub altero gene-  
re continetur respectu cuius potius tra-  
bet rationem speciei. species item sub-  
alterna est quae sub aliquo genere con-  
tinetur. et sub se aliam aut alias speci-  
es continet. species infima quae taliter  
est species q. nullo modo genus. immo  
immediate sub se continet individua  
ut homo. Individuum tandem est quod  
nullum inferius subse continet. de  
fine autem primo sic individuum  
est de quo predicatur species in questione  
quod est. Secundo sic. individuum est  
quod de uno solo predicatur. q. si Aristoteles  
dixit primas substantias de nullis  
predicari. intelligendus est de predica-  
tione directa. unde identica. Tertio  
definitur individuum esse id. cuius pro-  
prietatum collectio alteri convertere  
non potest.

Predicamentum autem est alicuius  
generis summi et eorum quae sub ipsorum  
naturalis dispositio. quae pars habet  
series eorum sequentium substantiarum.  
Substantia. corpus. vivens. animal.  
homo. Petrus. ubi notandum q. ascen-  
dendo ex pluribus fit unum. descendendo



veris existens sunt plura taliter q. spe  
cies infini. Solent innumerabiles diu  
et individua ob sui multipliciter  
infinita. *questio Prima*

*capit undecimum* Vtrum ge  
nus sit necessarium definiendum  
et per speciem et

In suis dubitationibus intelligentia  
notandum. primum duplex esse correlati  
uum. aliud proximum, et immediatum  
aliud uero adaequatum. proximum et  
immediatum est, quod etiam terminat  
relationem correlatiui. sine interven  
tu alterius. quod patet maior minoris  
et actus est correlatiuum potentiae. adae  
quatum uero est illud propter quod nihil  
est aliud quod terminet relationem cor  
relatiui. quod etiam patet maioris est cor  
relatiuum minoris. notamen sic actus  
est correlatiuum potentiae habentis ob  
iectum, quod etiam obiectum terminat re  
lationem potentiae. ac primum et im  
mediatum correlatiuum  
est adaequatum. neque contra. nam actus  
potentiae uicendi est primum correlatiuum  
potentiae. notamen adaequatum. contra  
uero actus materiae ut analogice. com  
pletive actum substantialem. N. q. ani  
mam. et accidentalem N. q. albedinem  
est correlatiuum materiae adaequatum  
sed non primum. et immediatum nam

pro



primum et immediatum correlativum  
eius est actus substantialis.

Supponendum. Secundo relatum ut  
dicit Philosophus primum immédia-  
tum correlativum esse definiendum:  
quod quod veluti vicem causae proxi-  
mæ in demonstratione

Scilicet Loua  
mensis

his suppositis quodam putarunt spe-  
ciem esse solum immediatum. Sed et  
adquatum esse correlativum generis  
ad individua non referri relatione a  
sua generis tamen non comprehendens sed  
equivocis. Sed profecto in talibus iam  
essent sex species universales. nimirum  
genus ut referat ad speciem: et genus ut  
referat ad individuum. et ~~compositum~~ <sup>argui</sup>  
primum solum diverse species. Sed et di- <sup>ex</sup>  
sa individua diverse species specie <sup>ter</sup>  
differunt ac primum genus predicat de <sup>parte</sup>  
illis tanquam de specie differentibus <sup>rea-</sup>

Alij existimantur speciem nec primum  
neque adquatum esse correlativum ge-  
neris. Sed dandum esse aliquid com-  
mune ad speciem et individuum, quodum-  
modo de illis dicat esse primum et  
adquatum correlativum generis. hoc  
autem dicitur esse subiectibile inquit  
incomplete. addentes speciem et indi-  
viduum esse composita per accidens quod  
falsum est, nec ullis partibus admittere dicitur.  
Vnde est tertia opinio amplectenda est  
qui tenent speciem esse primum corre-

La



Latium generis, individuum vero,  
remotum quibus commune est subiecti-  
bile in quod incomplete non uniuersae,  
sed analogice.

Sed ut hęc sententia melius intelliga-  
tur sic contra eam insurgimus.

Si genus refertur proxime ad speciem et  
remote ad individuum etiam species  
refertur ad genus proxime, et individuum  
ad ipsum genus remote. quod dabo uel in  
diuiduum et species referunt ad genus  
eadem relatione specie, uel diuersis (nā  
diuersis numeris non negabis cum sint  
diuersę naturę) si relationibus eiusdē  
speciei, ergo dabo aliquid commune ad eas  
quod non erit aliud q̄ particulare in quod  
incomplete, et sic incidet in securam  
opinionem. Si uero dicas referri diuersis  
specie relationibus, sequetur genus referri  
ad ipsas duabus relationibus distinctis spe-  
cie, probat sequella q̄ in specie et in  
individuo, nihil dabo quod faciat eas re-  
lationes diuersas specie, nisi quod unum pro-  
xime, et alterum remote referat, sed hoc  
etiam reperit in genere, q̄ ad unum re-  
fertur proxime, et ad aliud remote, et sic  
incidemus in primam opinionem. Nec  
solues si dicas genus esse unam natu-  
ram, N. g. animal, et ides referri unica  
relatione, speciem uero et individuum  
debere esse duas naturas quoniam nihil  
obstat in eadem natura esse duas relatio-  
nes specie distinctas sicut nec demum  
mine est relatio paternitatis, et domina-

tus.

2.



2<sup>o</sup> q<sup>o</sup> si species et individuum referuntur  
per diversis specie relationibus. Simili-  
ter et duae species quarum altera proxi-  
me sub genere collocatur, altera remote  
refertur ad genus duabus relationibus speci-  
e diversis. N. g. homo et animal advi-  
uent. Itemque duo genera quorum alterum  
proxime alterum remote super eandem  
speciem collocatur. N. g. animal et vivens  
duabus relationibus ad speciem sub se co-  
tentam referri scilicet ad hominem  
quod tamen est falsum, cum omnes rela-  
tiones speciei conveniant in eadem re-  
latione infirma, quae est specieitas, et o-  
mnes relationes generis sub una specie  
infirma, quae est generalitas.

Tertio. Si species et individuum una  
relatione referantur, individuum etiam  
una et eadem relatione referat ad spe-  
ciem et genus, consequens autem est  
falsum, ergo illud ex quo sequitur  
sequella probatur, quod si unum genus proxime  
ponitur super speciem, et remote super in-  
dividuum, ita etiam individuum pro-  
xime ponitur sub specie, et remote sub gene-  
re. falsitas vero consequens probatur  
ex eo quod individuum subicitur generi, in  
questione quid est incomplete, specie in-  
te in questione quid est complete, ac co-  
plete et incomplete variatur specie a  
particularium sicut a partem  
universalium, ergo illud consequens est fal-  
sum



¶ qd si genus eadem relatione referat ad speciem, et ad individuum, cum relationis rationis partes non habeat tota terminabitur ad individuum, ac proinde sufficeret definire genus per individuum quod auctor non concedent.

¶ si genus habeat duas correlativas similiter et cetera predicabilia. N.g. differentia propria est. Subobicitur duas correlativas ad quorum unum referantur proxime, et ad aliud remote. N.g. sensitivum primum refertur ad hominem (in quo est proprius) et deinde ad Petrum. Incausam non videtur admittere, alias continerentur sub particulari, quod est correlativum, v. universales videntur species. scilicet duas correlativas generis, unum species, duas differentias; duas proprias; et duas accidentis, quod est contra Aristotelem et eius sequaces.

Ultimus sequitur ex eadem opinione animum unica et eadem relatione referri ad filium et ad nepotem. Itemque nepotem unam et eadem referri ad patrem et ad avum, quod tamen videtur falsum, cum respectu filii dicatur pater et avus, et respectu nepotis dicatur avus. Et non pater et avus, sed filius et nepos ad patrem et avum. Deinde quod motus filii nepos habeat suam relationem, et avus suam. Sequella probatur quod sicut genus proxime refertur ad speciem et mediante specie ad individuum, ita et avus est.

In solutio tamen horum



Notanda sunt aliqua præter superior  
animaduversa. Primum quod dicitur  
duo correlatum aliquid potest dici pro-  
ximum, aut remotum, uno quidem  
in respiciendo; altero uero intermi-  
nando. illud dicitur proximum in res-  
piciendo, quod proxime refert; illud  
uero proxime refert cuius relatio ita  
terminat ad aliquid ut non prius ad  
aliud terminet; quo pacto pater pro-  
xime refert ad filium si quidem non  
prius terminat ad aliquid aliud. illud  
uero remotum dicitur remotum in  
respiciendo, quod remote refert; illud  
uero remote refert cuius relatio termi-  
nat ita ad aliquid, ut prius ad aliquid a-  
liud terminet, quo pacto potentia ui-  
dendi remote refert ad suum obiectum  
quod est uisibile, quæ eius relatio ita ter-  
minat ad obiectum ut prius terminet  
ad actum. et idem dicendum est de o-  
mnibus habitibus et potentijs habentibus  
obiectum.

illud dicitur esse proximum interminan-  
do, quod proxime terminat relationem  
sui correlatiui; tunc uero proxime ter-  
minat, cum nihil aliud est quod prius  
ipsam terminet, et sic filius proxime ter-  
minat relationem patris ad ipsum, ni-  
hil enim dicit quod prius eum terminet  
quæ filius. illud autem dicitur remotum  
interminando, quod remote terminat  
relationem sui correlatiui; tunc uero



remote terminat, quando preter ipsu  
 dae aliquid aliud quod illam prius  
 terminat, quo pacto videlicet, quod est  
 obiectum visus remote terminat re.  
 Satis enim potest videri quod aliquid  
 us illam terminat. 11

Secundo Notandum est proxime et re  
 mote in terminando causare diversita  
 tatem specificam in relationibus, quibus  
 qua tales sunt per se ac necessario con  
 veniunt. proxime enim et remote in res  
 procedendo, nisi quod aliud adiunctum sit  
 non causare eiusmodi diversitatem  
 cuius rei causa est, quod quod remote  
 terminat ut diximus, supponit aliquid  
 distinctum a se, cui conveniat termi  
 nare relationem proxime. Unde ut  
 terminare proxime, et remote non so  
 lum differant in specie, verum etiam a  
 nalogice in ratione terminandi, illud  
 enim, quod univocum est prius, alteri  
 ueris posterius non potest univocum conve  
 nire. at ueris illud quod remote refert  
 seu respicit, non supponit aliquid distinc  
 tum a se, cui prius conveniat referri  
 sed ipsum nec prius ad unum refert  
 secundo ad aliud. ex quibus non sequi  
 t relationes esse distinctas specie, immo  
 colligi esse unam, et eandem termina  
 tam ad duo.

Tertio Notandum est unum quod quod cor  
 relativum, quod ut terminat relationem  
 ab



alicuius, ut etiam ad ipsum mutuo re-  
ferat per eandem relationem referri  
ad ipsum, & ipsius relationem termi-  
nare, neque enim existimandum est  
in patre esse duas relationes, quoniam  
una sit causa, quare ad filium referat  
alia uero ut terminet relationem filij

ex quo inferitur, quod si aliquando sint sic  
distincta in terminando ut terminent  
relationibus specie distinctis, distinguen-  
tur etiam specie in respiciendo. Id est re-  
ferant relationibus specie diuersis.

Ultimo notandum est nos in hac quæ-  
stione loqui de individuo prout est par-  
ticulare in quod incomplete; sic enim  
est correlatum generis, non prout est  
particulare in quod complete quod est  
correlatum speciei.

Hic sic statuitur sic prima conclusio  
proximum correlatum generis, tum  
in respiciendo, tum etiam in termina-  
do est species. Prior pars est manifesta  
quod species ita referitur ad genus ut ad  
nihil aliud prius referat. Posterior e-  
tam patet, nam species ita terminat  
relationem generis, ut nihil aliud sit  
quod ipsam prius terminet.

Secunda conclusio, individuum est  
remotum correlatum generis in ter-  
minando, in respiciendo autem proxi-  
mum



num. Prior pars probat quoniam in  
 diuiduum, ita terminat relationem  
 generis ut detur species que prius et  
 iam terminet. posterius autem pars  
 probat quod in diuiduum prout est par  
 ticulare in quid incomplete, sic refer  
 tur ad genus, ut ad nihil aliud prius re  
 ferat. ad speciem enim non referet nisi  
 in diuiduum, quod est particulare in  
 quid complete.

Ad. i. igitur argumentum regardat et  
 sequella. est hoc enim quod genus ad spe  
 ciem proxime, ad in diuiduum remote  
 remote referat; tantum sequit in diuis  
 uum remote terminare relationem  
 generis. non autem ipsum in diuiduum  
 remote referat. Verum quamuis dica  
 mus tam in diuiduum, quam speciem pro  
 xime ad genus referat. dicimus tamen  
 ea diuersis specie relationibus ad ipsum  
 referat. quod diuersis relationibus terminat  
 et per easdem terminant. et referunt  
 neque ob id sequit genus etiam diuis  
 uum specie distinctis ad speciem et  
 in diuiduum referat. quod proxime et remo  
 te in respiciendo, quod reperit in genere  
 non sufficit ad distinctionem specificam  
 ut proxime et remote in terminando.  
 In solutione autem secundi argumenti  
 aduertendum est quod proxime et remote in  
 terminando quod diximus facere distinc  
 tionem specificam in relationibus. debet  
 in



intelligi quando tales relationes qz e  
iusmodi sunt . et ex sua natura ueridi  
cant qz proxime et remote terminent  
s. qz Individuum . quia Individuum qz  
remote terminat relationem generis  
neqz eam unqz eam proxime terminare  
pote est relatione fundata in subiectibili  
tate in questione . quod est incomplete  
ades uesi proxime eam terminet quod  
est impossibile iam non sit Individuum  
ac ues species ex natura sua posset qz pro  
xime terminet relationem alicuius gene  
ris . et quando terminat interdum re  
mote relationem alicuius generis . illud  
aduenit ei per accidens . ratione naturae  
quam determinat . N. g. hominis . qui re  
mote collat sub uerente . et eodem  
modo genus ex sua natura proxime termi  
nat relationem alicuius speciei proxime  
qz si aliquando eam terminat remote est  
per accidens ratione naturae determinatqz  
ad Argumentum ergo nequanda est sequat  
sa . neqz enim est per ratio

Ad. 3. similiter patet ex dictis qz genus  
tam de specie qz Individuo predicat in  
questione quod est incomplete . Indivi  
uum autem subdit species in questi  
one quod est complete . generi uer in  
tione quod est incomplete .

Ad. 4. qz quamuis in ordine ad Individu  
um sic tota relatio generis . non tamen  
ita distincte . ac prout de frustis traden  
da



da est per proximum correlativum sci //  
Sicut speciem. sicut etiam minus be-  
ne de finit et quia hinc inem. per genus  
remotum si diceret. hinc est substan-  
tia rationalis.

Ad. 5. q. in ceteris predicabilibus per se  
venit referri ad sua particularia, sed q  
sive sic proxime, vel remote convenit  
eis per accidens, ratione naturae derivati-  
vatae. / Unde ex parte generis solum  
responderit duo species particularis, ac  
proxime solum sunt sex particularis spe-  
cies, q. si hinc inferas et idem eorum  
solum quinq. debere esse species univ-  
ersalis ac ex consequenti sex predicabilia.  
Respondet q. cum dicitur correlativum  
se multiplicandum iuxta correlativa  
correspondentia est intelligendum de  
correlativis proximis.

non q. talia predi-  
cabilia sunt scilicet  
et differentia pro-  
ximam aut acci-  
dens, sed

Ad. ultimum. negat sequella et q. a-  
mus q. avus ex remote et intermedie  
filiis referat ad nepotem relatione rea-  
q. referat enim proxime ad ipsum ne-  
potem, cuius signum q. extincto filio  
et ablato non auferit nepos. species vero  
ablata auferit individuum, q. etiam  
auferit genus, quod est correlativum in-  
dividui. Unde nihilominus si genus per  
eamdem specie relationem ad speciem  
et individuum referat.

questio. 12  
cap. 12. Vtrum species predica-  
bilis sit a Porphyrio recte defini-

ta. De.



De specie subtilibus (que equivoce  
in nomine speciei cum predicabili con-  
venit) diximus satis. nunc ut de  
predicabili dicamus. arguitur error  
eius definitionem primo sic

quod de pluribus  
differentibus nunc  
non predicatur

3. q. Michael  
et gabriel sunt  
species et tamen  
non predicantur  
si deus et non  
de differentibus  
nunc  
me et solo  
quod angelus  
ut ait  
divus thomas  
ab aliis specie  
differat

quod convenit generi / 2. quod convenit  
materie et forme que de hac et de illa  
materia et forma predicantur. que ta-  
men non sunt species ut ait Porphyri-  
us immo speciem componunt

Sed perfectio definitio recte assignata  
est  
de differentibus nunc  
me et solo  
videtur solvere  
primum ar-  
gumentum

Ad 2. Respondet Caic  
no esse uni-  
versalia quod nullum universale est nisi  
si naturam completam habeat. Sed

perfectio enim est incompleta natura sine  
universales ut rationale non apparet  
cur ex parte particularium requiratur  
natura completa. dicitur ergo potest materia  
terram et formam esse species. ut quod cum  
Porphyrius dixit ex dictis speciebus non  
confici tertiam speciem. intelligendus  
est de speciebus nature completa.

Ad 3. Respondet primo cum dicitur quod  
non conveniunt plures esse angelos in  
eadem specie. Secundo cum Casetanus  
et schola Thomistarum Respondet quod in  
exemplis adductis species conservatur

prodece de rebz  
qui naturam  
completam

+ et  
solum  
nunc  
pro dif-  
feren-  
tiis



in uno individuo et species de sua natura in uno individuo est conservabilis quamvis aliud non sit possibile. Alii doctoribus id non placet quoniam indeterminatus ad unum est de essentia universalis huiusmodi autem indeterminatus non esset possibilis in natura ad unum determinata, et in uno tantum individuo existente. Degenerare communiter tenet non posse in unica specie conservari, tum ob rationem modo adductam: tum quia cum sit potentiale quoddam ad modum materiam per differentias formales contrasibile et perfectibile (quod non habent differentias materiales individui, respectu speciei) in una specie eius natura et perfectio compleri minime potest.

questio ~~cap 3~~ <sup>3<sup>o</sup></sup> Vtrum individuum sit recte a Porphyrio definitum?

Et videtur quod non, quia sola universalia teste Philosopho sunt definita, nec satisfactum si dixeris individuum defini se eundem intentionaliter. Sic enim predicat de hoc et de illo individuo de primo de non de uno solo.

Et quia definitio per quod Petrus et exi sequenti haberet aliquam intentionem a qua determinaretur individuum, et illa intentio cum esset individua determinaret ab alia, et daretur processus in infinitum; quod non videtur admittendum.

3<sup>o</sup>



3. qz relatus individuitatis si daretur  
esset ab intellectu ut constat. ac in  
tellectus non occupat circa singularia  
Quinde qz a parte rei Petrus habet suffi-  
ens fundamentum individuitatis ergo  
habebit illam siue intellectu operatio

4. qz huc intelligens est indivi-  
duum. et tamen predicat de se et de  
eius anima.

Ultimo. qz quidam homo est prima sub-  
stantia ut ait Aristoteles cap. de subs-  
tantia. et tamen predicat de se et de  
illo homine.

Notandum qz <sup>qz</sup> supra ~~indivisum~~  
individuum. Sumit pro subiectibili spe-  
ciei quod patet ex correlatum specie in  
fung. Sumit et pro ut idem est quod in-  
divisum et videtur negativum. cuius pro-  
prietates (ut magis declare eius na-  
tura) ut diximus alteri rei convenire  
non possunt. ~~nam~~ <sup>enim</sup> neqz una proprietates  
singularis alteri convenire est possibile.

Notandum Secundo qz individuum  
est nomen constativum. dicens for-  
maliter intentionem individuitatis  
constans fundamentum seu rem  
substractam. que ratione dicitur intentio  
nis deum solo. Figurat ut dicitur  
His positus conclusus est qz definitio in-  
dividui est recte assignata. e.  
Ad i. argumentum Respondet indivi-  
duum



<sup>et in  
muni</sup>
 diuini definiti secundum intentionem aliter  
 et predicari quidem sic in actu exerci-  
 ti de pluribus, sed de uno tantum in actu  
 signato. et similiter in actu signato pro-  
 prietas in diuino, alteri conuenire  
 non possunt sed in actu exerciti in diuini  
 diuini in omni et eius proprietates  
 omnibus in diuino conueniunt.

Ad 2. q. intentionem qua Petrus diuini  
 et in diuino. potest intellectus a  
 seam intentionem tribuere, et sic in in  
 finitum, neque enim est in conueniens  
 q. in entibus rationis de eiusmodi proces-  
 sus. et enim intellectus in se ipso syn-  
 caltegorematicum in intelligendo. unde  
 negamus operationem intellectus soli  
 esse necessariam ad abstractionem na-  
 turam. " "

et ipsum supra et  
 iam reflectendo

Ad 3. Respondet intentionem in diuino  
 diuini potest et predicabile de uno aut sub  
 dicibile non nisi per ab intellectu nisi  
 per actualem predicationem.

Ad 4. q. socrates et eius anima non sunt  
 plura in comparatione ad illam uocem hoc  
 intelligens.

Ad 5. q. quidam homines non est de in diuino  
 diuini huius definitus. Aristoteles autem non  
 uult dicere q. significet primam subs-  
 tantiam ad equate. sed in ad equate.



caput 3.

Caput 14 De differentia ~11.

differentia imprimis alia est communis  
alia propria, alia maxime propria  
communem autem definitur potest de  
finiri sic. differentia est ea forma qua  
res a se in alio, acq. alio tempore, nec  
ab alia re differit. est autem predicta  
divisus analogi in analogata, q. perpi.  
us dicitur differentia de maxime propria  
qualis est rationale, q. de communis qua  
lis est sedere et stare, et de differentia  
propria qualis est habere cicatricem.

Sed contra arguitur q. si differentia es  
set analogata esset ex eo q. ~~esset~~ fa  
re differre essentialiter. aliquem ac  
cidentaliter. sed si hoc fuerit analog  
quam etiam universale esset analog  
quod ad genus et speciem que predicat  
essentialiter, et ad proprium et acci  
dens que predicant accidentaliter. qu  
non est dicendum.

Sed animadvertendum est q. in differe  
tia rer. considerare et ipsas res differen  
tes. N. g. hominem et equum differen  
tias. N. g. rationale et irrationale et  
relativum differentis in differentijs  
predictis fundatam que realis est et  
cum requisitis vere predicamentales  
quoniam et etiam considerare rationem  
fundandi predictam relationem que  
est negatio quedam nimirum unum  
non esse aliud. quoniam autem huius  
modi negatio ex hoc oritur q. rationale  
ita

maxi  
me pro  
pria

differe  
tia



ita includit minus quoniam includit in  
 differentiali. idem ~~rationaliter~~ dicitur facere dif-  
 ferentia - ferre. sive essentialiter sive accide-  
 taliter. in praedicta autem divisione  
 nondum dicitur relatio differentiae sed hoc  
 ipsum quod est facere differre. quod est  
 in talis quamlibet formam quae est fun-  
 damentum relationis differentiae. ut  
 rationale. grammaticum etc. et quia  
 hoc sic analogum ad tria membra in  
 quibus dicitur; tamen relatio differentiae  
 est univoca et univoca omnibus re-  
 lationibus. quae in illis fundantur et  
 erit de praedicatione relationis. si ad sine  
 reliquis conditionibus quae requiruntur ut  
 relatio sit realis. neque enim est opus  
 ut tanta sit unitas in fundamentis  
 quanta est in relationibus. nam omnes  
 similitudines sunt eiusdem speciei. cum  
 tamen quarundam fundamentum  
 sit albedo. quarundam alia qualitas  
 speciei distincta. Hinc patet solutio pro-  
 positae difficultatis. conceditur enim potest  
 aptitudinem praedicandi univocalem  
 non esse univocam ad aptitudinem  
 praedicandi. quae reperitur in genere. diffe-  
 rentia et speciei. et ad aptitudinem  
 praedicandi. quae reperitur in proprio et  
 accidenti. Et rursus minus ducendum  
 est univocale esse univocum  
 Notandum autem quod differentiae per se. ut  
 rationale. Sabentur in ministeria scilicet  
 dividere genus (ad quod dicitur relatio  
 nem



nam dividitur ad divisum) et tot  
trahere speciem, ad quam dicitur re  
lativum constituitur ad constitu  
tum; quae ea operatione constituitur  
intellectus, quia ipse dividit, et definit.

uel equus

N.g. ab anima  
inclusum in  
Somne

Notandum autem q, differentia N.g.  
rationale et irrationale consequuntur  
relativum universalitatis ad Petrum  
et Bucefalum non per eam intellectus  
operationem quae fit in universa  
Sic licet in homine includat rationa  
le, et in equo irrationale. sed per eam  
intellectus operationem quae res presen  
tatur in conceptu sibi ad quatuor in quo  
prescindat ab omnibus, quae non sunt  
de eius essentia, sicut nec animalia. Su  
bet relativum generis in ea specie, qua  
suum representat, quod oportet ut pres  
cindat a rationali, cuius rei causa est  
quod relatu generis fundat in natura  
pro ut distinguitur ab specifica differentia  
per quam contrahitur, et relatu differ  
entiae fundat in natura pro ut distin  
guat a genere, quod contrahit ad cons  
titutionem speciei.

rationalis

quando alij  
quid

Differentia autem maxime propria primum  
definit ut sit ea forma, per quam species  
suum genus excedit. ut rationale ~~procedit~~ animal  
neg, animalia dicit differentia quamvis  
suum per eam excedat animal, neg, ani  
mal quod per ipsum suum excedat ut  
venit, quod est Philosopho id quod exce  
dit aliud excessus ipse et res quae exce  
dit



die ita se debent habere, ut unum in  
 me sedat aliud (sicut homo excedit ani-  
 mal per rationale) ~~et aliud per unum~~  
~~in aliud~~. homo autem non ex-  
 cedit animal proprio excessu, quoniam  
 pars animi rationalis continet in ani-  
 malibus. Et similiter ~~unum~~ <sup>animal</sup> continet  
 in animalibus in vivente.

per animam

questio .i.  
 cap. 15. Vm generalis illa as-  
 signata differentiis & finitio sit  
 recte tradita?

Funde q. r. q. album respectu Petri  
 differentis a sordate nigro est differentia  
 et non unum ~~in toto~~. nec maxime pro-  
 pria, nec similitudo nec ut consistat. et  
 q. r. sic propria g. r. q. r. est differē-  
 tia respectu Petri sine albedine respectu  
 autem Petri albi ut sic est essentialis.  
 2<sup>o</sup> q. r. corpora celestia differunt a corpo-  
 ribus inferioribus et tamen materia non  
 est forma, quia res a se vel alia differit  
 et confirmat q. r. substantia per se ipsam  
 differit a quantitate, et consistit forma  
 3<sup>o</sup> q. r. nihil a se differere potest. quod enim  
 sunt eadem numero teste Aristotele .5.  
 metaph. c. 9. differentia esse non possunt.  
 4<sup>o</sup> q. r. genera sunt forma species et fa-  
 ciunt eas differre ab alijs ut animal  
 facit differre hominem a lapide.  
 Notandum q. differentia dicuntur quaedam

per mate-  
riam

La - 2



unum ut

Sate ea minimum que quovismodo  
sunt substantia et qualitas. quaedam  
fructus que scilicet conveniunt in a  
liqua natura una. sive numero, sive genere,  
specie, sive analogia. et differunt per sive  
aliquam formam ad unitam. quod patet  
inter se nec genera summa. nec differen  
tia ut rationale. et irrationale differ  
re possunt. quia non habent differentias  
accidenti aut accidenti ad unitas qui  
6<sup>o</sup> ~~demum~~ <sup>et</sup> consistunt in ~~infinita~~

quodammodo  
ratione

2<sup>o</sup> Notandum q. differentia ut diximus  
summe vel pro relativo differentium.  
vel pro facere differre quod dicitur quod unum  
tunc constat rationale et irrationa  
le ~~est~~ / Tertio summe pro terra specie  
universalis q. fundamentum eius est  
sicut rationale et sensitivum causam  
differentiam sive faciunt differre.

omni per  
quod excludit  
tur differentie  
individuantem

3<sup>o</sup> Notandum q. ratione formam de  
finitore assignata q. intelligenda  
forma ad unitam aliam naturam ~~est~~  
et ex hoc dicitur quod res a se in alio atq.  
alio tempore differre. idem patet q. sicut  
Petrus grammaticus in eodem tempore  
re differat a se ipso musus. non tamen  
pro tunc unum inferre negationem  
alterius.

Ad. 1. R. q. Petrus summe non presense  
neq. ut alio. sed ut constat ab albedi  
ne / Ad. 2. q. illa corpora non differunt  
proprie per materiam. sed per corruptibile  
et incorruptibile / Ad. 3. q. Porphyrius  
hic



hic loquitur de quacumque differentia  
sive essentiali sive accidentali -  
Aristoteles vero hoc magis  
citato intelligendum est de his tan-  
tum quae differunt per se, quod in  
dividiis conveniunt.

Ad ultimum. ex dictis patet quod  
vera non sunt forma ad invicem ali-  
cuius naturae per modum alteri adia-  
centis. *questio 2<sup>a</sup>*

*cap. 16* Vnde differentia quae  
est tertium predicabile sit id  
quod predicat de pluribus  
differentibus specie, in qua  
aliquid essentialiter.

supponendum est de finitum huius  
definitionis esse relationem differē-  
tiae in eo modo constantis pro materi-  
ali differentias maxime proprias  
rationale. N. g. et sensitivum. et  
quod autem definitio non sit bona pro  
bona sic. rationale et reliquis differē-  
tia specificae non predicant de pluribus  
differentibus specie. ergo est. quod si respo-  
deat cum caretis eiusmodi specificas  
differentias in assignata definitione  
comprehendi quia definitio differē-  
tia ut differentia est hoc est quatenus  
dividit genus et constituit speciem  
et ultra hoc quod differentia specificas ut  
dif



nequeque (ut po-  
te qd animal est)  
repugnarent.

differentie sunt non repugnant pre-  
dicari de pluribus differentibus specie  
sic enim omni differentie repugn-  
ret. non satisfacit. tum qd differē-  
tia definit a Porphyrio ut unum  
scilicet. et non prout exerceat dicta mi-  
nistria dividendi genus, et consti-  
tuendi speciem: tum qd per non re-  
pugnantiam possemus etiam defi-  
nere animal dicentes quod est corpus  
animatum sensitivum rationale  
qd ut animalia predicta ei non repug-  
nant. alias repugnarent omni ani-  
malia etiam humani. preterqz de  
fructibus tradunt ut naturas re-  
rum explicent. et si Porphyrius non  
fuisset comprehendere in data defini-  
tione differentias specificas facile  
potuisset ablata illa particula dif-  
ferentibus specie, quod ipsum latius  
se credibile videtur.  
dicendum ergo est qd Porphyrius etiam  
generalem differentiam definiat:  
qd in disputationibus dialecticis ad  
quas potissimum dialectica dirigitur  
frequentior est usus generalium  
qz specialium differentiarum. et per  
tercia qd intellecta differentia gene-  
ralis, que notior est facile est intelli-  
gere specialem. quod idem fecit Aris-  
teles. 1. topicorum. cap. 1. ubi modo de  
firmis syllogismis demonstrativis  
in



in tota sua latitudine sed tantum  
ad illum, qui dicitur propter quod tan-  
quam notum. <sup>quod</sup> <sup>3<sup>a</sup></sup>

cap. 17 quod pacto differen-  
tiæ superiores sint affectæ  
ad inferiores?

differentiæ possunt comparari et  
ad genus, quod dividitur, et ad spe-  
cies, quæ constituitur, et inter se mu-  
tuas. hincigit tertio modo eas com-  
parantes, id quærimus utrum dif-  
ferentiæ generales, v. g. sensitivum  
sive genus respectu differentiæ infe-  
riorum, et utrum rationale etiam  
sive species respectu differentiæ  
inferiorum.

Et quod sensitivum sit genus pro-  
bat, quod sensitivum, quod est in ho-  
mine et sensitivum, quod est in bru-  
to differunt specie, de quibus prædicatur  
sensitive in continentem, et confirmatur  
quod sensitivum in Petrus et Paulus  
differunt numero, quod contrahuntur  
per differentiæ numericas.

2<sup>o</sup> quod si sensitivum in homine et bru-  
to essent eiusdem speciei, neque homo  
et brutum specie differunt.

3<sup>o</sup> quod etiam Rationale prædicatur  
de rationalibus, quod est in Socrate et  
Platone, ergo est species ad illa  
ultimo quod rationalitas est species ad-  
hanc



Sane et illam rationalitatem (cui  
sive universale et non ex alijs quat-  
tior) ergo et rationale est species.

Notandum q. differentie generis  
dependere non solum suum genus sed  
et ea que in ipso includuntur. sed ge-  
nus proxime et per se. et tunc rem-  
ta et ratione generis. et sic ratio-  
nale proxime dividit. et remote vivens  
et sensitivum. quemadmodum di-  
cimus Linnem. qui venit in na-  
vi munita ad motum navis.

Secundo notandum q. natura ho-  
minis differre specie ab utroque per diffe-  
rentiam sibi essentialem. anima  
sicut auctem que est in homine differ-  
re specie ab animalitate que est in bru-  
to per eam differentiam. que non  
est sibi essentialis. et intrinseca sed  
in homine tamen sensitivum quod  
est in homine et cetera predicata  
superiora differre specie a sensiti-  
vo et alijs superioribus que sunt in  
bruto

Ultimo notandum q. animal inco-  
muni est genus non natura anima-  
lis que est in homine precise sum-  
ptis sed respectu totius compositi ex  
natura animalis et rationalis. quia  
natura speciei addere debet aliquod su-  
perius naturam generis. Unde si sensi-  
tivum esset genus non esset respectu  
ser-

animal



Sensitivum proprie quod est in homine  
sed respectu totius compositi ex sen-  
sitivo et rationali.

Huius positis sic conclusio nulla diffe-  
rentia maxime propria est generis res-  
pectu differentiarum inferiorum. N. q.  
sensitivum. q. non est genus respec-  
tu sensitivi proprie, nec respectu ra-  
tionalis q. in eo non includit alia  
sua includeret in homine, quod non est  
dicendum) nec respectu sensitivi ra-  
tionalis aut alterius differentiarum  
inferiorum, q. si hec sunt composita per ac-  
cidents. ut pote contraria ex duobus en-  
tibus ~~parte~~ in actu. nec solus si dicas  
sensitivum habere se ut materiam  
et rationale ut formam, q. sic esset  
forma duarum specierum. q. autem nō  
sic genus respectu sensitivi et alterius  
petu dispositione. et similiter si uirtus <sup>nata</sup>  
aut scientia facile amittit ex defectu  
uirtus prouenit cum altera principij  
fallibilis imitat. et altera ratione et  
nature si uas de consona. contingere  
ergo potest (cum et defecto accidit) quod dy  
positio induat modum habitus. nota  
men



men q. sic habitus quantum ad essen-  
tiam

Primo magis autem exacta prae dictorum  
omnium intelligentia notandum est  
q. habitus sumit quando q. per omni-  
formam. et sic videmus opposi privati-  
nem et habitum. Secundo sumit pro  
actu habere sine pro veste. et pertinet ad  
prae dicamentum habitus. Tertio sumit  
pro qualitate superaddita potentiae ad  
prompte et faciliter operandum quod pro-  
ter nunc de eo loquimur // // // //

Dispositio similiter sumit vel pro situ  
partium in toto et sic pertinet ad quanti-  
tatem, vel pro situ earundem in ordi-  
ne ad locum, et sic pertinet ad prae di-  
camentum situs, vel pro qualitate disponen-  
te subiectum ad operandum, ut sumit  
in presenti.

Est igitur habitus qualitas superaddita po-  
tentiae ad melius operandum ut contingit  
in habitibus naturalibus vel ad simpli-  
ter operandum, ut contingit in habitibus  
supernaturalibus, adeo ut gratia quam  
vis immediate per se ipsam non operetur  
(non enim ex habitibus operatur) adhuc  
pertinet speciem est enim in anima  
et operatur mediantibus virtutibus.

De dispositione est maior difficultas quae de  
habitu dicunt enim multi non esse op-  
erari dispositum subiectum ad operandum  
sed satis esse, si illud bene aut male in  
se ipso afficiat. sed profecto hoc commune est  
omnibus accidentibus, ac proinde dispositum



debet subiectum disponere in ordine  
ad aliquam receptionem, uel operatio-  
nem.

Notandum tamen q. licet dispositio pre-  
cedat in sua productione habitum vid  
tamen essentialiter ut diximus tran-  
sit in habitum. generat enim habitus  
expluribus actibus, sic q. actus paulatim  
generant sine productione dispositione  
et cum ad ultimum illius deventum  
est generat habitus, neq. actus precede-  
tes generationem dispositionis aut ha-  
bitus terminant ad actionem sed ad qu  
licetatem que per ipsos producit. Depen-  
det ergo habitus a dispositione, et actibus  
que ipsam procedunt in fieri, sed non in  
conseruand

circa Primam etiam speciem scilicet  
potentiam, et impotentiam notandum  
est, q. potentia sumus pro passiva ad esse  
et sic transcendit omnia predicamenta  
uel pro potentia actiua que est primum  
principium operandi, omne enim princi-  
pium operandi in creaturis est qualitas  
scilicet uel potentia, uel aliquid poten-  
tię additum, nam quantitas et relatio  
actiua non sunt, neq. substantia que im-  
mediate per se ipsam.  
Non pertinet ergo ad hoc predicamentum  
potentia passiva ut sic; sed quatenus  
actiua est <sup>et</sup> productiua alij, uel quatenus  
resistit actiui, ut durities uel unguis



actionem contrariam non resistens  
 ut mollicies. et q. potentia passiva  
 ut passiva non pertineat ad huc prędi-  
 camentum probat manifeste. q. sic est  
 potentia ad esse. diuagat per omnia  
 prędicamenta. et esse determinatum  
 habet / et sic est iam in rerum natura ut  
 dicitur q. potentia passiva formę ad in-  
 formandum. aut uer materię ad recipi-  
 endum non distinguitur ab eisdem.

Vocant autem eam Philo. plus natu-  
 ralem potentiam q. ut in plurimum est  
 a natura, non tamen semper. ut pa-  
 tet in calore. quia aqua calida calefacit  
 ex dictis colligit q. nomine potentie nō  
 intelligimus aliquid prędicatum. potē-  
 tię. sic enim est nihil.

colligit secundo. q. nomine potentie in-  
 telligitur potentia intellectualis, rationa-  
 lis, animata, et inanimata. quales sunt  
 intellectus, sensus nutritiuus. calor etc.  
 circa tertiam speciem. Notandum  
 etiam occurrit q. Passio sumit uel pro  
 propria passione cuiuscuq. rei transeun-  
 dentaliter: uel pro receptione. q. nomine  
 recipere est pati: uel tertio pro passionibus  
 potentie appetitive; sicut sunt actiones  
 siue non quod nobis nunc disputare nō  
 conuenit. uel tandem sumitur ut in prę-  
 senti, pro qualitate cito transeunte

Passibilis autem qualitas dicitur non quia pa-  
 titur. sed q. passionem efficit in sensibus.

Ad



221  
Ad hanc pertinent omnes qualitates  
sensibiles; in quantum immutant se  
suis. immo possunt etiam in specie po  
tentie, in quantum sunt principia spe  
randi, et producendi species sensibiles  
in sensibus. et hoc patet ad hanc speciem  
pertinet lux aut lumen. ut immutat  
visum. et est in specie potentie. ut est  
potentia ad illuminandum.

Circa quartam speciem qualitatis  
advertendum quod forma accipitur  
vel pro substantiali. vel pro accidenti  
quod divergente per se in genera acciden  
tium. vel tertio pro figura aut hic accipit  
nam quod mathematici dicunt figuram  
physici appellant formam / figura autem  
potest mutari. vel sine ulla additione  
in ordine scilicet ad solum locum, vel si  
tum. ut cum linea ex recta fit curva; aut  
ex verso. Aut per additionem quantita  
tis et tunc simpliciter mutatur figura  
ut cum quadratum fit altera parte lon  
gior / nec figura realiter distinguitur  
a quantitate.

Rarum denique et densum ut iam insinua  
vimus / vel dicunt ordinem partium in to  
to quanto et sic ad quantitatem pertinent.  
vel in ordine ad tactum, et sic sunt tan  
gibiles qualitates.



cap. 6 de sex ultimis prędicamentis ~

497

de His sex prędicamentis Aristoteles  
sic breuissime disserit. qđ de actiue  
et passiue. 3. phys. 2c. 1. et 2. de  
generatiue Satissime disputat. de  
es uero et tempore. 4. de phys. de  
situeris et Sabere licet nullibi late  
trattauerit. Sic instituit tanqđ de re  
bus parui momenti breuem sermonē.  
quę etiam qđ secunda causa cur de cęte  
his prędicamentis tam breuiter disputa  
uerit. Tertia tamen causa exortitur  
in colligere qđ minimum ista omnia ualde  
tuta et perulgata sunt. de actiue ue  
ro et passiue precipue agit dicens Sabere  
duo attributa nimirum. Sabere contrari  
um. et suscipere magis et minus. quę nec  
solis nec omnibz conueniunt. nec constat  
de primis attributis supra tractatis prędica  
mentis: de secundis uero qđ illuminatis  
aeris contrarium non habet. et generatiue  
substantialis tam actiue qđ passiue sumpt  
ta. magis et minus non suscipit. de situ  
autem dicit qđ situm esse et alia conuen  
ta pertinentia ad prędicamentum situs de  
terminatiue dicunt. a positionibz. sitibus  
ue ut a suis abstractis. et de tribus alijs  
prędicamentis solas uerum significationes  
adducit et exemplis declarat. ut in principis  
fecerat. Dicamus igitur breuiter deniqđ  
qđ sigillatim. et tandem (licet aliquantu  
lum ordine controuersis) de omnibus simul

¶ De actiue et Passiue



Actus et passio sumuntur multis modis,  
 Primum pro quocumque significato verbi ac,  
 tunc. quod patet informare et recipere ap-  
 pellare actionem, quod significans per ver-  
 ba activa, et huiusmodi actiones potius  
 sunt grammaticales, quod predicamenta  
 sunt. Secundo sumuntur pro relatione agen-  
 tis ad patientem et e converso. Tertio ad  
 robustum pro positionem pro illo influxu  
 et causalitate quod agens aliquid produ-  
 cit. quod quandoque dicitur actus (cum scilicet  
 est immanens in eadem potentia vel  
 parte subiecti) ut intellectus, quandoque  
 dicitur factus quod est actus transiens. Defini-  
 tur autem actus ut dicitur ex 3. physic.  
 cap. 3. sic. actus est agens quatenus a-  
 gens est actus seu perfectus. Et passio est  
 passio est patientis quatenus patientis est  
 actus seu perfectus. Suntque actus et passio

vel actus est in  
 fluxus agentis  
 ad patientem  
 passio vero influ-  
 xus quod dicitur pas-  
 sum

una et eadem res, quod tamen diversissimo  
 modo acceptis distinguitur. In quantum enim  
 ab agente procedit dicitur actus: in quantum  
 in patiente recipitur dicitur passio: quemad-  
 modum eadem via ascendit dicitur ac-  
 cendit, descendit dicitur descendit. In  
 agente autem immanente idem est agens  
 et subiectum actionis, in transeunte vero  
 actus subiectus in passio. Et creatio quidem  
 actus identificat eum deo, creatio vero pas-  
 sio cum creatura. Sed de hac subtiliter dicemus  
 neque actus alia actione producit. immo  
 neque modo rerum per actionem a seipsis disti-  
 nctionem oriuntur in rebus. Actionum ite-  
 (et idem dicendum est de passionibus) quod  
 dam

Insuper actionum  
 immanentium  
 quodam sunt a  
 potentia appropin-  
 quante. qualis  
 est intellectus  
 quod visus. et au-  
 rium. quodam a  
 potentia appeten-  
 te. qualis est vo-  
 luntas, irascibilis. et concupiscibilis



dam sunt successus. ut calefactus  
 quaedam instantaneus ut illuminatio  
 et successus resolutione ratione formae  
 quae per ipsas producit. sed ratione sua  
 propriis successibus magis et minus ad  
 mittunt. Sicut insuper quaedam alia  
 res et passiones desipere ut calefacere  
 et calefieri. quaedam ab animis ut intel  
 ligere. et quaedam a superiori causa mi  
 nimum a deo et angelis

### De Praedicamento Vbi

*S. me  
 trophus* quaedam ut Foriseca et Bonemas existi  
 mant ubi esse deo denominationem extrinse  
 cam a continentia aeterna corporis continen  
 tis. sed Capreolus in 2 sent. dist. 6. q. 2  
 et alij multi sane opinionem relictunt  
 quod sic nihil reale poneret. 2<sup>o</sup> quod per motum  
 localem aliquid reale acquiritur. hoc autem  
 est ipsa praesentia localis. Sive Vbi. nam  
 locus qui est in corpore ambiente tantum  
 est terminus extrinsecus motus localis.  
 unde non est probanda definitio gilberti  
 dicens quod ubi est circumscriptio corporis ex  
 circumscriptioe loci proveniens. tum quod  
 tantum innotet esse extrinsecam denomi  
 nationem. tum quod solum convenit Vbi cir  
 cumscriptionis. et non definitio. ac ex conse  
 quenti non omni in hoc praedicamento conten  
 to. Esse enim in hoc contingit dupliciter  
 scilicet circumscriptive cum partes corpo  
 ris locati respondent loci, et definitivae si  
 licet quoniam locatum utae. huc quod non aliter  
 quam



quamvis totum sit in toto loco, et totum  
in qualibet eius parte. ut angelus  
est ergo ubi. presentia rei in loco vel spa-  
cio aliquo. ubi autem et ubicatio non  
differtur nisi solo nomine. ubi et ubi  
latum sicut abstractum et concretum.  
nec ubi formaliter importat relationem  
propinquitatis. ne quidam putant. quod  
relationem non est per se motus. Sequitur  
relatio ~~ad~~ propinquitatis ad pre-  
sentiam dictam.  
Solerit adduci tres proprietates huius pre-  
dicamenti. Prima quod secundum intensio-  
nem non suscipit magis nec minus quod  
unum corpus non est magis nunc in hoc  
loco quam fuit heri. sed secundum exten-  
sionem bene suscipit magis et minus  
aut forte proprius. maior et minor.  
Secunda proprietas est proprie non habere  
contrarium. Tertia quod secundum pre-  
sentiam localem res dicantur distantes aut  
propinque  
quod si adicias Porphyrium dixisse in capi-  
te de specie quod in predicamento preter-  
genus terminum et species infimas reperi-  
unt etiam species medias (quod in hoc e-  
non inveniunt cum tantum sicut duo speci-  
es infime ubi. scilicet circumscriptionem  
et definitivum) Respondet. Porphyrium  
intelligendum esse. de quatuor primis  
predicamentis. que precipua sunt. quod  
ades verum est ut dicitur affirmet ad ra-  
tio



tionem sui generis non pertinere q<sup>d</sup> - si  
 plures suble habeat species. sed q<sup>d</sup> supra  
 se non habeat aliud genus. et ponit ex  
 exemplum in predicamento quando si  
 uel esse in tempore, quod nullas uel  
 paucas suble species continet, non tamen  
 habeat supra se aliud genus.

### De Predicamento Situs

Situs significat <sup>esse</sup> ordinem partium in to-  
 to. et spacium repletum uel replebile  
 corpore. et sic non loquimur nunc de eo,  
 et tertio sumus pro ordine partium cor-  
 poris locati ad locum. sicut sedere, iace-  
 re, aut stare. Situs ergo <sup>esse</sup> (quod est uerba-  
 tum situs) est habere partes certo modo  
 affectus ad partes loci. situs uero est loci  
 certo modo circumpositus. ex quo constat  
 differentia inter situm. et ubi. quibus  
 dicitur determinatum modum esse in  
 loco. Positionum autem quaedam sunt  
 naturales uel sedere, stare; alie non na-  
 turales, quarum quaedam sunt contraria-  
 turam uel sicut pedibus sursum erectis  
 manibus nitae; alie preternaturam uel  
 situs lapidis in pariete. & q.

qui est abstractus  
 uel positus partium

De Predicamento quando  
 quando quod huius predicamenti abstr-  
 actum dicitur potest. est duratio creata. uel  
 permanens. uel successiva extraneata  
 meri rei denominata. dicitur creata ad ex-  
 cludendam q<sup>d</sup> terminat em. que est duratio  
 dei. dicitur completa ad excludendum instans

Dicit



dicuntur permanentes propter quoniam quod  
est duratio angelorum, interna primo ange-  
lo et externa ceteris. addit denique aut  
successiva externarum denominatque ut is  
prehendat tempus qua ratione denomi-  
nat extrinsecus. et excludat prout in-  
trinsece denominat et pertinet ad predi-  
camentum quantitatis.

essentia in tempore (sumendo in tempo-  
relate prout etiam est inprehendit quibus)  
est univocum Sicut predicamentum.

Sicutque hinc predicamentum maximam  
similitudinem cum. Vbi. ac prout  
sicut ubi est realis ad locum. ita quia  
est presentia rei in reali aliqua dura-  
tione sive esse presentis rei in durati-  
one aliqua creati. reali et completa.

quod si arguas quoniam videtur ex dictis se-  
qui. quod presentia realis ut abstracta ab ea  
que est in loco. et ab ea que est in tempore  
videtur genus adhibendum predicamentum et  
sic univocum dicitur. Respondetur quod eius  
modi presentia dicitur analogice. et per prius  
de reali. / quibus quidam argumentis con-  
victi unum predicamentum ex utroque  
serant constitutum.

Species Sicut sunt esse in tempore. et esse  
in quo. Quibus esse in tempore preter-  
it. presenti. et futuro. que sunt vulga-  
res ipsius species.

proprietates Sicut predicamenti tres as-  
signantur. prima est non habere contrarium.  
Secunda non suscipere magis. nec minus.

et



Et tertia est q, secundum hanc presentiam in tempore, res dicuntur coexistentes uel non coexistentes

De Predicamento Habitus

Habitus non sumitur hic ut in prima specie qualitatis, neq, pro forma opposita privationi; sic etiam dicitur per predicamenta. sed sumitur pro actu aliquo habendi. et sic definitur ab Aristotele. 5. metaphysic. cap. 7. Habitus est actus in diuis inter rem habentem, et habitam. Habere autem dicitur uel per informatione ut corpus albedinem. uel per continuationem ut huiusmodi habet manus. uel per dominium, ut dominus seruos. uel per continentiam alteram, ut uas habet aquam; uel tandem quibus per continentiam passiuam et sic loquitur nunc de eo. qui patitur huiusmodi uel habere uestem, arma, uel ornamentum. et inde quidam dicunt q, habitus qui est uelut abstractum suus predicamenti est substantia extrinseca approposita per modum accidentis. concretum autem est esse affectum eius modi substantia. ut esse vestitum, armatum, et ornatum. Dicitur igitur huiusmodi predicamentum quendam modum realem absolutum qui res habens se habet in ordine ad rem habitam. sicut et ubi dicitur modum qui res est presentis loco. Unde Thomas 5. metaphysic. cap. 7. q. 2. tenet probabiliter q, si quidem predicamenta non distinguantur. sed contrarium tenendum est eum Aristotele et dicendum q, formaliter essentialiter

ter



ter distinguunt nam presentia rei habet  
in hoc predicamento est proprie ad re  
habitam. sicut Petrus dicitur habere uer  
tam. non sic autem dicitur habere locum.  
quamuis non est inconueniens dicere  
q. presentia. quam Petrus habet in loco  
potest considerari duobus modis. primo  
propterea est presentia in spacio. et sic perti  
net ad predicamentum Vbi. secundo pro  
pterea est presentia in re habita. nam etiam  
dicimus habere locum; et ita pertinet  
ad predicamentum habitus. Et sic ratio  
ne formalis tantummodo distinguuntur.

De sex dictis predicamentis

II - in eodem. questio unica

¶ De omnibus predictis sex predicamentis du  
bitari solet num absoluta an relativa  
sunt? et est prima quorundam opinio  
asserentium esse res absolutas simul cum  
respectibus. quod desumpsisse uidentur ex  
Aristotele dicente esse quasdam preceden  
tium predicamentorum complicationes  
quod in precedentibus ponuntur res uel abso  
lute simpliciter. uel respectiva. in his  
autem absolute cum respectibus. sed hoc  
falsum esse ostenditur. quod sic essent compo  
sita per accidentia.

¶ Opinio est scilicet in 3. sent. dist. 3. et in  
4. dist. 13. q. 1. et in quodlibet. 11. ar  
4. asserentis licet sex predicamenta esse re  
latiua quasdam extrinsecas aduenien  
tes. quas eas esse dicitur que positis funda  
mentis et terminis non statim insurgunt  
et



Et exemplificat immateria et forma  
 et specialiter in anima et corpore. Et  
 in dominum in eodem modo. quando erat  
 anima et corpus. et tamen non erat  
 relatu unius. et sic est locus et se  
 eius. et tamen non statim relatu presen-  
 tie interueniens. sed profecto defuit  
 relatu secundum se. scilicet imitas uel uni-  
 tu materia ad formam in primo exem-  
 plo. et in secundo similiter debita ap-  
 proximat. Locati ad locum. ac proinde  
 non est dicendum ut uult Scotus q. sine  
 dicamentum actuum. sit relatu agen-  
 tis ad patiens et passio. Relatu patie-  
 tis ad agens. ubi locati ad locum. quando  
 rei temporaria ad tempus. Sit rei sitq  
 ad locum. et deniq. habitus rei induit ad  
 uestimentum.

Deinde impugnat predictas intentiones  
 si quis nam secundum ipsum relatu  
 pro pingui ad propinquum. et uult ad  
 uentum suine relationes extrinsecus  
 aduenientes. et tamen non ad aliquid  
 exultis predicamentum pertinet nisi ad pre-  
 dicamentum relationis. 3<sup>o</sup> q. si actus  
 esse relatu in agente. distinguere se  
 ab eo a passione sibi correspondente  
 in passio. quod est contra Aristotelem. 3<sup>o</sup>  
 physic. cap. 3. et quamuis Scotus miti-  
 bus argumentum diluere. in q. diste  
 13. q. 1. offerens quinq. receptiones alio-  
 rum minus conformes doctrinae Aristoteli  
 et nihil omnino facit.

f<sup>o</sup>



4<sup>o</sup> quod si in quattuor ultimis predicamentis sunt quattuor relationes passivae subiectivae ad formas denominantes, similiter ex parte formarum erunt aliae quattuor relationes concessivae quae constituent alia quattuor predicamenta. quod si dixeris eiusmodi activas et passivas relationes ad praedicamentum pertinere. par ratione dicam ego actionem et passionem esse idem predicamentum, quod tu non admittes. Ad quod addis posse quod quem admodum se habet relatio intrinsecus adveniens ad intrinsecam, sic extrinsecus adveniens ad extrinsecam. ac per consequens sicut illa constituit speciale predicamentum, ita et ista. et esset undecim predicamenta.

fundamentum autem sententiae Scoti ut supra insinuavimus in prima ratione contra eius sententiam falsum est nulla est enim relatio quae non ponatur posito fundamento, et terminus cum ratione fundandi, quae omni omnium relationum necessaria est.

3<sup>o</sup> sententia fuit Capreoli. in 2. dist. 1. q. 1. tenentis licet sex ultima predicamenta esse respectus quosdam fundatos in relationibus, quas adinvenit Scotus. quae sententia ex eisdem argumentis consistari potest. est ergo quarta sententia conformis de



doctrinae. D. Thomae quodlibet. q. 1. et  
 secundum Aristotelem. Ille predicamen-  
 ta non esse relativa secundum esse ut  
 constat. sed formas aut quasi formas  
 absolutas. involuente respectus tras  
 accidentales. aut secundum dici saltem  
 ad subiectum. qz talis ordo ad subiectum  
 intrinsecus est omni accidenti.  
 ex dictis colligitur qz in his sex ultimis  
 predicamentis non sunt eam exalte es-  
 ditones exigendae. sicut in alijs. ne  
 qz tam rigorose species et genera postu-  
 landa.

Tractatus Sextus  
 caput 10. De Postpredica-  
 mentis. cap. Vnicū

Ille est pars tertia huius tractatus. in  
 qua (quemadmodum in prima de ante  
 predicamentis actum est de praambulis  
 ad predicamentorum intelligentiam ne-  
 cessarijs) agitur de quibusdam conditi-  
 nibus aut proprietatibus <sup>quae</sup> omnibus. uel  
 aliquibus predicamentis conueniunt.  
 Sunt autem postpredicamenta quinque  
 scilicet oppositio. prius. simul. motus.  
 et habere.  
 opposita autem sunt in quadruplici dif-  
 ferentia scilicet. contradictoria. contra-  
 ria. priuatiua. et relativa.

Prius dicitur prius et propriissime quod  
 aliud praecedit tempore. secundum id a quo  
 non conuertitur essendi consequentia. ut  
 animal respectu hominis. ualeat enim



consequentia homo est ergo animal,  
est, sed non e converso, animal est, er-  
go homo est. Tertio dicitur prius ordina-  
re in scientijs priora sunt principia  
conclusionibus, quarto dicitur Prius id  
quod nobilius est id enim etiam natura  
prius appellari consuevit. Quis impro-  
prius modus prioris est / posset etiam di-  
ci prior ueritas rei existentis, respec-  
tu ueritatis propositionis, qua eam ex-  
istere affirmamus.

Simul etiam esse aliqua contingit tri-  
plex, nimirum aut tempore, aut  
natura qualia sunt relata, aut tertio  
ea que diuisione alicuius generis oppo-  
nunt, eiusmodi enim etiam simul sunt  
natura. N.g. gressibile et uolabile diu-  
dentia animal.

Species motus sex annumerantur. scilicet  
generatio, corruptio, augmentatio  
et diminutio, alteratio, et motus lo-  
calis.

modi denique habendi siue habere sunt  
octo, nimirum. 1. habere qualitatem sci-  
entiam. N.g. aut uirtutem. 2. habere qua-  
ntitatem, trium N.g. aut quattuor cubi-  
torum. 3. habere ea que circa corpus ponu-  
t ut tunicam, aut pallium, uel gladium.  
4. ut habere in parte. N.g. in manu an-  
nulum. 5. habere ut partem. N.g. manum  
aut pedem. 6. sicut in uase quod. N.g. ha-  
bet oleum aut uinum, et modum tubum



¶ ut habere possessionem V.g. domum /  
aut agrum. 3<sup>o</sup> dicitur uir habere uxorem.  
et uxor virum, sed hic remississimè  
est habendi modus.

*[Faint, illegible handwriting covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side.]*



Tractatus Septimus De  
Libris Posteriorum. siue  
potius summarium bre-  
ve ubi quum.

capit. I

Libri inscribitur de posteriori  
resolutione. resolutio autem ex ante  
est seu iudicium, quod de re aliqua  
scimus. num convenienter sit supra  
tunc? eiusmodi autem iudicium de  
syllogismo est ante conformis precep-  
tis artis dialecticæ. examen igitur de  
bonitate consequentis appellatur pri-  
or resolutio. de qua fit in libris priorum  
mentio. et contingit quando regula  
est syllogismus imperfectus per perfec-  
tum. reducendo scilicet imperfectum  
ad aliquem ex perfectis primis figuris  
iuxta illa principia dei de omni. et  
dei de nullo. Secundum examen  
fit de premissis ex quibus constat de  
monstratis. scilicet utrum sint vere  
et necessarii. et huiusmodi examen ap-  
pellatur posterior resolutio. de qua agit  
in his libris Aristoteles. ista autem re-  
solutio contingit cum premissas ex qui-  
bus demonstratis constat resolutivus  
quod ad prima principia naturali lumine  
cognita. et hoc idem fit quod sepe contingit  
ab una essentia manare plures passio-  
nes ordine quodam unam scilicet medi-  
an



ante alia. Et quæ per definitionem  
 efficit demonstratio. Et causa om-  
 nium propriarum passionum. ut in  
 nihilum mediante alia. et ita uno  
 debemus demonstrare per aliam. sicut  
 sicet quartam per tertiam; et tertiam  
 per secundam usque dum perveniamus  
 ad primum principium explicans esse  
 tiam. Et ista appellatur resolutio sicut  
 examinatio. Et quod resubile demonstra-  
 t de homine per admirativum. et  
 admirativum per disciplinabile est.  
 usque perveniamus ad animal ratio-  
 nale, quod est primum principium  
 in scientia de homine.

Hæc suppositis. cum ex Aristotele. 2. pos-  
 teriorum. cap. 1. habeamus. quod de qualibet  
 re sunt quatuor quæstiones. primo an  
 sit. secundo quid sit. tertio qualis sit  
 et quarto propter quid sit. de demonstra-  
 tione brevissime. hæc examinabimus  
 quantum ergo ad primam quæstionem  
 advertendum. quod idem est quærire an  
 demonstratio sit. et an sit necessaria.  
 In qua re statuitur conclusio. demon-  
 stratio est necessaria. et probatur quia  
 de rebus habet scientia. Sicut contrarium  
 asserunt Heraclitus. et Cratylus. et  
 de novo acquirere. contra Aristotelem  
 scientiam nostram scire esse quoddam re-  
 minisci. cum ergo scientia sit necessaria  
 etiam



etiam demonstratio necessaria erit  
hæc autem conclusio constat ex prima  
propositione Aristotelis dicentis, q. om-  
nis doctrina, omnisq. disciplina expro-  
cedenti sic cognoscitur.

Primum intelligentia notandum est  
comprimis q. eiusmodi propositio nō  
est intelligenda de virtutibus appetiti-  
vis, sed de virtutibus iudicativis, neq.  
de sensitivis sed de intellectivis. Et  
virtus non debet intelligi nisi in gene-  
re cause efficientis; et debet intelligi  
de quacumq. doctrina quomodo cumq.  
acquirat, sive sit acquisita per in-  
ventionem nostra industria; sive sit ac-  
quisita mediante doctore, semper e-  
rim fit in genere cause efficientis ex  
alio iudicio prius habito, notante  
dicimus dum modo sic acquisita  
de iudicio, q. iudicium quod est nō  
acquisitum, sed a lumine naturali  
quale est principium principiorum, nō  
habet ex alio prius iudicio, sicut enim  
daretur processus in infinitum, et ita  
in scientia de lumine subsistit in illo prin-  
cipio naturali lumine nōto, scilicet  
q. sic animal rationale.

Secundo notandum q. prædicta propo-  
sitis habet locum etiam in opinione  
et fide, pervenientem enim est etiam  
ad primam fidem, et ad primam pri-  
mitionem, q. si quis a quo nam cau-  
sec







Præterea cum de subiecto dicimus esse  
præcognoscendum quid est. intelligi-  
mus non de definitione descriptiva  
et quid nominis. sed de quidditative  
et quid rei. ea enim est medium in  
demonstratione propter quod. neque est  
arbitrium dicere quod in scientia definitio  
subiecti non tradat. pertinet enim ad  
quolibet scientiam tradere definitio-  
nem subiecti. sed quod eiusmodi defini-  
tio non est demonstratione acquiren-  
da. sed suppleenda ad demonstrandas  
proprias passiones.

Cum de propria passione præcognos-  
cendum dicimus quid est. intelligimus  
de definitione quid nominis. supple-  
nendo scilicet quid significet.

De Principijs denique præcognoscendum  
est an sit. id est quod sint vere proposi-  
tiones.

Cum ergo sint quattuor quesita. Fin-  
tentur et rogata. An est. quid est. qua-  
le est. et propter quod est. De An est. et  
quid est nulla est demonstratio. sed  
solum de quia est. et propter quod est.  
ut patet de homine. quod est risibile. et  
propterquam causam est risibile.

Hæc suppositis est dubium. Vtrum sit  
in demonstratione assentiri præmissis  
sine eo quod assentiat conclusioni. et



et Respondetur q. bene scire assentire  
 cuilibet expressis seorsum sine eo  
 q. preter assensum conclusionis. immo  
 stat assentiri ambobus premissis et  
 non conclusioni. nisi adsit assensus  
 bonitatis consequentis. Stante autē  
 assensu premissarum et bonitatis conse  
 quentis non potest non generari assen  
 sus conclusionis. nisi aliunde proveniat  
 impedimentum. et hoc est quod dicunt  
 dialectici non assentiri maiori et minori  
 nisi absque q. assentiat conclusionis. quia  
 sensus premissarum est causa naturalis  
 assensus conclusionis. nec ut quibus  
 dam videtur est necessarium. ut in eodē  
 instanti inquit quis assentit minoris  
 generis assensus conclusionis. sed hoc  
 est si statim producat  
 notandum tamen q. notitia sine sen  
 sitiva. sine intellectiva producit in  
 instanti. si obiectum sit debite appli  
 catum. applicatio autem fieri potest  
 in tempore. ut patet cum visibile quod  
 erat remotum sit visui presens.  
 Hoc autem adeo verum est q. etiam si in  
 intellectu sit error contrarius conclu  
 sioni illata ex premissis. in eodem om  
 nino instanti. excludit error et gene  
 rat verum assensum. taliter q. ingere  
 re causam materialis prius est materia  
 est q. excludit errorem assensus. inge  
 nere vero causam efficientis prius est intro  
 ductio



^  
Sic est notat  
quam plura

205  
Dicitur assensus uerj / Diximus nisi  
aliunde proueniat impedimentum  
qz cum intellectus robustus sit finitqz  
abstractus, et limitatum, quod ad in-  
tensionem, et quod ad numerum no-  
titiarqz utaqz, licet in potentia possit in-  
finita intelligere, in actu tamen non  
potest nisi finita, et ita intense potest  
intelligere aliquam rem, qz non po-  
test intensius eam intelligere, nec  
considerare aliquid deinde nisi reme-  
tate notitia quam habet realia, et  
ex quo sequitur qz, dato qz, capacitas al-  
cuius intellectus sit solum ad decem  
notitias, et in hoc numero denario  
ad quem se extendit continua assen-  
sus maioris, et minoris alicuius de-  
monstrationis in tali casu non potest  
intellectus aduertere ad conclusionem  
nisi corrumpat una ex decem notitijs  
prius habitis.

Capit. 2<sup>m</sup>. quid sit Demons-  
tratio?

In huius intelligentia notandum qz  
iudicium de aliqua re sumit ex fine  
sicut uero demonstrationis est scientia  
ad quam acquirendam ex se ordinat  
scientia autem est habitus uerus cer-  
tus et evidens acquisitus a nobis ex cog-  
nitione primorum principiorqz / notan-  
da sunt singule demonstrationis partes qz  
sicut



Scientia est habitus non actus transiens  
 est uerus. ut excludat error. certus  
 ut distinguat ab opinione que formi-  
 dinem induit. evidens ad id ad ipse  
 finem nem fides. que habitus uerus cer-  
 tus immo certissimus est non tamen  
 evidens et clarus. et tandem dicitur  
 acquisitus exprimitur principijs. et per  
 demonstrationem ad differentiam in-  
 tellectus primorum principiorum. qui  
 non acquiritur. sed est inditus a primo  
 nature auctore. et habet idem nome-  
 num ipsa potentia scilicet intellectu.

Notandum tamen q. non in omni-  
 bus scientijs est idem certitudinis  
 gradus. et evidentijs. Sunt etenim que-  
 dam scientijs ad se certe et evidentes  
 ut nunquam deficiant. ut summate-  
 matijs. Alique scientijs sunt de il-  
 lis. que ut in plurimum eveniunt. Sci-  
 licet que in hyeme sic pluvia. et huiusmo-  
 di de quibus agit Physica. ac proinde ad  
 rationem scientijs satis est dicitur agat  
 que ut in plurimum eveniunt. et per  
 suas causas cognoscunt.

Ex qua definitione colligitur primo q. qu-  
 ardo cognoscimus aliquid per effectum  
 non cognoscimus simpliciter cognoscendo  
 per scientiam.

Secundo colligitur q. Angelus quamvis  
 sine discursu simplici cognitione cog-  
 noscat. habet scientiam reij. q. cognoscit  
 cit



est unum esse alterius causam, ac  
proinde dicitur cognoscere effectum per cau-  
sam. Et sic modo proportionabiliter  
dicendum est de scientia de optimi et  
maximi.

His positus Statuitur demonstratio de  
finito per causam materiale. Sic de  
demonstratio est syllogismus procedens  
ex veris, primis, immediatis, prioribus,  
notioribus, causisque conclusionis  
dicitur ex veris quod primis et falsum pos-  
sunt esse causa illationis conclusionis  
verae, non tamen veritatis ipsius con-  
clusionis. et hoc est quod dialectici dicunt  
ex vero semper sequi verum, sed et  
quantum ad inferi, et quantum ad  
existere. ex falso vero quandoque ve-  
rum, quandoque falsum.

In intelligentia illorum verborum. Pri-  
mus et immediatis nota, quod propositio  
dicitur immediata, vel quod nil mediat  
inter ipsam et conclusionem, ut inter  
hoc quod est firmum esse admirativum  
et risibilem, vel quod caret priori medio  
quo possit demonstrari, et demonstra-  
tio semper consistat ex immediatis, secun-  
di generis saltem naturaliter, quod quia  
de formaliter procedit ex immediatis  
primi generis. Latet nullis virtus im-  
mediatis in demonstrabilium. //  
ex quibus sequitur duplicem esse demons-  
trationem propter quod alteram praesep-  
turus ex immediatis simpliciter, formaliter  
et immediate procedit, et alteram

quae

^ et procedit

^ et mediate



que ex talibus procedit non immédia-  
te, et formaliter, sed virtualiter ut  
dictum est. nec vitio dari debet philo-  
sopho, q. precipuam, et potissimum ob-  
iectum demonstrationis definierit. q.  
in uno quoq. genere dat unum, quod  
est metrum, et norma ceterorum. ni-  
si velis dicere et bene, q. omnis demons-  
tratio procedit iuxta dicta, exprimit  
et immediatis simpliciter, saltem vir-  
tualiter, et mediata.

An autem demonstratio uniuersae uel  
analogice de hac utraq. demonstratio  
ne dicat problematice deferri potest  
ut constabit intuenti. ))

Notandum ulterius pro definitionis ex-  
plicatione, q. individua et singularia  
sunt nobis notiora. Uniuersalia uero  
qualia sunt species sunt notiora natu-  
ra, natura enim singularia non intē-  
dit nisi ob conseruationem speciei, et  
inde est q. uniuersalia qualia sunt  
genera N.g. animal sunt nobis notio-  
ra q. species (ut prope minus a natura  
intēdit) q. si aliquando in Aristotele  
repererit singularia esse magis nota  
quoad naturam, aduerte q. per singu-  
laria non intelligit individua, sed mi-  
nus uniuersalia, nimirum species.  
Preterea notandum, q. duplex est causa  
altera essendi, et cognoscendi simul, al-  
tera cognoscendi tantum, quae pars per se  
fec



fectus devenimus in cognitionem  
causarum. et sic ex eclipsi Lunae colligi-  
mus interpositionem terrae inter ipsam  
et solem. ex quo sequitur duplex esse  
demonstrationis genus, est enim alte-  
ra demonstratio propter quod, de qua  
hucusque locuti sumus. et altera de-  
monstratio quia, quae procedit ab ef-  
fectu ad causam; sunt enim sepe in  
nobis effectus magis noti, quam causae a qui-  
bus emanant. de demonstratio-  
ne ergo propter quod, et quia, demonstratio  
procedit. )) )) ))

Notandum insuper quod principia scientia-  
rum ex quibus demonstrationes proce-  
dunt sunt in duplici differentia, quae-  
dam communia omnibus scientiis vel  
pluribus, et huiusmodi appellantur dig-  
nitates, v. g. quodlibet est, vel non est  
et omne est, tum est maius sua parte  
et hae sunt naturae et nobis etiam no-  
turae, quaedam sunt principia propria  
aliquius scientiae, et appellantur positio-  
nes, vel suppositivae, ut in scientia  
de homine, quod homo sit animal ratio-  
nale, quae quamvis sine natura naturae, non  
tamen semper sunt naturae nobis, ac  
proinde huiusmodi principia praecognos-  
cantur, non est inconveniens, quod manifes-  
tetur, et explicetur, aliud enim est expli-  
cari, aliud demonstrari  
Vnde colligitur quod cum Aristoteles dicit quod  
propositio per se nota est, quae cognoscitur  
quam



quando terminos cognoscimus per ter-  
minos intelligit res per terminos sig-  
nificatas.

Sunt igitur aliquae propositiones naturae  
et nobis nota: quaedam autem naturae  
non sic quae ad nos. Unde licet haec propo-  
sitis homo est disciplinabilis sic per se  
nota. quae ad nos non sic: ac proinde pro-  
est demonstrari per illam, animal ra-  
tionale est disciplinabile.

Et nota quod cum philosophi dicunt inscie-  
tijs oportere fieri resolutionem usque ad pri-  
ma principia communissima. nota est in-  
telligendum de communibus omnibus  
aut pluribus scientijs, sed de omnibus  
in illa scientia.

Deinde advertendum quod non est nece-  
se quod in omnibus scientijs principia sint  
nota addiscentibus illam scientiam. Sed  
satis erit si sint nota et evidenter in a-  
lia scientia. quod verum habet in scie-  
tijs subalternatis respectu subalternan-  
tum. ut in musica respectu arithmeti-  
cae. Suus enim principia sunt conclusio-  
nes illius. Et ob hanc causam, principi-  
a sacrae theologiae. quae sunt articuli fidei  
non inveniuntur non esse nota licet  
in se sint nobilissima natura. quia sunt no-  
ta in scientia dei. et beatorum. cui quae-  
dam modo nostra theologia subalterna  
est. non tamen sic. quod articuli fidei sunt co-  
clusiones in beatorum scientia. Sunt enim e-  
tam ibi principia prima.  
ex quo colligitur quod theologia non est Sapi-  
entia



tus qui assentimur articulis fidei. sed  
conclusionibus ab eis deductis. per fidei  
assentimentum articulis assentimur  
sed ut hinc bene intelligatur notandum  
est dupliciter conclusiones theologicas  
ex fidei articulis deduci posse scilicet  
aut per evidentem consequentiam  
et de his non licet opinari. sed imme-  
diate scilicet fides de ipsi. ut si quis ex  
hinc fidei articulo, nimirum q. christus  
est homo colligat per evidentem con-  
sequentiam q. christus est visibilis que  
similiter est de fide. Aliquæ conclu-  
siones theologice inferuntur ex prædictis  
fidei articulis per evidentem conse-  
quentiam, et de his licet opinari con-  
trarium. N. g. ex illo articulo fidei q.  
deus est trinus. et unus inferre theolo-  
gice per evidentem consequentiam  
q. divinitus per se non constituentur. et dis-  
tinguuntur per relationes. de quo licitum  
est opinari. Et sic tenent d. Bonaventura  
et q. non constituentur per relationes  
sed per origines quasdam  
sed dubium hic suppositum occurrit nū-  
sit possibile q. magis assentiamus co-  
clusionibus q. præmissis. ad quod res-  
pondet q. assensus primus principiorum  
est causa quævis assensus conclusio-  
nis. et ex consequenti manifestum. at longe  
sensu etiam quamlibet præmissarum.  
maior est q. conclusio. que ex ipsis  
inferretur licet sit eundem rationis. Hinc

\* et alterius ra-  
tionis.



Hoc autem intelligendum est. nisi as-  
 sensus conclusionis perideat etiam a  
 suade. qz ab assensu pmissarum  
 tunc enim assensus conclusionis bene  
 poterit esse certior qz assensus pmissarum  
 scilicet. immo et pmissarum principiorum. Vg  
 apud Aristotelem qui ex principiis phi-  
 losophicis colligitur hanc conclusionem  
 deo est unus. forte erat certior assensus  
 principiorum qz assensus dictae conclusio-  
 nis. qz apud illum assensus huius conclu-  
 sionis magis dependebat ab assensu prin-  
 cipiorum. At uero apud Christianum philo-  
 sophum, qui tenet praedictam conclusio-  
 nem, non solum ex principiis philosophicis  
 sed etiam ex fide certior et firmi-  
 or est assensus conclusionis qz assensus  
 principiorum.

Aduertendum etiam qz cum Aristoteles  
 asserit magis assentiri pmissis qz con-  
 clusioni intelligi debet de certiori eccle-  
 siae assensu, non de maiori intensio-  
 ne notitia qz potest contingere, ut intellec-  
 tus cum maiori intensioe attendat ad  
 pmissas. quod autem magis assentia  
 e pmissis, inde orit. qz propter quod  
 nunquam qz tale, est illud magis assenti-  
 mur autem conclusioni propter pmissas  
 eiqz magis pmissis. debet autem huc axi-  
 oma uel sic vniuersaliter uerum sic in-  
 telligi, qz predicatum utriusqz extremi com-  
 peccat, et de utroqz predicatur. Et de utroqz  
 dicitur propter aliud: defectu cuius non ua-  
 let dantiquis minus propter sanitate, et

instaxioma phi-  
 losophi

g



415  
go sanitas magis minus, qz illud p<sup>r</sup>  
dicatum minus non predicat in ea  
subdito de sanitate, sed de sanguine  
secus est si diceremus, diligo Petrum  
propter Joannem ergo magis diligo Jo-  
annem.

### caput. 3. qualis sit de monstratio.

Hic videtur ac querere ex quibus  
et qualibus premissis consistat demons-  
tratio.

Pro cuius intelligentia cognoscere op-  
tet quid sit dici de omni, dici de per-  
se, et dici universaliter.

Dici ergo de omni dupliciter sumi po-  
test, scilicet prioritice, et contingit  
quando nihil est sumere sub subiecto  
de quo non dicat predicatum siue ve-  
re siue false, ut cum dicitur omnis ho-  
mo est albus, et dici de omni poste-  
rioritice, quod contingit, quando pre-  
dicatum vere dicitur de subiecto, scilicet  
et pro quolibet individuo, et pro quo-  
libet tempore: ut omnis homo est a-  
nimal, quare dici prioritice non re-  
quiret veritatem propositionis, sed qd  
sit universalis. dici vero posterioritice  
veritatem poset propositionis, nec  
requirit qd sit formaliter universalis  
nam hęc propositio homo est animal



est de omni posterioritate quamvis  
 sit indefinita. & qui pollet enim uni  
 versis.  
 ex quibus sequit q. dici de omni prioris  
 tice deseruit negocio sylogisticis in  
 quo solum agie debilitate consequi  
 tur. et non alterius necessitas aut  
 veritas propositivum. dici vero de  
 omni posterioritate deseruit demon  
 strationi requirunt enim ad demons  
 trationes propositiones que sunt de om  
 ni posterioritate. / dici autem de omni  
 non est conditio propositivum sed pre  
 dicat; ac proinde propositivum uniuersa  
 lis, et dici de omni differunt.

Dici perse est non predicari acci  
 dentaliter. ac proinde hic sumitur  
 pro ut distinguit contra dici, aut es  
 se per accidens. Sed nota q. esse perse  
 est triplex. nempe esse perse predica  
 di. esse perse essendi. et esse perse causa  
 di. esse perse predicandi est, quando pre  
 dicatum est de essentia subiecti, aut ab  
 essentia subiecti pro manat. unde est  
 primus et secundus modus perse pre  
 dicandi. et aduerte q. cum differentia  
 superior. predicat de inferiori mediate  
 ponit in primo modo predicandi perse.  
 & q. cum dicimus, rationale est sensi  
 tivum / esse perse essendi constituit  
 ter



310  
Tertium modum cum conuenit solis  
subiectis incomplexis. si enim sub-  
stantia habet esse perse, et sic accidens  
habet esse in alio.

Modus perse causandi constituitur in  
sua classe quantum modum perse,  
et est quando effectus predicat de sua  
propria causa. ut edificator edificat  
inquinator inquinat. et ad uerba qd  
huiusmodi propositiones dicuntur  
perse quantum predicatum sic accidens  
qd effectus de sua causa predicat per  
se. ac prout sunt perse, perseitate  
predicandi. ~~nam~~ <sup>sed</sup> perseitate es-  
sendi causandi. et hoc etiam non so-  
lum cum causa importat aptitudinem  
ad effectum, sed etiam cum dicit alii  
causandi ipsum. //

ut dixit Ca-  
lanius

† ad quem autem  
modus persesta-  
tis spectent in quibus  
uis demonstratio-  
ne premissa. et  
conclusio facili-  
timum est iudi-  
care -

ad demonstrationem. qd ut diximus  
est modus incomplexorum, et perse ex  
essentia. Sed aduerte qd secundus et  
quartus modus aliquando coincidunt. qd  
aliquae propositiones possunt esse in secun-  
do et quarto modo. N. g. s. dicitur omnia  
animalia rationalia et disciplinabilia. et  
aliqui huiusmodi

Dici Universaliter est qd predi-  
catur conueniat subiecto secundum  
quod ipsum. id est qd competat subiecto ratione  
ipsius et non ratione alterius, quod est per  
se



se illi competere. Unde dicitur per se et dicitur  
 universaliter distinguunt. dicitur enim per  
 se distinguunt contra esse per accidens. et  
 dicitur universaliter distinguunt contra esse  
 per aliud.

Dux autem conditiones requirunt ad  
 hoc quod predicatum dicatur universaliter.  
 Prima est quod dicatur de omni possibili  
 subjecto. id est necessarium de subiecto. secun-  
 da est quod per se primo. et non per aliud est  
 per se subiecto. de factis enim hinc pro-  
 positio homo est sensitivus non dicitur uni-  
 versaliter, quia sicut sensitivum per se est  
 per se homini, non tamen competit illi  
 per se primo, quia convenit illi in animal  
 est.

Hec ergo tria subiecta dicitur de omni  
 dicitur per se. et dicitur universaliter habent se.  
 sicut superius et inferius. nam quod quid  
 dicitur universaliter dicitur per se. et quod quid  
 dicitur per se dicitur de omni. non tamen vice  
 versa.

ex quibus animadvertes non esse necessariū  
 ut in omni demonstratione propter quod pro-  
 positiones sunt de predicato de hoc universaliter  
 licet nisi in demonstratione potissima que  
 procedit ex primo et immediatis.

Nota præterea quod propositio necessaria  
 et per se. non amittunt. sunt enim mul-  
 tæ propositiones necessariæ que non sunt  
 per se ut sunt omnes conditionales veræ.  
 ut si Petrus disputat Petrus loquitur.  
 Rursus propositiones veræ de præteritis sunt  
 necessariæ et non de per se ut Adam fuit.  
 Item propositiones de predicato inseparabi-  
 li quamvis sic accidens sunt necessariæ et



tamen non per se. ut. N. q. equus est al-  
bus, coruus est niger. nihilominus cum  
dicit Aristoteles q. demonstratio debet pro-  
cedere ex propositionibus necessariis pro  
eodem accipit necessarium, et per se et  
curandum mentem Themistij q. loquitur  
Philosophus de necessitate absoluta, non  
conditionaliter: Et in presenti propo-  
sitiones conditionales non dicuntur neces-  
sarie, quia necessitas non est absoluta  
et loquitur de necessitate proveniente a  
principijs essentialibus. quare tunc  
quantum ad presentis propositiones cuius  
predicatum est accidens inseparabile non  
censentur necessaria; quia necessitas accide-  
tis inseparabilis non provenit a princi-  
pijs essentialibus, sed ex complexione  
individuali. )) ))

His omnibus suppositis sic prima con-  
clusio demonstratio constat ex propo-  
sitionibus per se, ~~quod procedit ex neces-~~  
~~sariis~~ probat illa que sunt per  
se sunt necessaria, sed demonstratio  
procedit ex propositionibus necessariis  
ergo procedit ex propositionibus per  
se. Et si quispiam dicat hunc non esse  
seborum syllogismum, quia est in secun-  
da figura, et procedit ex affirmativis  
in qua ex talibus nihil sequitur. Respon-  
det q. illa maior debet intelligi cum  
exclusionem, scilicet ea que sunt per se  
sola sunt necessaria; unde non est pu-  
re affirmativa, sed virtualiter nega-  
ti



tua. facit enim istum sensum, omnes  
 nos propositus nos per se sunt necessari  
 et nulli alii sunt necessari et ut ap-  
 positus est vera si intelligat ut dixi-  
 mus de necessitate absoluta, et pro-  
 ueniente ex principiis essentialibus

2<sup>a</sup> conclusio Omnis demonstratio de-  
 bet consistere ex principiis propriis, pro-  
 priis intelligi non ex alienis alterius  
 scientiis, neque ex communibus aliis scientiis  
 quia in scientiis ut dicit Aristoteles non est  
 migrandum de genere in genus, unde  
 una scientia non debet uti principiis  
 alterius

Procius manu intelligentia nota quod  
 duas scientias possumus habere triplici-  
 ter Primo modo, quod ex eodem sudari de  
 genere, et sunt inter se omnino diuersa  
 veluti sunt arithmetica, et geometria  
 quarum illa agit de quantitate discre-  
 ta, haec de continua. Secundo mo-  
 do se possumus habere ita ut una scientia  
 sit inferior alia, quemadmodum se  
 habent scientia de homine, et scientia  
 de animalibus. Tertio modo ita ut una sit  
 inferior ad aliam indirecte; seu accide-  
 taliter: et hoc accidit, quando subiecte  
 terminus addit aliquod subiecto alte-  
 rius; huiusmodi sunt scientia subal-  
 ternata, et subalternans; scientia enim  
 subalternata addit aliquam differenti-  
 am accidentalem supra subiectum scie-  
 tia subalternantis, sicut per se habet  
 dicit subalternans geometria, et musica

Arith

recte



ut scientia de his  
minime principijs  
scientia de anima  
h.

Arithmeticae geometria utriusque de  
linea perpendiculari autem de linea visua  
h. Arithmetica Itemaque de numeris ma-  
sua uero de numeris sonis que est dif-  
ferentia numeris accidens, sicut et visu-  
ale lineae, conclusio igitur Aristotelis de-  
bet intelligi de scientijs usurpatis pri-  
mo modo in his enim principia debent  
se distincta in alijs scientijs non tam-  
est necessarium ex scientia de inferi-  
ori posse uti principijs scientie que est  
de superiori, et scientia subalternata  
principijs scientie subalternantis.

Secunda pars conclusionis est uera sci-  
licet demonstrationem non debere con-  
sistere ex principijs communibus pluribus sci-  
entij. ex quo sic q. Pappus male  
demonstrabat dari quadraturam qua-  
dam circuli. hac demonstratione obij-  
dit maior et minor dat equalis. sed  
in circulo dat maior et minor ipso cir-  
culo, ergo dat equalis quadratum ipso  
circulo, que conclusio est geometrie. uer-  
bat enim illo principio ubi dicit maior  
et minor dat equalis quod est principium  
commune geometrie et Arithmetice.

3<sup>a</sup> conclusio demonstratio procedit ex  
perpetuis et incorruptibilibus. probat  
premissa demonstrationis debent esse  
de omnibus, ergo debent esse uniuersales  
at uniuersalia sunt incorruptibilia et  
perpetua. ergo etiam et similiter plura  
50



Sophandum de inextinguibilitate defini-  
tionis, quæ solet esse medium in demons-  
tratione, principium eius, aut conclusio  
et ut diximus tractatu de vniuersalibus  
vniuersalia perse non corrumpunt, neque  
definitio proprie est de singularibus  
cum autem possit de aliqua re quadru-  
plex assignari definitio scilicet per causa  
formalem, materialem, efficientem, et  
finalem. quæcumque definitio per aliam de  
subiecto demonstrat, appellat demonstrati-  
onis positionis. N. g. cum dicimus omnis  
appetitus vindictæ est accensus sanguinis  
circa cor. Sed ira est appetitus vindictæ  
ergo ira est accensus sanguinis circa cor.  
Definitio enim ira tanquam per causam fina-  
lem cum dicitur appetitus vindictæ. Sed tã  
per causam materialem, cum dicitur  
accensus sanguinis circa cor. cum autem  
per definitionem demonstramus propria  
passionem de subiecto, aut definitio. Defi-  
nitio est medium immo solet esse potius  
terminum demonstrationis medium. ut si  
dicas omne animal rationale est discipli-  
næ capax. homo est animal rationale, er-  
go est disciplinæ capax. ubi definitio ho-  
minis, quæ est animal rationale est me-  
dium, et principium.

caput. ¶ Propter quid sit  
demonstratio?

Ad hoc quesitum Responder demonstratio

tio

principium



tionem esse propter scientiam ad hanc  
 enim acquirendam ordinat ut dicitur  
 aristoteles. 2. post. c. 2. dum autem q. demonstratio  
 est syllogismus faciens scire  
 Notandum autem q. diversae scientiae pot  
tans a quo generatio necessarium perdet.  
et hinc numerus agens.

Notandum quod principia quae ad factum  
se sunt duo scilicet materia et forma quae  
dicuntur principia compositionis. quantum  
vero ad fieri concurrunt tria ~~scilicet~~ scilicet  
scilicet materia forma et privatio. quae sunt  
principia ~~quod~~ generationis. prima pars  
huius notabilis sine conclusionis ex eo cons  
tat quod componunt unumquodque ex his in quae  
resolvuntur et res naturalis resolvuntur in mate  
riam et formam. Secunda autem probat  
quod omne quod generat progreditur de non  
esse ad esse. In quidem de non esse simpli  
citer nam hoc est creationis. sed de non esse  
secundum quod hoc est ab aliquo suo apto  
ut recipiat perfectionem rei quae generat  
qua tamen caret. et hoc vocatur materia  
pri

Summi  
Sibi



privata & sic in generatione sunt tria prin-  
cipia scilicet forma materia et privatio  
formae. originem autem hinc tria princi-  
pia quoniam per privationem generatis  
distinguitur a modo qui est a terminis po-  
situm. Et q. ab albo in nigrum. per ma-  
teriam a creatione. quoniam sit suppo-  
situs subiecto. & per formam a ceteris ge-  
nerationibus.

Ad 1. argumentum. R. q. Aristoteles  
tradit principia compositionis rerum  
corporum incorruptibilium materiam  
scilicet et formam. & principia corrup-  
tibilium. per se quae sunt materia forma  
et privatio. dico per se quia sunt  
individua. nam corpus corruptibile in  
communi est corruptibile per accidens &  
nunquam reperitur ~~per se~~ cum privatione  
sicut dicitur de materia in lucis suo mo-  
do ad generationem accidentalem appli-  
care etiam in eis ea inuenies ut patet  
quando Luna ex non lucida fit lucida.  
quae diximus intelligenda sunt non suppo-  
situs miraculo nam si daretur materia si-  
ne forma quod forte a deo factibile est. tunc  
agentia naturalia agerent uiderent in-  
terdum non hanc uel illam formam sed  
formam corporis corruptibilis uel genera-  
bilis incommuni.

Ad 2. q. satis est si ex parte materiae totus  
ignis aut aqua aliquid generet. Sicut nihil  
ex toto possit ~~generari~~ generari.

Ad ultimum. R. quia sunt generationes ex  
transcisa. hic autem loquimur de principiis  
intrinsicis.

capitulum octauum

In hoc et sequenti capite refutatur opinio  
nes

generabile  
+ generabile  
necesse sicut in  
diuiduum in ten-  
dit in generatione  
particulari a na-  
tura



nes quorundam philosophorum circa prin-  
cipia rerum naturalium. Dicebant enim non  
nulli nihil substantialiter generari. quod nec  
fieret (ut dicebant) ex ente quod sic esset ens  
antequam esset. neque ex non ente. quod ex ni-  
hilo subsistit. Sed dicendum est quod cum aliquid  
quod generat substantialiter fit ex non  
ente in actu, ente tamen in potentia  
qualis est materia, quae in generatione  
subsistit. non igitur (aut Philosophus in  
Secundo capite) ens generat per se ex ente. ut  
etiam animal non generat per se, quando  
ex equo generat canem, quod iam in equo  
erat esse animalis, nec tunc intendit  
natura, quae non intendit id quod caret.

nisi

### CAPITULUM NONUM

In hoc capite confutatur Aristoteles senten-  
tiam quorundam existimantium ma-  
teriam non distinguere a privatione. tunc  
ut aiunt quod materia est non ens. Item  
de quod materia et privatio sunt idem nume-  
rus et subiectus. Sed fallunt quoniam  
privatio est simpliciter non ens. materia  
vero est substantia incompleta. Item  
materia appetit formam, privatio forme  
contrariatur. Praeterea quod si non distingueret  
verum idem appeteret sibi interitum appetere  
sibi contrarium.

Deinde dicit materiam esse quodammodo  
generabilem et corruptibilem. nimirum  
ratione subiecti inquit, quod generat  
et corrumpit. et subdit etiam esse in gene-  
ra



235  
rabilem et incorruptibilem, quoniam non potest  
habere aliquod subiectum prius ipsa, et  
si corrumpatur resolueret in aliquod sub  
iectum primum, et per consequens ipsa  
postquam esset resoluta non esset resoluta.  
Pro qua ratione Aristoteles supponit eam  
dem materiam manere in genito et corrup  
to quod in philosophia certissimum est.

Deinde pro intelligentia definitionis ma  
terie prima hinc adducta ~~nota~~ scilicet  
quod est primum subiectum ex quo quippiam  
fit, ita ut insit per se, nota quod per subiec  
tum intelligitur subiectum quoddam, quoniam  
materia recipit formas substantiales, per  
ly. Primum resoluunt subiecta secundum  
scilicet composita naturalia, quae etiam  
materie secundum dicuntur, per ly ex quo  
quippiam fit resoluunt animalia et anima  
rationalis respectu formarum spiritualium  
quas insit recipiunt, non enim fit ex ipsis  
aliquid per se, nec generibus, v.g. animalibus  
respectu differentiarum specificarum con  
uenienter assignata definitio, intelligenda  
enim est de subiecto forme physicae non  
metaphysicae qualis est rationale respectu  
in animalibus.

Quaestio de Principijs rerum  
naturalium in particulis  
Articulus 1. De materia  
an sit pura potentia.  
Eundem quod non quod materia prima est unum ge  
ne



nerabilium differre specie a materia pri-  
ma rerum ingenerabilium. ergo per se,  
liquem actum / et confirmat qd materia  
Socratis differre per aliquam dif-  
ferentiam ab hac materia Platonis.

2<sup>o</sup> qd materia est quod productum in  
re natura, ergoeducta de potentia in  
actum. et ex consequenti. uel est actus  
uel actum includit

Ultimo qd habet appetitum ad formam  
substantialem, et accidentalem. ergo  
sit tamen in hac questione conclusio  
materia prima est secundum se et  
simpliciter pura potentia; hinc qd ne-  
qz est actus, neqz includit aliquem  
actum. Probatur qd alias ex materia  
et forma non fieret unum ens perse. Si  
utrumqz esset ens actu. sicut necessarium  
perse et suppositis creatis et accidentibus  
eius. Secundo probatur qd neqz est actus se-  
paratus et perse subsistens sicut deus et  
angelus, neqz actus informans cum sit  
primum subiectum / neqz includit ac-  
tum qd sic componeretur ex aliquo  
in quo reperiret talis actus, et per con-  
sequens ipsa non esset primum subiec-  
tum, sed illud ex quo componeretur  
Probatur tamen autem argumentorum  
notandum est cum dicitur Thomas de  
veritate. q. 22. et alijs in locis sup doc-  
trina qd potentia materia est idem re  
aliter cum ipsa materia. et ob id ipsa  
dicitur pura potentia, respicit autem ista  
po



potentia formam substantialem in  
communem, ad quam transcendentaliter  
refertur, secundario uero respicit formas  
accidentales. sicut potentia uisiva  
respicit primario uisibile in communi  
et secundario singula uisibilia. 1

Ad primum ergo argumentum Rr  
q, illa differentia specifica sumit per  
habitudines ad diuersas formas. eius  
modi autem habitudo est ipsa met pro  
tentia materia, et realiter cum mate<sup>idem</sup>  
ria; ex qua habitudine colligenda est dif  
ferentia metaphysica, quam materia  
habere non negamus. formam enim  
et actum physicum ab eius essentia re  
mouemus.

Ad. 2. in misso modo dicens scilicet de po  
tentia obiectiva, et actu entitatis. res  
ponderetur, q, materia prima educitur  
a deo de potentia logica ad actum ex  
istentie. Sunc autem ipsa non incli  
dit in se. 1.

id est de uerbo  
pugnancia

Ad. 3. q, ille appetitus non est accidens  
aut actus secundus materie, sed ipsa  
eius potentia. qui collatus ad formam  
qua materia est informata dicitur ap  
petitus complacentie; si uero uis  
rae cum forma quam materia non ha  
bet dicitur appetitus desiderij.

Secundo querit an materia  
prima per diuinam potentiam  
possit existere sine forma?

circa



circa hoc est opus D. Thomae .1. p. q. 1  
 76. art. 1. et quodlib. 3. art. 1. et 11  
 Caecetani. lib. de ente et essentia. q. 9  
 et Durandi in. 2. q. 12. q. 2. existimā  
 tum materiam primam nec perdivinā  
 potentiam posse esse sine forma 11  
 et probatur qd deus non potest efficere ut  
 sit esse accidentale sine forma accide  
 talis. ergo nec potest esse substantiale ma  
 teria sine forma substantiale. ob parita  
 tem rationis.  
 Scotus per oppositum in. 2. dist. 12. q. 2  
 et alij multi cum es tenent materiam  
 primam perdivinam potentiam posse esse  
 sine forma substantiale. sicut enim sine  
 aliqua forma accidentalis, neqz enim existe  
 re potest sine existentia, neqz sine rela  
 tione effectus ad causam, neqz deniqz sine  
 creatione. et conservatione. qd si cum  
 ut manifestam repugnantiam  
 et probatur qd deus immediate creat materi  
 am. ergo immediate illam potest conservare  
 secundo qd omne quod deus efficit in rebus  
 creatis intermetu causae secunda, quod nō  
 est de essentia talis rei potest efficere sine ta  
 li causa. ut forma nō est de essentia mate  
 rie. ergo. 3<sup>o</sup> qd materia est quid absolutū  
 ordine naturae prius forma. et ab illa reali  
 ter distinctum. et quoniam licet prima opi  
 nio sit probabilis. si quidem rubis aridet.  
 Pro eius explicatōne advertendum est ha  
 bere existentiam propriam cum qua subdivi  
 sis formis perseverat. et probatur qd existen  
 tia totius producit per generationem, existe  
 tia vero materiae per creationem. Deniqz qd  
 sequeretur materiam toties produci, quoties ac  
 quiritur novam formam, qd toties requireret  
 11

11  
 N. g. album sine  
 albedine.



novam existentiam, ex quibus patet //  
q. existere materiam non est proprius effec-  
tus forme. Thomae uero hanc existe-  
ntiam materiam non admittunt. Sed tunc  
propter existentiam totius participatam  
a materia Petri ponunt in ea praedictam  
existentiam partialem.

Ex his patet solutio ad rationem ad-  
iunctam pro sententia dicitur Thomae quod  
niam in materia admittimus exis-  
tentiam substantialem partialem  
modo dicto, praeterea quae provenit  
a forma substantiali ipsius compositi  
est autem praedicta existentia materiam  
effectus dei creatis ipsam materiam.

### Articulus secundus Utrum privatio sit principium rei naturalis? //

Notandum in hac parte primo, q. pri-  
vatio est negatio forma in subiecto  
apta habere illam: itaque de forma dicitur  
talem negationem consistens sub-  
iectum aptum.

Secundo notandum q. privatio et ma-  
teria non distinguuntur realiter, neque  
sunt idem realiter positive, quia privatio  
non est res, sed sunt idem realiter  
negative. Sive quod sunt duae res, ac pro-  
inde non est concedendum q. materia est  
privatio, neque q. cecitas est res quae est  
usus /

Tertio notandum q. privatio non est for-  
ma



Inter in intellectu (ut quidam putant) -  
sed in rebus in quibus est forma qua pri-  
uat. qd opposita sunt circa idem.

q. si arguas esse ens rationis et ita appel-  
lari a dno Thoma. Respondet q. non  
est ens rationis sed negativum. voca-  
tur autem a dno Thoma ens rationis  
q. ratio negotiat circa ipsam //

q. si instel. a parte rei seclusa intellectus  
operatur ex ceteris q. in oculis. Respondet  
q. non est tanq. habens esse. sed intelli-  
git per modum entis. sicut dicimus ex  
tra velum esse locum imaginariu-  
m ac si illud esset aliquid, cum nihil sit  
dicit igitur aliquid fieri ex privatione, qz  
ut ex materia fiat aliquid, requiritur  
ut illa non dividatur id quod fieri debet  
sicut sit apta ut illud fiat.

q. si arguas ex ipso Aristotele asserente  
principia esse rationa principiatu, quod  
privatum non convenit q. est non ens  
et per ens debet cognosci. Respondet  
privatum non esse principium entis  
naturalis, nisi quantum ad generatio-  
nem, generatione autem ratione est constat enim q. id quod

Articulus 3. de forma

Utrum omnis forma excepta ani-  
ma rationali educat de potentia  
materie?

generat a non esse  
sui procedit -

Respondet q. non, quod omnes forme creatur  
a deo. anima etiam. V. g. equi. nec fit ex  
se ipsa, nec ex materia equi, cum in ip-  
sa non sit.   
1o q. nec anima rationalis  
con-



conservat in anima materia nisi certis  
dispositionibus affecta. ergo etiam ipsa  
dicitur educi de potentia materis //  
3. q. hinc non producit materiam, ne  
q. animam, ergo nec generat hominem  
si animam de potentia materis non e-  
ducit.

Notandum q. ~~formam~~ formam educi de po-  
tentia materis nihil aliud est q. illa  
formam actu produci, que prius fuerat  
in potentia materis. esse autem in po-  
tentia naturalis materis. et perire  
in esse fieri; et conservari ab ipsa ma-  
teria vel lux pendet a sole. vel esse in  
potentia materis est formam eadem ac-  
tione fieri, qua compositum producit  
quod non convenit anime rationali;  
que non producit productione compositi  
n. sed est terminus, creationis divine  
ceteris vero formis substantialibus de  
potentia educuntur materis, nec separa-  
te existere possunt. Similiter educuntur  
de potentia materis formis accidentales  
si naturales sunt. Supernaturales vero  
quales sunt fides, caritas, et spes. que  
perdeant in conservari a potentia ob-  
iectualis subiecti. non tamen perirent  
a potentia naturalis ipsius.

Ad primum argumentum. Et ceteras  
formas excepta anima rationali non  
creari a deo cum non fiant ex nihilo et multe  
immo nec proprie fiant cum non possint  
sunt existere separate / Ad 2. q. d. ipse  
sicut



Situationes ad alias formas conueniunt nō  
solum ad earum uniuersam cum mate-  
ria sed etiam ad ipsarū formarum pro-  
ductionem: quæ ides sunt, q̄ supposita  
sunt. ac ides t̄m̄ est q̄ anima ratio-  
nalis est.

Ad .3. q̄ t̄m̄ dicitur generare ho-  
minem q̄ abtingit uniuersam animam cum materia q̄ uis neu-  
~~rasp̄at~~ sicut qui nigre facit papyrus ~~tam producat.~~  
est causa nigre facturus. Sicut nec nigre  
dinem, nec papyrus faciat. qui plura  
de hac re uidere cupit legat Diuinitas  
nam. de potentia q̄ .3. art. 9. et q̄q̄ de  
formis. q̄ .2. et .iii. 2. dist. 18. q̄ .2. art.  
1. et .1. p̄ .9. us. art. 2.

### Questio .1. Vm̄ definitio na- tura sit bona? ¶

¶ uidetur q̄ n̄ q̄ forma est natura res  
p̄ se motus generaturus quō t̄m̄ pro-  
ducit, siquidem ab ea dicitur res naturalis  
et tamen non est principium talis motus  
non enim generaturum precedit, immo  
sequit forma geniti.

2<sup>o</sup> q̄ nihil est causa quietis et uisus. er-  
go nihil potest esse causa motus et quietis  
que est priuatio. Item priuatio qualis  
est quies non potest habere causam per  
se q̄ est uisus.

3<sup>o</sup> q̄ sic docet Aristoteles .9. metaphys  
tex. 3. causæ naturales determinant  
ad unum effectum. ergo natura solui-  
t̄ est causa motus. nec quietis, et non utri-

usq̄



Annotationes pro secundo  
Libro Physicorum ~

Postquam Aristoteles egit in primo libro de  
materia et forma prout sunt princi-  
pia generationis entis naturalis. in  
hoc libro agit de eisdem prout sunt prin-  
cipia cuiuslibet alterius mutationis  
et quietis. Disputat autem simul de  
causis. tum quod in qualibet mutatio-  
ne concurrere solent omnia causae  
genera: tum etiam quod naturalis phi-  
losophus per omnes causas demonstra-  
re consuevit. et in reliquis libris a-  
git de affectibus et proprietatibus en-  
tis naturalis.

Capitulum primum ~

In hoc capite docet Philosophus quod me-  
dium demonstrandi in philosophia  
est, Natura, id autem de quo de-  
monstrat est ens naturale, quod est  
ipsius philosophiae naturalis subiectum  
et tandem, declarat id, quod de ipso  
demonstrat scilicet ens secundum na-  
turam, quod est passus ipsius entis ~  
dicitur ergo corpus in hoc capite in  
naturale et artificiale. artificiale vero  
habet ~~esse~~ principium in his per se, si-  
cut naturale, sed per accidens. idem enim  
cathedra movetur deorsum. N.g. quod acci-  
denti esse ferream, aut lapideam. cum  
ergo entia naturalia ab artificialibus  
diff



differtur quod habent in se principium motus  
et quietis. natura (a qua natura  
sua dicitur) est principium motus et  
quietis. eius in quo primo et perse et in  
secundum accidens inest.

non demonstrat autem Aristoteles na-  
turam esse priusquam ipsam definit (quod  
prius sit quod sit in se. et naturam  
esse in se a prius per definitionem. tunc  
a posteriori per motum sit demonstrabi-  
le) quod naturam esse est notissimum, et  
sensibus manifestum.

est autem materia natura et forma si-  
militer, immo magis natura quam forma  
quod quidam philosophi etiam materi-  
am naturam putarunt. videntes quod si  
fodiat sub terra cathedra N. g. materiam  
et forma cathedre. sed materia. scilicet  
est lignum | sed magis natura est for-  
ma a qua res dicuntur naturales sicut ar-  
tificiales ab arte. immo magis natura  
quam materia. quoniam a forma dicuntur  
res naturales.

est natu-  
ra

Notandum autem quod forma artificialis  
quamvis non sit principium motus aut  
quietis in uare potest motum quantum  
ad celeritatem, aut tarditatem. uel ubi  
enim descendit molles ferrea acuta. quod  
plana, quia plana maiorem inuenit ex  
parte aeris resistentiam.

equalis  
ponderis

Quaestio .1. Utrum definitio  
natura sit bona necne?

et



Et videtur quod non. primum quia forma est natura respectu motus generativus quod totum producit; siquidem a forma dicitur res naturalis, et tamen non est principium talis motus, immo potius effectus, quod sequitur ad generationem. ¶ 1. ¶ 11 ¶ 11 ¶

2<sup>o</sup> quod nil potest esse causa quietis eiusdem sui. ergo nec motus, et quietis quae est propria ipsius. Item quod ens non potest esse causa per se in se, qualis est quies. 3<sup>o</sup> quod Aristoteles in metaphysica. ix. 3. ait potentias naturales esse determinatas ad unum effectum. ergo natura non potest esse causa motus, et quietis, sed determinat ad alterum eorum. ¶ 11 ¶

4<sup>o</sup> quod materia lapidis convenit definitioni naturae respectu motus, quod proprie dicitur sum. et tamen illi motus est voluntarius. Primum notandum quod natura significat substantiam incompletam naturam causare motum, quod pacto sumpta analogice dicitur de materia et forma ut multi tenent et probant ex Aristotele in hoc capite. ¶ 5. metaphysice. ix. 5. ubi dicit quod natura proprie dicitur forma, de materia vero proprie ut est susceptiva formae, nec principium et pars dicitur huiusmodi de materia et forma ut forsam aliter videbitur; nec obstat quod in esse naturae fiat comparatio inter materiam, et formam, quoniam etiam analogice comparari possunt.

Secundo notandum quod in definitione naturae



tunc non solum definitur forma (ut pu-  
 tant Phil. primi) sed etiam materia  
 ut colligitur manifeste ex Aristotele in  
 hoc capite et capite sequenti. praeterquam  
 eorum fundamentum hoc falsum putatur  
 enim per se lam formam res naturales ab  
 arte factis secerim. cum materia artificia  
 sicut sit ens ipsum naturale, ac proinde  
 etiam secundum materiam distinguuntur.  
 Tertio de primis naturae sic explicanda  
 est. natura est principium et causa ut  
 id moveatur, atque quiescat. in quo primo, per  
 se et non per accidens inest. siue est na-  
 tura non est solum ens per ordinem ad  
 motum; quod immittit per se principium  
 sed etiam est ens dicens influxum in ip-  
 sum motum, quod immittit per se causa,  
 quae causa uel est materialis, uel formalis.  
 Haec uel formalis passiva; quae est for-  
 ma uel comparatione motus circularis  
 uel est effectiua, quae est forma uinenti-  
 um comparatione motuum, quibus mo-  
 uentur. quae pacto explicata natura est  
 causa ut ens naturale, uel moveatur et  
 quiescat ut lapis: uel quiescat tantum, ut  
 terra: uel moveatur tantum, ut uelum  
 quae exposita accipienda est iuxta Aristo-  
 telem existimantem uelum necessarium  
 moueri; nam iuxta ueritatem omnia en-  
 tia naturalia possunt moueri, et quies-  
 cere. (Vbi obiter aduertendum est id quod  
 modo diximus scilicet formam uel esse pr-  
 incipium formale passuum motus eiusdem  
 motus. tunc autem est aliquid principium  
 formale passuum respectu alius, quare  
 do



do ita est conditio, ut materia subiectet  
 illud accidens, ut ad perfectionem natura-  
 lem ipsius forme illud accidens requiratur  
 Unde et motus coeli requiritur ad na-  
 turalem perfectionem ipsius coeli in  
 quantum est pars universi et perfec-  
 tio ipsius est influere in hoc inferio-  
 ra quod sine motu facere non potest.  
 non sic est dicendum de motu circulari  
 ignis, nec de motu lapidis qui producit  
 siccitatem per illam particulam perse  
 rediuntur accidentia que conduciunt  
 ad motum per accidens tamen insunt  
 sicut medicina in eo qui sanat. per ly  
 Primo rediuntur accidentia que sicut in  
 sunt perse non tamen primo, sicut le-  
 vitas in igne, et gravitas in terra; Su-  
 iusmodi enim sunt actus secundi, qui  
 supponunt formas substantiales

primos  
et

Ad. primum argumentum Respondet  
 q. forma est principium et causa genera-  
 tionis, nec generatio est prior tempore  
 q. forma sicut sic via ad illam q. simul  
 est rem generari et genitam esse +

ad quam  
termina-  
tur.

+ Et sic generatio  
 terminata in re  
 genita subiecta

Sed argues. si simul est generari et geni-  
 tum esse, etiam simul erit corrumpi  
 et corruptum esse, ergo quando res cor-  
 rumpitur iam non est et per consequens  
 materia non inest ei, ac proinde mate-  
 ria non est natura respectu motus corrup-  
 tionis, siquidem non est causa ut id cor-  
 rumperetur in quo inest / Sed Respondet  
 tamen, q. cum in definitione naturae  
 fit mentio de motu intelligitur de motu

Ad

ps



positivus qualis non est corruptio cuius  
 terminus cum quo identificat est non  
 esse ac perinde materia non potest  
 esse natura et causa per se talis in  
 eo esse enim causa non est nisi ve  
 lus dicere q materia est natura respec  
 tu talis in eo. quoniam adhuc petro  
 corruptio materia dicitur eius pars / +  
 vel dicamus q etiam dispositiones  
 precedentes firmam effectivam causant  
 eius introductionem in materia. Et  
 tamen non sunt in illis instanti in quo  
 forma introducit. Et enim intrinsecu  
 regente. et extrinsecum rei corruptio

+ et dato q rigorose  
 non sit in parte  
 sua est tamen sub  
 lectum commune  
 utriusque terminus  
 generationis. et  
 corruptionis. quod  
 sufficit ad proposi  
 tum.

Ad. 2. R. q non est simile q visus non  
 ordinat ad cecitatem sicut motus ad que  
 tem. Et in simili videmus q idem potest  
 esse causa generationis et corruptionis que  
 inter se opponunt. et sunt contrarie quo  
 nam corruptio ad generationem tendit

Ad confirmationem vero dicimus q natu  
ra non tam dicitur causa quietis. qz exult  
era ipsius mobilis sub quiete. et hoc posi  
tivum quid dicit. et reale.

Ad. 3. q potentia siue cause naturales de  
 terminant ad unum modum producendi  
 non tamen ad unum effectum. immo pro  
 ducunt effectus contrarios quando unus  
 ordinat ad alium. nec Aristoteles aliud  
 voluit dicere nisi q cause naturales non  
 operantur cum indeterminatione siue fa  
 ciunt libera.

Ad. 4. R. q motus sursum est naturalis  
 lapidi ratione materie que omnem for  
 ma



nam indifferentem appetit. est tamen  
simpliciter uolentis quod forma repug  
nat. a qua sumit naturalitas uel non  
naturalitas rei. precipue quod quae compe  
tunt re ratione formae dicuntur illi etiam  
conuenire ratione materiae. et non e.  
conuerso.

Sed Dubium primum est utrumque  
admodum forma coeli dicitur princi  
pium formale passiuum respectu mo  
tus ipsius, dicant etiam formae elemen  
torum. N. q. ignis. aquae est. princi  
pia formalia passiva respectu motuum  
ipsorum elementorum. an uero dicantur  
principia formalia effectiua?

Ad quod Respondet formae elementorum  
esse principia instrumentalia suorum mo  
tuum. generantia uero ipsorum esse  
principia principaliter effectiua talium  
motuum. quod uarietas principiorum  
effectiuorum in uarietibus non reperitur  
quod ipsa iam sunt pars sua generantia per  
ducta ad naturalem perfectionem quae  
in motu consistit. eodem enim et uariante  
actu generantis cessat et subsistit. Et primum  
de motibus quibus mouentur non inuenitur  
ad naturalem dispositionem generanti  
bus attribuitur.

nec Aristoteles si quando (solum scilicet  
physicorum) dixit in non inuenitur solum  
reperi principium passiuum sui motus  
aliud uult dicere. nisi quod motus non re  
pe

^  
eo ipso quod producta  
sunt in esse iunctu  
tum.



perit principium effectuum principale  
 sed minus principale, seu instrumenta  
 le. ex dictis collige quod illi motus quos  
 non uidentur habere tanquam perduc  
 ta ad naturalem dispositionem quales  
 est frigiditas in aqua, et calefactus in  
 igne non attribuntur generantibus. sicut  
 attribuitur motus ignis sursum, et terrę  
 deorsum, per quos ad loca naturalia ten  
 dunt ut in eis quiescant. / immo uiden  
 tur et ipsi quod inesse sunt producta scripta  
 reducere ad actum mouendi, necdum  
 ad efficiendum motus sibi convenientes

quod sunt in potentia  
 proxima ad motum.

An autem cum aqua defrigida ut  
 dicitur (N.g. cum feruet) et calida ut sex  
 reducat ad pristinam frigiditatem age  
 nerante. an a se dubium est. uidebitur  
 quod, neque a generante, neque a se cum a pro  
 portione minoris iniquitatis non detur  
 actus. Ad hoc tamen quidam respondent  
 quod nunquam aqua plus habet caloris quam frigi  
 ditatis, etiam si magis calefaciat quam frige  
 faciat, immo etiam si magis calefaciat quam  
 flamma stupra. quoniam dicunt hoc ex  
 eo accidere quod materia aque est magis de  
 sa et caloris gradus magis multiplican  
 tur in ea, et magis calefacit eum equalibus  
 gradibus caloris, aut forte paucioribus  
 quod caliditas est qualitas magis actiua.

Sed profecto iuxta ueritatem dicendum est  
 tunc aquam a generante moueri defrigi  
 da ut dicitur ad frigiditatis gradus, quod sine  
 naturali dispositione conueniunt, nec ua  
 leat dicere quod a proportione minoris iniqui  
 tatis.

ipsa

quod in dicitur  
 in stupra



^  
Et maior in ex  
traneis //

Sitatis nondat altis. Hoc enim uerum  
est nisi minor inaequalitas sit in propi  
o subiecto tunc enim ager contramario  
rem sicut in casu positio; alias ambabus  
existentibus in extraneis a minori non  
dabit altis.

~ Caput secundum.

quoniam mathematicus et philo  
sophus naturalis sepe numerum agunt  
de eisdem rebus. ut. N. q. de quantita  
tibus et de uelut. docet Aristoteles dis  
crimen inter utrumque consistere in  
hoc q. agunt de eisdem subiectis  
abstrahere prout supra diximus.  
docet etiam ad philosophum natura  
lem pertinere considerationem ma  
teriae et formae, formae inquam mate  
riae unitae, namque a materia sepa  
rari potest ad metaphysicam spec  
tat

~ Resolutio eorum quae conti

~ nerit a cap. 3. usq. ad 7.

Postq. ostendit Philosophus subiec  
tum, medium, et passionem in phi  
losophia naturalis. scilicet ens na  
turale, naturam, et ens secundum  
naturam capite. primo. et in secun  
do posuit discrimen inter physicam  
et mathematicam. ab hoc tertio ca  
pite usq. ad septimum (in quo docet  
Philosophum naturalem demonstrare  
per omnia causarum genera) dispu  
tat de causis ipsis. ad quarum expli  
cationem in hoc capite causam comu  
nis



missime sumptam in quattuor genera  
 causarum ducit, quae singillatim ex  
 plicat primum genus affirmans esse  
 causam materiale, quam uocat pri  
 mum subiectum ex quo quippiam fit  
 ut aut insit; qualis est materia. Secū  
 dum dicit esse causam formalem, quā  
 uocat speciem, siue exemplar, qualis  
 est N.g. anima hominis, quae constituit  
 speciem humanam. Tertium aut esse  
 causam efficientem, quam uocat prin  
 cipium mutationis. Quartum denique  
 ponit causam finalem, quam aut esse  
 id cuius gratia cetera fiunt. ut N.g. sa  
 nitas est causa finalis medicinae  
 deinde docet eiusdem effectus posse esse  
 plures causas perse licet non sint eius  
 dem speciei. uel ordinis, sicut deus, sol  
 et ignis, qui sunt cause perse huius ho  
 minis. et q. cause possunt esse sibi in  
 uicem causae in diuersis tamen genere  
 cause. ut ualeudo, quae est causa fi  
 nalis de ambulatu suo. et de ambula  
 tu causa efficiens ualeudinis.  
 et Tertio docet eadem posse esse causa  
 contrarium effectum. ut N.g. gu  
 bernator sua presentia est causa conser  
 uationis nauis. sua uero absentia est  
 causa euersionis eiusdem nauis. 11.  
 et tandem proponit quasdam causas  
 diuisores de quibus infra dicemus. →  
 In reliquis autem capitibus agit Aristo  
 teles de fortuna et casu; quae etiam inter  
 causas numerari solent, et docet utram



q3 causam nimirum fortunam et ca-  
sum ad causam efficiendam esse reuo-  
candam. De fine autem fortunam  
Sunt in modum. Fortuna est causa  
per accidens in his, que per electionem  
alicuius gratia fiunt, respectu effectus  
qui raro coniungit cum effectu perse  
intento. N.g. si quis eat in forum ut  
ematur venales, et ibi inueniat ami-  
cum quem multo tempore non uide-  
rat, aut inueniat pecuniam.

casus autem prese sumptus (aliquando  
enim tam late accipit ut etiam fortu-  
nam comprehendat) est causa per acci-  
dens in his, que naturaliter alicuius gra-  
tia fiunt respectu effectus, qui raro con-  
iungit cum effectu perse intento. ut. N.  
g. Si equus ex bello ad sedandam situm ex  
bello fugiat ad flumen ex quo accidet  
ut periculum belli euadat, in quo ali-  
us foret occidendus. talis effectus dicitur  
casualis respectu dicta fugae.

### De Fato

quoniam fatum maximum habet pro  
proximitatem cum fortuna et casu. ideo  
ante eorum tractationem de fato non  
nihil premitendum est.

et q3 fatum nihil omnino sic et minime  
admitendum, probat ex diuo Gregorio  
in quadam homilia epiphaniae dicente  
absit a fidelibus ut nomine fati uti  
et / circatue dubium fuit sententia sibi



eorum assarentium fatum esse seriem cau-  
 sarum, quae inevitabiliter suos effectus ope-  
 rantur. Et ita tribuebant fructus prosperi-  
 tatem cuiusque, mortem item vitamque  
 ac prout sic fatum definiiebant, fatum  
 est quaevis mens, seriesque causarum, quae in  
 ineffabili ratione ab initio cuncta disponit  
 2<sup>a</sup> sententia fuit Cicero's lib. de natu-  
 ra deorum. et de divinatione assarentis deum  
 non esse prescium futurorum, nec concederet  
 illam certitudinem et infallibilitatem  
 fati. de quo dixit Augustinus. lib. 5. de ci-  
 vitate dei. cap. 9. quae faceret homines  
 Liberos reddidit illos sacrilegos docendo  
 deum futura ignorare

3<sup>a</sup> sententia catholica est quam tenet  
 et explicat divinus Thomas. 1. p. q. 116  
 ubi docet quod res ab aeterno sunt ordinatae in  
 mente divina ad suos fines per media con-  
 venientia ipsarum naturarum, quae quidem  
 ordinatio appellatur providentia. et tradi-  
 ta est a deo causis secundis, ut ipsae ex-  
 equantur, non quod deus ad id causis secundis  
 indigeat, sed quod ob suam bonitatem volu-  
 it. (ut ait. 1. p. q. 22. art. 3) hanc dignita-  
 tem et nobilitatem causandi communica-  
 re creaturis.

iuxta hanc ergo sententiam fatum non  
 est aliud quam ordo causarum secundarum divi-  
 nam providentiam, et prescientiam exe-  
 quentium; ut aut de se quidem possint de-  
 ficere. Et non producere talem effectum  
 sed in ordine ad prescientiam dei. supposi-  
 to quod scit illas talem effectum producturas



non possunt illum non producere. et  
fiat ratione effectus dicunt necessarij  
necessitate consequentia non autem ne-  
cessitate consequentis.

potest ergo fatum dici quoddam modo cau-  
sa per se inducens ad aliquem effectum  
qui per aliam causam particularem po-  
test impediri.

¶ Duo tamen animarum vertenda sunt primum  
est eas tantum res esse fato subiectas  
quas deus producit mediantebus causis  
secundis; namque producit per cre-  
ationem, ut anima rationalis, et an-  
geli non sunt subiecta fato. ut est sen-  
tentia d. th. 1. 2. q. 76. ar. 4.

Secundum est q. licet fatum hoc modo  
explicandum concedi possit, non tamen  
est Summi Christiani nomine facti ut e-  
dum. q. ut inquit Augustinus locuta  
to sententiam teneas, sed linguam  
corripas. et iuxta hoc Respondet ad ar-  
gumentum ex d. gregorio adductum  
ex dictis colligere possumus q. voluntas  
nostra non est subiecta casibus aut  
fortuna, quoniam in suis actibus a deo  
immediate dependet.

~ **Questio De causis in communi.**

In hac questione tua sunt investigan-  
da Primum de finitio cause. Secundum  
inquit consistat causalitas. Et tertium  
Utrum tantum sint quattuor causa  
genera.

quoniam ad primum notandum



q. causa pro forma dicit relationem, si  
ue realem siue rationis ad suum effectum  
et conuertat rem, quae est causa. et finis  
modi relati conuenit. quae cum sit com-  
munis ad ens reale et rationis, non dicit de  
utroque unum e.

Secundo Notandum cum galenus lib. de  
differentijs pulsuum, q. cum nomen ipsu  
rem satis explicat, non est necesse eius  
definitionem assignare (refute ex ipsa  
definitione aliqua dubitatio oriat) et  
ob id Arabes tales causas in communi non  
definiunt. Verumtamen sic communiter  
soler defini. causa est id ad quod aliud  
sequit, ita ut ab illo aliquo modo accipi  
deesse. aliud intellige saltem essentia  
numero distincta. q. caratione in diuino  
pater non est causa filij (sequit) intel-  
lige tanq. habent esse. nam alias ad dis-  
cussionem sequit q. submo. intelligit  
ancem de causa in actu, siue illa sit to-  
talis, siue partialis. non uero de causa  
in potentia.

quantum ad secundum nimirum  
in quo consistat causalitas. est contra-  
uertia inter doctores an praeter relatione  
causae, et rem quae dicitur causa, debet  
aliquid accidens posituum, quod dicat  
causalitas et sit fundamentum eius mo-  
di relationis. an uero nil ibi sit interec-  
tum? A parte etenim affirmatiua ar-  
gue pmo. q. esse causam est conferre  
esse



esse effectus. ac relatus cause suppone  
hic quod est conferre esse effectus. ergo  
hic provenit ab aliquo accidente prout  
relatus cause. et quod dicitur dicitur  
dicitur causalitas. 11

2<sup>o</sup> quod hoc accidens quod dicitur causalitas  
datur in causa materialibus. ergo et in aliis  
causis. antecedem probat quod cum deus  
sustentat accidentia sine subiecto concur  
rit specialiter quodam concursu ad supplē  
dum effectus. quod petebant accidentia  
in genere cause materialis. ergo subiec  
tum. quod est causa materialis. respectu  
accidentium reuera habet aliquam cau  
salitatem circa ipsa accidentia, quam  
deus supplet.

✓  
Sic enim esset cau  
sa anime rationalis

3. quod ut materia N.g. dicat causa non  
sufficit relatus uniti ad unitum. nec sus  
cipientis ad susceptum. ergo requiritur  
aliquid aliud. scilicet causalitas. et  
similiter requiritur in fine. et forma.

4<sup>o</sup> quod alias relatus cause in materia et  
forma essent eiusdem speciei. nihil enim  
aliud esset quam esse partes. relatus autem  
partium in ipsis speciebus non differt.

His tamen non obstantibus in sola cau  
sa efficiente reperitur predictum acciden  
sium causalitas modo secundum pro  
babiliorem dicendi modum. sunt enim  
qui dicant in omnibus causis generibus  
reperiri. et in causa efficiente pertine  
re ad predicamentum actus. in cau  
sa vero materialibus ad predicamentum  
passus. /

Sed



Sed nostra sententia probat. qz in parti-  
 bus integrantibus respectu totius integra-  
 lis non reperitur. Similiter causalitas  
 qz in quolibet continuo reperitur in  
 simice partibus reales pertinentes ad  
 predicamentum actus. seu passionis  
 ergo neqz in toto naturali ex materia et  
 forma constituitur.

^  
 rei que  
 est.

Ad primum argumentum Respondet  
 negando consequentiam. Solum enim  
 sequitur. qz res quod est nominat causa pri-  
 us materia conferat esse effectui. qz de-  
 t<sup>r</sup> relationes inter ipsam. et id quod  
 efficit. et nominatur effectus. nec est  
 opus ad conferendum esse effectui alia  
 entitate. ab entitate causa formalis. in-  
 terialis. aut finalis ~~relativa~~.

Ad. 2. qz solum infert ex eo qz subiec-  
 tum conferat esse accidentibus. ex eo  
 qz ea sustentat. hoc enim est ratio fun-  
 dandi relationem cause materialis  
 deus autem qz supplet per modum ef-  
 ficentis. quod subiectum prestabat in  
 genere cause materialis. idem causat  
 per accidens interiectum.

Ad. 3. Rr qz propter relationem uniti-  
 ad unitum. et suscipientis ad susceptu  
 habet materia qz sustentet formam. et  
 qz forma corruptibilis pendeat ab ea in  
 fieri. et in conservari. hoc autem fit  
 sine medio accidente a substantia ma-  
 terie distincto. et proportionabiliter  
 dicendum est de forma

Ad. 4 qz materia et forma habent diver-  
 sas rationes fundandi relationem causa-

sci

^  
 per quemdam mo-  
 dum qui explica-  
 t<sup>r</sup> negative sic  
 qz totum non po-  
 test esse sine ma-  
 teria. vel necessa-  
 rio habet materi-  
 am



scilicet suscipiendo, et informando, et  
totum similiter respicit materiam et  
formam ut sic per relationes diversas  
quod diversum compositum modo habet  
ab una, ac ab alia. de eis autem  
p[ro]p[ri]e ut partes sunt aliud est iudicium.

Aliud tamen tertium dubium  
examinandum restat, num tantum  
sint quattuor genera causarum  
et quomodo sint quattuor probat primo <sup>solam</sup>  
semen, sanguis et elementum sunt  
causae N. g. hominis, et tamen ad nul-  
lum quattuor predictarum generum per-  
tinet. si enim ad aliquod maxime  
ad materiale, sed non manent in re  
quae ex ipsis fiunt, ergo non sunt cau-  
sae materiales.

2. quod Aristoteles. 5. metaphy. cap. 1.  
ponit sexceptiones principij, et est  
demum dicit aut dici causam, quae princi-  
pium.

Sed si non substantibus ad hoc dubium  
Respondendum est tantum esse quattuor  
genera causarum, quattuor sufficienti  
et numerus colligitur sic. nam omnis  
causa, vel est interna, vel externa: si  
interna vel materialis, vel formalis  
si externa vel efficit, et sic est efficiens  
vel extrinsecus gratia cetera fiunt et est  
finalis. Deinde colligitur sic et probatur  
quod totae sunt causae, quae quattuor peten-  
tes causam, sed quattuor sunt quattuor  
scilicet, ex quibus, per quod, a quo, et propter  
quod.



quid. quæ Respondent materię. forma ef-  
ficiendi. et fieri.

Ad. primum argumentum Respondetur  
q. illa manent virtualiter in his. quæ  
ex ipsis fiunt. et hoc sufficit ad rationē  
causę materialis. sicut elementa manent  
in mixto.

Ad. 2. Arg. Aristoteles in libris sum-  
psit causam late. prout idem est quod pr-  
incipium. in secundo uero capite causā  
proprie acceptam in quattuor tantum ge-  
nera diuisit // // // //

~ Quæstio. 2. De causis in  
~ Particularij ~  
Articulus primus de causamā  
~ terrij. ~

Materia communissime sumpta diuidit  
in materiam in qua. ex qua. et circa quā  
materia in qua ea dicitur cui inest aliquē  
forma siue substantialis. qualis est ma-  
teria prima. siue accidentalis qualis po-  
tuit dici Petrus cui inest albedo. aut ali-  
ud compositum siue subiectum. quod  
materia secunda nuncupari potest. Et  
materia autem ex qua est id ex quo  
ante existente aliquid fit. quæ uerbis  
diuidit in materiam transeuntem -  
quale est uinum. ex quo non manen-  
te fit acetum. et in materiam permi-  
nentem in eo quod ex ipsa fit. et hæc  
potest esse materia prima. uel secū-  
da. prima ut cum ex materia embria  
nū generat hūm. secunda ut cum  
ex ligno fit cathedra. Materiam de  
ri



245  
nig; circa quam est circa quam uersa  
tur potentia uel habitus. quod potius ac  
cepta appellat obiectum  
ex his autem membris solam materi  
am primam, tanq; precipuam causam  
definit Aristoteles. tum in libro pre  
cedenti capite 9. tum in libro ca  
pite 3. Ad hoc uero genus causae re  
ducuntur substantiae respectu accidentiu  
quae in ipsis subsistunt aut radiceant  
reducuntur etiam partes integrantes  
comparatiue totius integralis. et ge  
nus. quod in definitiue cuiusq; spe  
cies adhibet comparatiue differe  
tia, perquam contrahit. nam com  
paratiue definiti reducitur ad causam  
formalem.

modus autem causandi materiae pri  
ma duplex est, alter respectu forma  
eius de potentia eius educit. quod in  
eo cernit q; materia sustentat formam.  
alter uero respectu compositi, qui eti  
am in eo consistit, q; materia forma  
suscipiens simul cum ipsa constituit  
compositum.

## De causa formali

### Articulus 2.

Forma quae nihil aliud est ut inquit A  
ristoteles q; species et exemplar si  
late accipiat. diuiditur in substantia  
lem, et accidentalem. et accidenta  
lis uersus diuiditur in corporalem ut  
albedo. et spirituales ut scientia et  
gratia. Deinde corporales sub diuidi



necc  
br

tur in naturalem & artificialem ut  
 forma cathedre.  
 quibus divisimibus statutis forma de-  
 finit. sic. forma est actus materiae, in-  
 tellige primus, vel secundus. ut com-  
 prehendas in definitione. non solum  
 formas substantiales, que sunt actus  
 primi; sed etiam formas accidentales  
 que sunt actus secundi. Ad hoc con-  
 tem genus cause reducit exemplar  
 ad cuius similitudinem effectus est  
 producendus. Et reducuntur partes de-  
 finitionis essentialis nimirum genus  
 et differentia respectu definiti. In  
 modis vero causandi, forma duplex  
 est alter respectu materiae prima. que  
 in eo consistit q. materia conservat.  
 alter respectu compositi naturalis qui  
 in eo consistit. q. forma ut pars essentia-  
 lis ipsius ipsum constituit. Similiter  
 dicendum est de forma accidentali  
 que etiam conservat subiectum sub-  
 tali esse accidentali. et est pars talis  
 compositi.

De causa efficiente.  
 Articulus. 3.

Omnia interim causa per accidens quae  
 talis esse potest. vel ex parte ipsius cau-  
 sae vel ex parte effectus. et omnia il-  
 lus. que sunt conditiones sine quibus  
 non. ut approxinatio ignis ad hoc ut  
 comburat. causa per se efficiens multi-  
 pliciter dividitur. nam aut est magis v-  
 rij



universalis aut minus universalis.  
duobus autem modis dicitur causa magis  
aut minus universalis. uel in p[ro]di-  
cando et causando simul. ut artifex  
est causa magis universalis respectu  
suius statui, q[uam] statuarius; q[uam] statua-  
rius est causa minus principalis. ~~et~~  
universalis respectu ipsius. uel in cau-  
sando tantum. ut deus est causa uniu[er]-  
salissima omnium reru[m], cum se exte-  
dat ad omnes effectus; sol uero est cau-  
sa minus universalis, et h[oc]m[od]o adhuc  
minus universalis.

Secundo diuidit[ur] causa per se in prima[m]  
et secundam. Prima rursus uel est sim-  
plicit[er] prima uel Deus, a quo cetera[m]  
omnes causae dependunt. uel est prima  
secundum quid. quae licet sit secunda  
simplicit[er], est tamen prima in suo ge-  
nere. ut sol. et h[oc]m[od]o in generatione  
Petri.

Tertio diuidit[ur] causa per se in causam  
liberam et naturalem. naturalis est  
in cuius potestate non est agere. et non  
agere: ut ignis et sol. et similes causae  
caerentes intellectu. et h[oc]m[od]o quae ad il-  
las operationes. quae non pendunt ex  
uoluntate. ut argeri. nutrir[er]i etc.

quarto diuidit[ur] causa per se in uniu[er]-  
sam. quae nempe producit effectum eius-  
dem speciei cum se ipsa. ut h[oc]m[od]o respec-  
tu alterius hominis. et ignis respec-  
tu alterius ignis. Et in quibusdam  
quae



que producit effectus alterius speciei  
 ut sol respectu muris et raris.

quinto dividit causa perse in causam  
 a qua deperdit effectus in conservari  
 ut est deus respectu omnium creatur  
 rum. et sol respectu luminis, quod pro  
 ducit: et in causam a qua non depe  
 det effectus in conservari. qualis est  
 equus respectu equi qui est generavit  
 sexto dividit causa perse. in causam  
 mediatam, que omnium producit  
 effectum mediante alia, et in imme  
 diatam, que scilicet non producit ef  
 fectum mediante alia. Item causa  
 mediata, aut est mediata mediatio  
 ne suppositi, aut est mediata mediatio  
 ne virtutis, mediatio ne suppositi  
 ut artifex lignum dividens mediante  
 serra: mediatio ne virtutis ut  
 aer, qui illuminat mediante lumine  
 quod accipit a sole.

Septimo dividit causa perse in princi  
 palem, ut ignis respectu ignis, quem  
 producit. et in minus principalem  
 seu instrumentalem, qualis est calor  
 ignis respectu eiusdem effectus. Rursus  
 instrumentalis in instrumentalem  
 circumstantiam agentis ut serra, aut non  
 circumstantiam agentis, qualis est semen  
 respectu agentis a quo decidit.

Octavo dividit causa perse in totalem  
 et partialem totalis est que sola produ  
 cit effectum particularem: partialis ut



2. que cum alia concurret ad effectus  
productionem. Totalis rursus multis  
modis dicitur, aut enim est totalis in suo  
genere. ut anima dicitur totalis causa  
Somni in genere cause formalis:  
aut est totalis in suo ordine. ut cum sol  
equus et deus concurrunt ad producti-  
onem equi: equus est etiam causa to-  
talis in quantum causa principalis -  
Sol etiam dicitur causa totalis naturalis  
deus autem causa totalis universalis  
Summa

NONO dicitur causa per se in  
causam, que producit effectum per actio-  
nem proprie dictam. ut ignis respectu ca-  
loris, qui producit in aqua calefacie-  
do ipsam: et in eam que producit effe-  
ctum per emanationem; ut subiectum  
respectu suarum passionum. N.g. homo  
respectu risibilis -

ultimo causarum per se, que dantur  
essentialiter subordinatę, que dantur  
accidentaliter. essentialiter subor-  
dinatę dicuntur illa, que ita sunt affectę  
respectu alius effectus, ut una sine  
alia attingere talem effectum non possit  
que patet se habere deus ut concurret co-  
cursu naturalis, deficiente namq; homi-  
ne et sole. impossibile est generari ho-  
minem, concursu universalis deus. essentia-  
liter subordinatę dicuntur illę qua  
rum



rum una absq; alia potest effectum pro  
ducere ut probamus copate respectu  
socratis generandi de finibus autem  
causę efficientis tradidit ab Aristotele  
cap 3. docens eam esse id unde est pri  
mum principium mutationis. modus  
vero causandi ipsius est actus quo  
mediante suum effectum producit.  
quod vero attinet ad secundam par  
tem art. huj.

Est questio utrum causa  
efficientis, eiusq; forma si  
ue accidentalis, siue subs  
tantialis possit attingere ad  
productionem alicuius for  
mę substan  
tialis.

1<sup>a</sup> a parte negativa arguitur qd deus  
est sufficientissima causa. ergo re  
liquę causę efficientes superflue sunt  
2<sup>a</sup> qd forma neq; est id quod efficit  
quoniam aliter sunt supposito  
rum. neq; quo agens operatur. sic  
enim operatur per aliud. et ex eo  
sequenti per accidens.

3<sup>a</sup> qd forma accidentalis ad substan  
tialem formam producendam non  
attingat probat scilicet qd sic effectus  
vinceret in perfectione suam cau  
sam quod non est dicendum. ergo  
In hac re notandum est primo. qd cir  
ca



ca causas secundas dicitur Thomas //  
proponit duas opiniones parumpo-  
cabiles immo erroneas in. 2. de se  
1. q. 1. art. 4. Prima asserit res quas  
vocamus causas secundas nullam  
habere causalitatem respectu effectuum  
immo deum omnes effectus produce-  
re ad earum presentiam taliter q. s.  
Sicut deus calefacit ad presentiam ignis.  
et in alijs simili modo. quam  
opinionem sequitur Gabriel. in. 4. dist.  
1. q. 1. / ex qua sequeretur q. noster in-  
tellectus non intelligit nec volun-  
tas vult. et per consequens q. non ha-  
beremus operationes liberas. immo  
et q. omnia entia naturalia essent o-  
mnia. cum eo vultis teste Aristote-  
le. primo de celo. cap. 3. unumquod  
q. suum propter suam operationem  
2<sup>a</sup> opinio affirmat deum produxisse  
se primum angelum. et primum an-  
gelum produxisse secundum; et sic  
usq. ad ultimum. quem asserit pro-  
duxisse celum. et velum has res pro-  
duxisse inferiores. et hanc tribuit di-  
vino Thomas Aquino. 1. p. q. 4. art. 5.  
sed hoc citat eam dicit esse erroneam  
q. solus deus potest creare.  
vera ergo et tenenda sententia est cau-  
sas secundas concurrere immediate  
ad producendos suos effectus. ut etiam  
deus ad eosdem effectus immediate con-  
currat. diversimode tamen; q. deus ta-



q̄ causa v̄niuersalissima. causq̄ uero  
secundq̄. tanq̄ cause particularēs. seu  
saltem minus uniuersales.

Ad. 1. ar.  
quamen  
tum.

quibz positis dicendum est deum esse ca  
sam sufficientissimam ad producendū  
quemcuq̄ effectum in habitu. si est  
deum habere potentiam ad quemcuq̄  
effectum. nō tamen in actu quando  
concurrit cum causis secundis. q̄ eo  
concurrit. q̄s cum illis concurrit nō  
potest sine ipsis illum effectum pro  
ducere.

quod uero attinet ad formā substan  
tialē ~~efficiētiā~~. dicendum est ipsā  
esse principium efficiēdi in ipsis cau  
sis efficiētibz. quod probat q̄ res na  
turales agunt. et hō nō habent a ma  
teria. ergo a forma. Deinde q̄ agens  
in forma nōtū assimilare sibi passum  
ergo ipsa est principium agēdi. et ita  
Respondet ad secundum argumentū  
q̄ agens operat̄ per suam formam et hō  
est operarij per se ipsum

quod uero ad formam accidentalem spec  
tat. Sicut in 4. dist. 12. q. 3. et in 2.  
dist. 37. q. unica. et in 1. dist. 13.  
arbitrat̄ tertio argumentū adductū  
uultus. formam accidentalem non pos  
se attingere ad productionem alicuius  
effectus substantialis. Unde etiam dicit̄  
q̄ forma leonis. et equi. et animalium  
omnium perfectōy immediate produ  
cunt̄ a deo. q̄ sepe non existentibus  
generantibus produciunt̄ tales forma cū  
subs



substantia produci non possit a uir-  
tute seminis, quae accidens est, forma  
uero animalium imperfectorum et esse  
rariorum asserit immediate produci ab  
astris. sed tenenda non est eius opinio  
sed ea quam docet deus thomas. 3. p.  
q. 77. art. 7. ad. 3. ubi ait formam ac-  
cidentallem esse principium agendi  
et attingere ad productionem formam  
substantialis. et q. sic principium a-  
gendi probat. q. agens etiam in forma  
accidentalibus inquit assimilare sibi ipse  
sum. N. g. ignis lignum quem con-  
sumit. deinde q. calor etiam in extra-  
neis subiectis scilicet in aqua calefacit  
nec tunc aquae tribuenda est talis actio  
tanquam agenti principali, sed soli uel  
igni producenti in aqua talem calo-  
rem.

quod uero eiusmodi forma acci-  
dentalis non solum agit, sed etiam  
attingat ad productionem formae subs-  
tantialis. probat primo q. ferrum  
candens producit ignem mediante ca-  
lore, cum tamen ipsum non sit ignis  
si enim esset ignis non fieret statim fer-  
rum ubi primum perducit in aquam  
Deinde probat q. radij solares in specu-  
lo breuissime producant ignem, ut  
experientia constat, ergo est.  
postremo q. astra producant effectus  
substantiales in his inferioribus scilicet  
mures, ranas, et tamen non sunt con-  
iunctae.







circum hanc causam et  
quæstio gravis An agat secun-  
dum suum esse reale an  
secundum esse apprehen-  
sum?

Pro huius tituli intelligentia notandum  
quod finis habet duplicem existentiam scilicet  
duplex esse alterum scilicet reale quando  
existit a parte rei. alterum apprehensum  
sive intentionale. quod habet cum appre-  
hendit ab intellectu antequam actu et reali-  
ter existat. est ergo dubium utrum finis  
scilicet sanitas agat secundum suum esse re-  
ale. an vero secundum quod apprehendit in  
intellectu taliter quod apprehensum sit illi  
ratio formalis agendi. et ratio obiectiva fi-  
nis. quod ergo finis agat secundum esse rea-  
le. probatur Primo ex Aristotele. 6. meta-  
cap. 4. ubi dicit bonum esse in rebus. sed bo-  
num et finis idem sunt. ergo!  
2<sup>o</sup> quod Aristoteles in hoc capite dicit finem  
esse cuius gratia cetera fiunt. sed media  
non adhibentur nisi sanitas acquiratur in es-  
se intentionali. sed in esse reali. ergo fi-  
nis agit secundum esse reale.  
3<sup>o</sup> quod illud dicit finis quod si non conse-  
quatur efficiens dicitur frustrari. ac si effi-  
ciens non consequatur finem in esse rea-  
li omnino frustratur. ergo.  
4<sup>o</sup> quod iniquitas tamen nisi fine acquisito  
in esse reali. ergo secundum hoc esse a-  
git. Propter hæc argumenta communi-  
ter tenet finem agere secundum esse



reale tanq[ue] secundum rationem forma-  
lem. et q[ui] esse apprehensum est conditio  
sine qua non ageret. sicut approximatio  
ut ignis comburat. que[re] sententia pro-  
babilis q[ui] respiciendo amplecti potest.  
Secunda tamen opinio inuincibilis in-  
no[n] forte magis probabilis est. q[ui] firma  
que secundum esse apprehensum tan-  
q[ue] secundum rationem formalem cau-  
sandi. Et uidet[ur] ex merito D[omi]ni Thom[ae]  
1. 2. q. 31. art. 3. ad 1. ubi dicit q[ui] ratio  
obiectiua est ipsius finis apprehensio -  
et probat ex eo q[ui] bonum apprehensum  
per sensum. ut presens causat delecta-  
tionem: apprehensum uero per intel-  
lectum causat gaudium. Item malum  
apprehensum ut presens causat tristi-  
tiam. et apprehensum ut futurum cau-  
sat timorem.

et. 1. p. q. 80. art. 1. et 2. idem uidet[ur] os-  
tendere. et Caietanus. 1. 2. q. 30. ar. 3.  
arbitrat[ur] esse uerissimum. et ut tale.  
Sic duabus rationibus comprobat. videlicet  
apparet inuicem tanq[ue] causa finalis. et  
tamen non habet esse reale. sed tantum  
intentionale. ergo ratio agendi in fine  
est esse intentionale.

Secundo probat q[ui] actus qui tendit in  
malum apprehensum ut bonum est bonus  
et actus qui tendit in bonum apprehen-  
sum ut malum est malus. ergo diuersa  
apprehensio dat specificationem malibus  
et per consequens a[r]atio obiectiua eor[um]

Ad



Ad argumenta igitur prima opinionis  
Respondendum est quod solent probant me-  
dia ad id adhiberi ut finem consequa-  
mur in esse reali. non tamen quod apprehen-  
sio non sit ex ratione formalis agendi  
quod si quis cum magistro medicina hanc sententiam  
tenere voluerit ad argumenta que pro  
ipsa fuerit Respondere poterit. quod licet ap-  
prehensio sit in tantummodo sit conditio  
sine qua non. ex fine tamen prout sit  
sub diversa apprehensione potest suam  
diversam specificari. quod patet etiam di-  
cimus intellectum. et voluntatem et  
se diversas specie potentias. Licet utraq-  
ue versat circa ens. quod nimirum intellectus  
versat circa ens sub ratione veri. vo-  
luntas vero versat circa ens sub ratio-  
ne boni. cum tamen veritas et bonitas  
sint relative rationis.

### Capitulum 3<sup>o</sup> de Nonum.

In capite octavo proponit Aristoteles duo  
dubia quibus in eo et in capite nono re-  
spondet. Primum est an natura agat  
propter finem. Secundum dubium est  
utrum necessitas unius cuiusque recipi  
veniat ex materia ipsius. ut aliqui  
philosophi putabant. an vero ex alia  
re. quantum ad primum dubium pro-  
ponit Aristoteles rationem pro parte <sup>unam</sup>  
gratia. sed inter alias rationes sequen-  
tibus probat affirmativam  
Primo quod que fiunt a natura non fiunt  
accidit. (quod vel semper vel frequentius fi-  
unt) ergo fiunt gratia aliter et ex se  
se



sequenti respectum. Secundo quod ars //  
 omnia quae vel corrigere adiuvant etiam //  
 mutari materiam adque propter finem esse //  
 similiter et natura. Tertio quod in manu  
 fuerat diligenter formata gloria prohiy //  
 eme congregatum / quarto quod ob id  
 dicimus in operibus artis artifices errare  
 quod finem intentionem non consequuntur //  
 ut cum grammaticus committit solecismum  
 et sic dicimus naturam suam modo pecca-  
 re cum producit. Similiter sex digitos ha-  
 bentem. et sic nec obstat nec quod plantae  
 et bruta operantur sine aliqua deliberati-  
 one. quod inanimata nec aliter constructura  
 domum propter quod deliberat qualia de-  
 beat esse fundamenta aut qualiter en-  
 scindenda sunt ligna. illud enim tam-  
 et similia tam ex subito cognoscit sic  
 sope finis sine deliberatione ex subito  
 aut inclinatione intenditur. //

quod a termino ad secundum in 9 capite  
 recitat opinio dicentium res accipere  
 necessitatem a materia. hoc est habe-  
 re hanc aut illa attributa ob materiam  
 sed hanc opinionem recolta dicit Aristoteles  
 res accipere necessitatem a materi-  
 a non tamen ultimam sed a fine. hoc  
 est habere hanc vel illa attributa quod ha-  
 bere hanc vel illam materiam. habe-  
 re vero hanc vel illam materiam quod di-  
 rigunt ad hanc vel illam finem.

Deinde docet finem habere esse in operatio-  
 nibus sicut principia in tactis et nativitatibus  
 69. nam quae in modo sunt sicut et effectus  
 et necessaria principia etiam debent  
 esse necessaria non tamen si conclusio

principia sunt  
 et conclusio



est necessaria siue uera sumptiones,  
siue principia debent esse uera, quae uerū  
colligitur tum ex uero, tum ex falso. Sic  
si finis est necessarius et sic sicut cum  
quis dat operam litteris episcopatus in  
sequendi gratia, quem tamen non conse-  
quitur. idem docemur. 7. et sic. capit. d.  
ponendus est ergo finis necessarius in de-  
finitione operationum, quae sunt ad  
finem; materiam uero non semper  
N. g. si quis definiat senam dicendo, quae  
est instrumentum ferreum secundum  
signis accommodatum.

quae si arguas quae esse corruptibile (quod  
in his inferioribus est necessarium) de-  
sumit solum ex materia, quae natura  
non intendit corruptionem, ac per se  
sequens non semper necessitas sumit  
ex fine. Respondet quae res sunt corrup-  
tibile ut fiat generatio, ac proinde e-  
tam corruptio intendit a natura non  
directe, sed indirecte, in quantum est  
communis generatio.

Quaestio. 1. Vtrum agens  
naturale operetur propter finem?

Et uideetur quod non, quia inanimata, et bruta  
non diriguntur in finem, ergo na-  
tura non agit propter finem.

2<sup>o</sup> quia praedicta non deliberant de fine

Notandum cum D. Thoma. 1. 2. q. 79  
art. 1. et 2. q. 1. et q. 6. ea quae agunt  
propter finem in tres classes esse redigen-  
da, quaedam enim ut res inanimatae et  
animalia quae nullum modo finem agunt  
aut ut formae et mundities, in secun-  
da



da classe sunt et quae cognoscunt finem  
materialiter (sic est rem quae est finis)  
non tamen formaliter (sic est habitus  
in rem ad finem; nec finem  
ipsum sub ratione finis) sicut equus  
mouet. Sibi quam experit ad quae  
dam aquam. et volens ordei mouetur  
ad quae dam stabulum: non tamen  
cognoscit habitum aquae ad sedan  
dam sibi. Ad tertiam classem perti  
nent homines, qui non solum cognoscunt  
finem materialiter, sed etiam formaliter

2<sup>o</sup> Notandum quod ea quae aliquem fi  
nem intendunt sunt in duplici diffe  
rentia. nam quaedam ita finem inten  
dunt ut ad se habeant media, et se ad ter  
minum dirigant. ut homo. alia ve  
ro sic finem intendunt, ut dirigant  
ab alio. sicut sagitta a proiciente diri  
gitur in scopum. et sic irrationalia in fi  
nem dirigunt a deo cognoscente finem  
et habitum in rem ad ipsum. per  
instrumentum, quod illis indedit. et res in  
animatae per propensiones quasdam illis ab  
eodem auctore naturae insitas. ex quibus  
patet solutio ad argumenta in contrarium  
adducta. neque enim est necessarium ut ip  
summet agentem propter finem deliberet. et  
aut se ipsum in finem dirigat. ut dictum  
est

Quaestio. 2. Vtrum monstrum  
intendatur a natura?

Respondet quod sic quod est ens naturale. natura  
autem quodcumque ens naturale intendit  
Pro huius rei intelligentia notandum est



q. monstrum est ens naturale casu or-  
tum cum deformitate extranea suggesti-  
ej. contingit autem fieri monstrum prae-  
cipue ob quattuor causas quas refert Al-  
bertus magnus. tractatu. 3. cap. 3. huius  
libri. Primo propter paucitatem materi-  
e. uel in toto ut quando nascit pigmeus.  
uel in parte. quando quis nascit cum  
quattuor digitis. Secunda causa e conuer-  
so est abundantia materis uel in toto. uel  
in parte ut cum nascit homo maior q. par  
est. aut cum sex digitis. Tertia est super-  
abundantia qualitatum, si enim super-  
abundat Similitudo nascit homo mente  
captus. si uero abundat calor nascit homo  
exilis. quarta denique causa est malicia ma-  
tris continentis, in quo concepit foetus. ob  
quod nascuntur homines gibbi, et bicipites  
et cum alijs deformitatibus huiusmodi  
Deinde notandum est propter causas unius  
sales scilicet deum optimum maximum  
solum, et intelligentias, cuiusque effectus monstra-  
naturalis dant duas particulares causas / uis-  
quam altera appellat impediens. V. g.  
huius hominis monstruosi dant duplex-  
causa particularis mirum. est alius  
homo generans, qui nititur effectum perfec-  
tum producere. et superabundantia. V.  
g. materis, que impedit talis effectus per-  
fectionem.

Ultimo notandum est in monstris triare  
perni scilicet fundamentum proximum  
deformitatis. fundamentum remotum  
et ipsam deformitatem. V. g. in homine ha-  
bente septem digitos. datur natura huma-  
na que est fundamentum remotum de-  
formitatis. et septimus digitus, qui est

fun-



fundamentum proximum. et denique da  
e ipsa deformitas.

Sic statuitur ad questionis difficultatem  
sic conclusio. Respondemus.

Prima conclusio. nullus effectus dicitur  
monstruosus. siue casualis respectu causa  
rum universalium ex parte dei quoniam  
nisi providat et providet constat. ex par  
te vero aliarum causarum probat quod etiam  
sunt universales sunt indifferentes ad  
hunc vel illum effectum. et ab alijs causis  
particularibus determinantur.

<sup>non</sup>  
<sup>pediens</sup> 2<sup>a</sup> conclusio causa particularis non in  
tendit producere monstrum, quod ad funda  
mentum proximum deformitatis. et ex  
consequenti neque quod ad ipsam deforma  
tatem. sique conclusio etiam patet quod ho  
mo nititur producere hominem perfectum  
ac proinde quocumque imperfecto producti  
est casualis respectu ipsius.

Ultima conclusio. Causa particularis im  
pediens intendit producere monstrum quod  
ad fundamentum proximum. et per con  
sequens quod ad ipsam deformitatem. ac  
proinde quando monstrum tale est ut ad  
ipsam causam. vel semper. vel frequenter  
sequatur est effectus per se intentus ab ipsa  
si vero nec semper. nec frequenter ad ipsam  
sequatur poterit dici casualis etiam respectu  
ipsius ac ex consequenti non sic intentus  
ab ea.

Ad Argumentum. R<sup>o</sup> quod natura sumpta  
prostat causa particularis non impediens



intendit producere ens naturale rō  
tamen quō ad deformitates, sed quō ad  
perfectiores.

An.



# Annotationes Pro 3<sup>o</sup> Libro Physicorum

## capit. I

In hoc capite duo sunt Aristoteles qui  
enim reddit rationem de qua in hoc li-  
bro agitur de motu et infinito. et insequē-  
ti de loco tempore et vacuo. Secundo po-  
nit tres divisiones. et unum notabile.  
ut ergo q. cum natura definita fuerit per  
motum necessarium est ut natura cognos-  
cat. quod etiam motus sit cognoscere. et  
cum motus quid continuum sit. et conti-  
nuum per infinitum definita. necessa-  
rium etiam est de infinito disputare. et  
cum motus fieri non possit. nisi in loco et  
tempore: et secundum aliquos antiquos  
etiam ad ipsum requiritur vacuum. in se-  
quenti libro disputandum est de loco et  
tempore, et vacuo. et merito quod hęc sunt co-  
muniura.

Deinde in 2<sup>a</sup> parte ponit tres divisiones  
Prima est. q. eorum que sunt. aliud est  
actu tantum ut forma. aliud potentia tan-  
tum ut materia; aliud actu et potentia ut  
composita. que consistit ex materia et for-  
ma. vel actu et potentia. vel dicuntur alij  
qua actu tantum respectu alicuius forme  
quod consistant tota latitudine forme ut aqua  
respectu frigiditatis dicitur actu tantum. quia  
do habet frigiditatem in se. dicuntur  
autem potentia tantum respectu alicuius  
forme que omnino privantur ut aqua quia  
do



224  
do caret calore est omnino in potentia ad  
calorem. Dicunt uero potentia et actu  
quando constant aliqua tantum in parte,  
formae, et aliqua privantur ut aqua dum  
est frigida ut quattuor, partim est in po-  
tentia ad eum frigiditatis gradus qui ex-  
desunt.

Secunda divisio est eorum quae sunt ali-  
ud est substantia, aliud quantitas, aliud  
qualitas est.

Tertia divisio est. Relationum quaedam  
fundantur in quantitate, quaedam in actio-  
ne et passione.

Tandem in fine capitis dicit Aristoteles  
quod motus non est praeteres. siue est non da-  
tus motus, per quem non producat res ali-  
cuius praedicamentis. quod quod mutat (aut  
uel mutat ad substantiam uel ad qua-  
ntitatem, uel ad qualitatem uel ad ubi.  
Et cum in his praedicamentis reperiantur  
contraria. ut forma et privatio, magnum  
et paruum, sursum, et deorsum, ita et  
iam motus contrarii reperuntur, motus  
enim per terminos specificantur

Quaestio. Vtrum ignoratio  
motu ignoret natura?

1<sup>a</sup> a parte negativa arguitur primo quod natu-  
ram esse est perse notum. ergo quocumque  
sit ignoratio cognoscat natura

2<sup>a</sup> quod natura est substantia. motus uero  
est accidens. sed substantia est prius cog-  
nitione quam accidens. ergo

3<sup>a</sup> Tertio quod causa  
quia



qualis est natura prior est cognitione qz ef-  
fectus, qualis est motus, prius enim est cog-  
nitio, quod prius est quantum ad esse.

Notandum q, natura scilicet materia et  
forma pot est considerari, uel quantum ad  
suum esse substantiale in se, et sic bene po-  
test cognosci sine motu, uel pot est conside-  
rari prout dicit ordinem ad motum et sic  
inducit respectum et relationem ad ipsum  
ac prout de sine intelligi non pot est et  
per hoc Respondet ad questionem.

Ad primum autem argumentum Rr qz  
cum dicit naturam esse esse per se motu  
intelligit per motum qui est per se motus  
sensibilis.

Ad

Ad 2. q, si est substantia secundum se sit  
motus, nos tamen ex accidentibus cognos-  
cimus substantiam, qz accidentia sunt no-  
bis motus nec natura ut diximus pro-  
ut relationem induit ad motum, sine qz  
cognosci pot est.

Ad 3. Rr. rem quae est causa esse prius  
cognitione effectus, sed ut induit relatio-  
nem causae esse simul cognitione cum  
effectu, atqz ad naturam (ut sic) esse si-  
mul cognitione cum motu.

caput secundum ~

In hoc capite repetit Philosophus di-  
uisiorem quam proposuit in sup-  
riori, et colligit definitionem motus  
in hunc modum. Motus est actus en-  
tis in potentia prout in potentia est. //  
Est enim motus continua quaedam acqui-  
si



170  
Sicut forma seu forma prout est in fieri  
ut. p. g. calefactio. ac prout de debet repe-  
ri in ente. quod habeat formam par-  
tim acquisitam. partim acquirendam  
cum ergo dicitur quod motus est actus redi-  
t' materia prima. per secundam parti-  
culam scilicet entis in potentia redi-  
t' actus. qui non sunt in potentia ad  
ulterorem gradum. p. g. calorem aut  
frigiditatem ut ostendit. et etiam genera-  
tionem substantialem; et quamcumque  
mutationem instantaneam. quoniam  
sunt actus in potentia ad acquirendam  
perfectiorem formam; si quidem in ins-  
tanti forma est acquisita. Per tertiam  
denique particulam. scilicet prout in po-  
tentia est redi-  
t' calor ut quattuor  
prout est in esse quieto non enim est in  
fieri. q. si. obicitur Aristotelem adduxis-  
se pro exemplo generationem! quidam  
Respondent generationem interdum  
suum pro propria dispositione successiva  
et sic dicunt sumpsisse huc eam Aristotelem.  
sed instabis quod adducit in exem-  
plum motus generationem et altera-  
tionem. ad quod dicunt quod in exemplis  
non semper est requirenda veritas. sed  
melius Respondendum videtur suum ubi  
generationem pro ad generatione subs-  
tantiali. cum aliquid movetur.  
probat vero Aristoteles quod motus sit actus  
quod id per quod acquiritur actus in eo quod  
est in potentia ad talem actum est actus.  
ut cum actus sine forma domus acqui-  
ri

siue altera-  
tionem



per edificationem. q. autem sit alius  
 ens in se contra prout in potentia pro  
 bat. q. edificatio que est motus. est ac  
 tus edificabilis prout edificabile est  
 et non prout edificatum est. // ~

### Quaestio prima an motus recte fuerit definitus?

¶ Unde q. non q. ea definitio in dco  
 uenit passivum (dicit enim q. est actus)  
 et tamen passivus est motus // Ergo 1

2. q. nec convenit actui qui est  
 actus movens. aut agentis prout mo  
 vans aut agens est / et conformae q.  
 actus est concretum. ergo non potest pro  
 ducari de actione. sicut neq. album de al  
 bedine. //

¶ Notandum q. motus prout ab aliquo  
 proficiscitur dicitur actus. prout in aliquo  
 recipitur dicitur passivus. tertio consideratur  
 prout est forma fluxus. seu quod idem est  
 forma partim acquisita. partim acqui  
 rendi. et quarto denique modo sumitur prout  
 ut est fluxus ipsius formae. que omnia  
 in calore cum ab igne produci videri  
 dat.

¶ Dicendum est ergo ad quaestionem  
 definitionem esse recte assignatam. de  
 finiriq. motum tertio modo sumptum  
 et definitionem esse analogam ut etia  
 motus est quid analogum. quod tenet  
 divus Thomas. Albertus magnus. et e.  
 gidius Romanus. et d. orpinus tenuerunt  
 Alexander. Philoponus. Themistius Pro  
 etius. Simplicius et alij auctores graeci ~

Ad.

quod passivum  
 convenit sicut  
 nec q. sit passivus

quod passivus est  
 species quanti  
 tatis continuae



partim acquisi-  
ta partim ac-  
quiranda

Ad .i. Argumentum R. q. actus sumit  
pro forma non ut est concretum ab actio-  
ne. e contra actus est actus. et idem in passi-  
one.

Ad .2. q. actum convenire esse actum  
in potentia. est enim idem realiter cum in-  
tu. et est in mobili. quamvis denominet  
agens a quo est in quantum actus. Ad  
firmationem patet ex dictis solutio. na  
concretum actus est agens.

q. si quis per quod patet distinguat motus 3<sup>o</sup>  
et quarto modo acceptus. R. q. non dis-  
tinguitur realiter. sed formaliter est enim  
fluxus productus accidens inseparabile  
a forma que partim est acquisita. et par-  
tim infieri et acquiranda. ||

Et si rursus interrogas an motus tertio  
modo sumptus ad aliquod predicamentum  
pertineat. R. q. directe in nullo predica-  
mento constituit. nam si sumat in com-  
muni cum non de una forma communis gene-  
rica. vel specifica ad quam terminet non  
potest esse unus genere. aut specie. Si  
accipiat in singulari pro illo vel illo  
motu. non est ens sed productus entis. et  
sive sensu d. Thomae. simpliciter et alij  
vel dicat et in idem redit. q. forma ut  
partim acquisita et partim acquiranda  
sive prout est infieri. est quod incomple-  
tum.

Quaestio .I. Vtrum motus  
a suo termino realiter  
distinguitur.

A.



A parte affirmativa sic primo aliquas  
 que in illa predicantur de motu quæ  
 predicantur de terminis de motu enim di-  
 cimus q. est via ad terminum. et q. est  
 tardus et uelox. et alia. quæ non possunt  
 dici de terminis.

2<sup>o</sup> q. motus est successivus. terminus  
 uero permanens.

3<sup>o</sup> q. terminus qui sit ab intellectu inso-  
 lum non est idem cum for. q. est prius  
 ipso. et quando q. qui tunc mouet non  
 peruenit ad for. ergo

4<sup>o</sup> q. terminus manet trans actum motu.

A  
 ratio  
 nans

Notandum q. distinctus est duplex scilicet  
 res rationis. et extrinseca res quæ dicitur  
 ratio rationis quæ habet funda-  
 mentum in re. et sic est duplex  
 alia realis alia formalis. et iterum des-  
 cribitur realis alia dicitur maior alia minor

Notandum secundo q. cum quæramus  
 an motus sit idem realiter cum suo ter-  
 mino. non quæramus an pars motus sit i-  
 dem realiter cum toto termino. sed an  
 pars motus sit idem <sup>cum</sup> parte termini illi  
 correspondente ac totus motus cum toto  
 termino

Sic ergo concluditur. totus motus est idem  
 realiter cum toto termino. et pars motus  
 cum parte termini. distinguitur tamen  
 formaliter. et probatur primo quod non est  
 ponenda distinctio realis nec multiplican-  
 da quando omnia eque bene se habent  
 cum sola distinctio formalis. 2<sup>o</sup> si distin-  
 guerentur realiter motus posset conseruari  
 sine termino. quod implicat manifestam  
 con



contradictionem. // Obiicit tamen con-  
tra hoc qd si motus esset realiter cum ter-  
mino etiam terminus esset realiter cu  
motu, et non posset sine termino conser-  
uari, quod ut constat est omnino falsu  
calor enim sine calefactione conseruat.  
sed Rr q terminus et motus sunt mutuo  
idem dum sunt infieri. transitu enim mo-  
tu terminus non terminat illum.

Ad. i. Argumentu. q, distinctio forma-  
lis sufficit ad diuersa predicata.

Ad. 2. q, idem secundum diuersas ratio-  
nes formales potest esse permanens et  
successuum. sicut eadem res est actus  
et passus secundum diuersos modos reales

Ad. 3. q, motus ab hoc loco inferiori et i-  
dem realiter cum toto loco, et pars motus  
cum parte termini, nec sic ille motus est  
prior ipso termino.

Ad. 4. Rr q, idem potest manere secundum  
unam rationem, et non secundum aliam.  
sicut uedemus manere albedinem sine  
similitudine.

### caput. Tertium.

Probat Aristoteles in hoc capite q, motus  
est in mobilij. Est enim uel actus mo-  
bilis a mouente profectus. est autem  
in mobilij, uel per realem inheretiam, uel  
per realem conuenientiam sicut est mo-  
tus localis in mobilij. Idem autem motus  
realiter est actus et passus. sicut hęc duo for-  
maliter distinguantur // definitur etiam mo-  
tus ut sit actus potentia actus, et passus

Questio an motus a mobilij,  
realiter distinguat



quod non  
videtur quod sufficit ponere distinctionem  
formalem.

Ad hoc dubium quodam Respondenti non  
excitati de motu locali considerat enim (di-  
cum) quod sicut locus ad quem terminat dis-  
tinguitur realiter a mobili sic et ipse mo-  
tus. Sed cum terminus motus localis non sit  
sive locus uterque sed subij. successive in lo-  
co. dicendum est quod motus localis non est  
distinguitur realiter a mobili.

probabili-  
tatis -

motus vero alterationis et augmenta-  
tionis et diminutionis distinguitur realiter a  
mobili tum quod ad substantiam consi-  
derato (sunt enim accidentia identifica-  
ta cum suis terminis. qui a substantia  
mobilis realiter distinguntur) tum con-  
siderato quod ad quantitatem et qualita-  
tem ~~in mobili~~ preexistentem. quoniam  
quantitas et qualitas preexistentis distin-  
guuntur ab ea que de novo per motum acqui-  
ritur, et cum qua ~~idem~~ motus identificat.

in mobili  
liber

Ad argumentum ergo Respondenti non suff-  
ficere distinctionem formalem ut dictum  
est

capitulum quartum

quoniam affectiones entis naturalis sui  
sunt motus et tempus (ut pote species  
quantitatis) dicuntur finita aut infinita  
Aristoteles in hoc capite incipit agere  
de infinito. et querit an sit infinitum  
et probat dari infinitum. Primum quod tempus  
fuit ab eterno / 2<sup>o</sup> quod quocumque magnitu-  
do est divisibilis in infinitum. / et tertio  
quod materia ex qua per separationem sunt  
generationes que secundum ipsum sunt  
ab eterno) est infinita / 4<sup>o</sup> quod omne corpus  
vel



vel continetur ab alio et sic dicitur processus  
in infinitum, vel non continetur in eipsum  
tunc corpus ab alio non contentum est  
infinitum tanquam terminum non habens  
5. quod quod intellectus imaginatur  
dicitur vel habet fundamentum in natura  
sed intellectus imaginatur infinitum. etc.  
In secunda parte capitis proponit quinque  
acceptiones infiniti. prima enim dicitur  
negativa quod pertransiri non potest, quod  
impepertransibile est. sicut angelus, et finitum;  
ad quem modum vox dicitur invisibilis  
Secundo dicitur infinitum quod aptum  
est ut pertransiret pertransiri tamen non  
potest. qualis est linea infinita si daretur  
3. dicitur infinitum id quod difficile pertransiri  
potest. qualis est totus orbis terrarum.  
4. id quod pertransiri sed non habet finem  
sicut linea circularis. et tandem quinto  
dicitur infinitum quod in infinitum au-  
geri, aut minui potest per partes propor-  
tionales.

#### capitulum quintum.

In hoc per oppositionem probat Aristoteles  
non dari infinitum, et primo non dari se-  
paratum, quod illud esset quantitas, quan-  
titas autem non potest esse separata.  
Deinde probat nullum corpus esse infinitum  
quod si esset simplex cetera corpora in se con-  
tereret (esset enim infinitum a divinitate) mix-  
tum vero non potest esse infinitum ex ele-  
mentis quae finita sunt, et limitata / pro-  
bat



bat deinde non dari corpus infinitum con-  
 stans ex partibus similibus, neque ex parti-  
 bus dissimilibus. Et Denique probandum  
 dari corpus infinitum sensibile, quod si esset  
 grave moveretur ad centrum, si leuissimum  
 & sursum, moveretur quousque totum  
 daretur corpori infinito repugnat quod repleret  
 omnem locum, alias ad id etiam addu-  
 ce rationes, infra forte referendas. //

### Capitulum sextum

In hoc capite suam circa infinitum pro-  
 ponit sententiam, dicens posse dari infi-  
 nitum in potentia, non tamen in actu  
 Et ponit differentiam inter infinitum di-  
 uisibile in infinitas scilicet partes  
 proportionales, et inter infinitum additi-  
 ue, quod scilicet in infinitum augeri pro-  
 test. Et confirmat hanc sententiam  
 auctoritate Platonis diuersis verbis id  
 ipsum sententis.

### Capitulum septimum

In hoc capite antequam respondeat ad argu-  
 menta quae prius quae sunt partem as-  
 firmatiuam perstruebant, satis facit  
 posteriori quae sunt, quae patet quid  
 namsit infinitum, et non admittit de-  
 finitionem uegetarem dicentium esse id  
 cuius nihil est extra (id est cui nihil de-  
 est) hae enim definitio conuenit cuius  
 totum, quod cuius nihil est extra  
 rionibus ad suam perfectionem, et dicit  
 infinitum esse id a quo est aliquid extra  
 id est a quo sumpta aliqua quantitas.

Et non  
 equales  
 initer  
 tu ~



Semper restat aliqua acquirenda. De  
inde ait infinitum de se esse ignotum  
quippe quod habeat rationem materię  
determinabilis per formam, ac ex conse-  
quenti per illam cognoscitur. Et inde ad-  
dit infinitum habere rationem partis et  
esse quod imperfectum.

Hic caput Vltimum. ¶  
Hic Respondet ad argumenta que pro-  
posuit pro parte affirmativa prioris ques-  
tionis. Ad primum et secundum dicit  
tempus et quancumque magnitudinem  
esse infinita in potentia, non tamen in  
actu. Ad 3. q. Si et generationes sunt  
infinitę non tamen materia. qz genera-  
tio unus est corruptio alterius et in una  
materia possunt fieri plures generatio-  
nes. Ad 4. q. ultima sphaera non est  
corpore terminata, neqz ob id infinita  
si enim qz aliquid corpus non termina-  
t et alio est infinitum. corpus possit esse  
in vacuo esse infinitum. Ad 5. R. qz  
non quid quod imaginatur intellectus est  
aut esse potest.

~ Quæstio De infinito  
in articulos diuisa  
Articulus .i. utrum deus sit infinitus.  
Et videtur qz non qz infinitum ut dixit Aris-  
totelēs est quod imperfectum.  
2<sup>o</sup> quod ita est hic qz alibi est finitum  
secundum locum, et quod ita est tunc



q. non postea est finitum secundum tempus  
 sine hęc ergo deus quicquid est hęc essentia q. non  
 res ulla est finitum secundum essentiam  
 3<sup>o</sup> q. sic omnes res distarent a deo in infi-  
 nitum. et nulla esset perfectior vel imper-  
 fectior alia.

vltimo q. deus ut dicit Aristoteles. i me-  
 taphys. cap. 7. est mensura omnium subs-  
 tantiarum. mensura autem propor-  
 tionum debet ad rem mensuratam et ad ea  
 limitari

Sed his non obstantibus de fide tenendum  
 est deum esse infinitum iuxta illud psal-  
 mi, magnus dominus et laudabilis ni-  
 mis, et magnitudo eius non est finis  
 Hanc explicant theologi. in. 1. dist. 43  
 et eam probat diuus Thomas. 1. 2. q. 7  
 art. 1. et probat etiam argumentis  
 et satis probabilibus (in his enim rebus non  
 sunt petenda demonstrationes) appeti-  
 tus humanus non saturatur vel hęc finitum  
 saturatur autem deo. ergo deus est infinitus

Ad 1. argumentum. Et q. Aristoteles lo-  
 quitur de infinito in potentia. deus autem  
 est infinitus in actu secundum essentiam  
 Ad 2. q. concludit quando. h. Hic dicit  
 deum finitum. et h. Nunc. durationem fi-  
 nitam. et h. Hęc res essentiam finitā  
 de q. autem est hęc res scilicet infinita!!

Ad 3. q. etiam si creatura distaret a deo in  
 infinitum. vera distaret magis q. alia. sicut  
 et in opinione Aristotelis simius fuisse  
 ab



fuisse ab eterno hodie una dies magis  
distaret ab eternitate q̄ si eterna quam  
uis utraq; in infinitum distaret.

Ad. 4. Rr cum Sommate. 12. lib. meta  
q. 40 q̄ solum de ratione mensurę per  
repetitionem est q̄ si finita. non vero  
de ratione mensurę per virtutalem con-  
tinentiam.

Articulus. 2. Vtrum natura  
liter detur aliquares infinita:

¶ Unde q̄ sic. immo q̄ quęvis crea-  
tura habeat essentiam infinitam q̄  
essentię res consistunt in indivisibilib; ergo  
sunt carentes fine. et ex consequē-  
ti infinita. et probat q̄ nullus nisi pro-  
test assignari pars quę sit finis. nisi assign-  
net aliqua quę sit principium. quę sit  
signari non potest.

2. q̄ forma finit per materiam et ma-  
teria per formam. ut ait Divus Thomas  
1. p. q. 7. art. et alib; ergo altera sine al-  
tera erit infinita. " " "

3. q̄ si creata essentia non est infinita  
ex se aut ut ait Divus Thomas 1. p. q. 7  
art. 2. q̄ terminat per suam existentiam  
ergo ut inferit Scotus saltem in illo pro-  
te natura quę non terminat est infini-  
ta prius anim essentia q̄ existentia.

4. q̄ saltem iuxta Aristotelem tenentē  
mundum fuisse ab eterno processerunt  
infiniti homines. et infinita animę ra-  
tionales. quę cum sint immortales hodie  
erunt



erunt infinita. ergo iuxta Aristotelem dicitur naturaliter multitudo infinita.

5. probat idem quod saltem extensione quaecumque magnitudo est infinita cum habeat infinitas partes.

6. quod finitum, uel infinitum sunt passiones quantitatis ergo naturaliter dicitur infinitum, nec satis facies si dicas quod finitum uel infinitum facit propositionem disiunctiuam ac proinde sufficit alterum eorum uenire quantitati, nam pariteratione dicere possemus quod visibile uel non visibile est passio hominis.

7. quod in quacumque magnitudine datur infinita puncta, infinitae lineae et infinitae superficies.

In hac questione notandum quod infinitum si proprie sumatur significat negationem termini superioris, et connotat extensionem aliquam, siue latitudinem, ut uidetur docere Aristoteles capite 8. quamuis ibi loquitur agat de magnitudine formali et sensibili, quae extensio et latitudo siue formali et propria, qualis est ea quae reperitur in quantitate et qualitate habente gradus appellatur infinitum proprie a diu Thoma Durando, et Scoto. Si autem extensio magnitudo et latitudo sit metaphisica et virtualis, qualis est illa quae



perit in gradibus metaphysicis per //  
fectioribus essentialibus, et potentibus //  
seu virtutibus, appellat ab eisdem auc-  
toribus infinitum negative.

Secundo Notandum infinitum esse //  
se duplex scilicet adu sive cathego-  
rematice, et potentia sive sine catho-  
gorematice. infinitum adu est quod  
habet infinitas partes aequales unij  
tertiq non communicantes et simul ex-  
istentes. aequales intellige sive qu-  
antitative, sive perfectione graduum  
necessarij. Vnitertiq dicitur quod quic-  
cumqz quantitas habet infinitas par-  
tes proportionales, non tamen aequa-  
les uniterter, et similiter sunt com-  
municantes sive est habentes inter se  
mutuam dependentiam. et tandem  
dicitur simul existentes ut respiciant  
tempus et motus etiam si mundus fu-  
isset ab aeterno. haberent enim tunc in-  
finitas partes aequales uniterter, et non  
communicantes, sed non simul existen-

tes. Infinitum uero adu duplex  
est aliud quod habet infinitas partes  
quarum una est immediata alte-  
ri qualis esset infinita multitudo  
lapidum si daret. Aliud non hab-  
ens partes immediatas. N. g. ut quic-  
uis magnitudo habet infinita punc-  
ta, et infinitas lineas, et superficies  
et.



es. sed inter quolibet duo puncta medi  
 at linea. et inter quoslibet duas lineas  
 mediat superficies. et inter quoslibet  
 duas superficies mediat corpus.  
 infinitum uero potentia est id. quod ha  
 bet infinitas partes quocumque alio mo  
 do in infinitum assignabiles. triplici  
 ter autem eiusmodi infinitum potest  
 accipi. primum id quod sicut habent infi  
 nitas partes equales unitateque. in qua  
 men habet eas simul existentes ut te  
 pus et motus semper ab eterno. Secundo id quod in infinitas partes  
 diuidi potest. ut quocumque magnitud  
 que non in tot partes diuidi quin in  
 plures possit diuidi. et hoc est infinitum  
 diuisione. Tertio dicitur id quod non ta  
 tum augetur. quin magis augetur possit  
 ut magnitudo ignis si in infinitum  
 ei combustibilia addantur. et quocumque  
 numerus qui in infinitum appen  
 ditur. et propterea hoc dicitur infinitum  
 additione.

His sic positis sic prima conclusio nul  
 la creatura habet essentiam et perfec  
 tionem infinitam. sic est diu Thomae  
 Scoti. et plurimorum philosophorum. que  
 probatur. ex eo quod omnis creatura consti  
 tuitur sub aliquo determinato genere  
 et specie. Secundo quod omnis creatura  
 aut est composita ex materia et for  
 ma et sic limitata. aut est forma im  
 pleta ut angelus qui terminat per se  
 esse suam existentiam.  
 Ad. i. ergo argumentum Incontrari  
 um



um Respondet q, quolibet essentia  
quantitatis consistat in indivisibilibus  
habere aliquam latitudinem graduum  
essentialium, uel formalem, uel virtu-  
alem. quamuis alia ratione essentia  
re y dicantur infinita negative, sicut  
punctum dicitur infinitum, et uox dicitur  
inuisibilibus

Ad. 2. q, tantum inquit Dicitur Tho-  
mas formam habere aliquam infinita-  
tem secundum quid, cum qua scilicet sit  
infinita simpliciter. materia uero est  
infinita solum in potentia ad recipien-  
das infinitas formas successive.

Ad. 3. q, essentia angelorum finit et de-  
terminat secundum quid per suam ex-  
istentiam limitatam. simpliciter ta-  
men eius essentia est finita ut patet  
nasci ante existentiam. ut patet  
ex solutione primi argumenti.

Pro materia uero quarti argumē-  
ti sit Secunda conclusio. non dicitur  
naturaliter infinita multitudo rerum  
spiritualium, nec corporalium. quod  
ad primam partem patet quod angelorum et  
creaturarum spirituales non sunt produ-  
cibiles uiribus naturae. quod ad secun-  
dam uero probat quod non potest produci  
naturaliter maior multitudo rerum  
quae contineri in aethere possit, et  
solum autem corpus finitum, et limita-  
tum est.

Ad. argumentum igitur Respon-  
det. q, Aristoteles sibi manifeste respu-  
na



navit asserendo mundum & genera  
tiones fuisse ab eterno. et simul dice  
do mundum infinitum. & quod videbat  
Socrus repugnantiam de immortalita  
te animæ. ubi tamen, licet eam esse im  
mortalem asseruerit.

Ad difficultates vero reliquorum argu  
mentorum. hæc et sequentibus conclusio  
nibus Respondendum est.

Sic ergo tertia conclusio Nullum corpus  
physicum potest dari unius nature  
quod sit infinite extensum. probatur  
quod omne corpus physicum est mobile  
si autem esset infinitum versus nul  
lam partem moveri posset motu recto.  
Ut patet. neque circulari quousiam linea  
ducta a centro usque ad circumferentiam  
que magis distaret a centro magis  
distaret inter se. immo distarent in  
finitum et sic dum tale corpus move  
ret circulariter. Lineæ ductæ ad circum  
ferentiam alie pervenirent ad locum  
aliarum infinito inter se distantium in  
tempore finito. quod est impossibile.

4<sup>a</sup> conclusio infinitum actu potest esse  
in modo dicitur in re natura ut patet  
in infinito punctis, lineis, et superfi  
ciebus. que reperuntur in quolibet cor  
pore. nec ob id dantur infinita entia  
eius modi enim (similia nec partes  
integrales) non sunt entia simpliciter  
nec conveniunt dicere contra  
Sic quod quantitas palmæ esset æque  
magnitudinis. sicut cælum. cælum  
enim habet plures partes æquales un

^  
dato enim q. esset infi  
nitum versus orien  
tem. Vg. et non ver  
sus occidentem sed ad  
occidentem moveret  
desereret aliquam  
partem versus orien  
tem et sic illam non  
impleret nec maner  
et infinitum // -

tertium

5<sup>m</sup>







q<sup>d</sup> quacumq<sup>ue</sup> quantumcumq<sup>ue</sup> perfecta  
 creatura data deus perfectiorem potest  
 producere. ergo divina potentia transiit  
 tu donec producat infinitam perfectionem  
 et confirmat q<sup>d</sup> mundus potuit esse ab  
 æterno. et in singulis dieb<sup>us</sup> deus produca  
 re unum summum precedentib<sup>us</sup> per  
 fectionem. et ex consequenti hodie  
 die product<sup>us</sup> esset infinite perfectus.

2<sup>o</sup> q<sup>d</sup> si non posset esse q<sup>d</sup> talis creatu  
 ra æquaretur deo in perfectione. sed hoc  
 non sequitur. sicut neq<sup>ue</sup> sequitur. hęc mag  
 nitudo habet infinitas partes propor  
 tionales. ergo habet omnes.

et  
 haberet omnem  
 perfectionem.

3. q<sup>d</sup> libertas in agente non tollit app<sup>ro</sup>  
 prietatem totius virtutis ad agendum  
 ergo deus de facto libere agens producit  
 sua infinita virtute infinitam et  
 confirmat in creatione sibi educend<sup>is</sup>  
 res de nihilo infinitatem suę virtutis  
 ostentat

4<sup>o</sup> q<sup>d</sup> mediante unione partium con  
 servat deus infinitas partes propor  
 tionales ergo per seipsum potest illas con  
 servare. et producere.

5<sup>o</sup> q<sup>d</sup> in <sup>singulis partibus</sup> ~~quacumq<sup>ue</sup>~~ parte proportionalib<sup>us</sup>  
 huius hęc potest deus producere singulos  
 angelos. ergo infinite hęc erunt producti  
 infiniti. et confirmat q<sup>d</sup> in singulis  
 partib<sup>us</sup> huius hęc potest deus producere  
 singulas quantitates palmares. et in  
 fine hęc erit producta infinita quanti  
 tas. 6. q<sup>d</sup> tot deus potest facere in ins  
 tantis re<sup>rum</sup> permanentium. quod in tem  
 pore



potere successive. Sed successive potest  
efficere infinitum sive infinita est.  
Ultimo quod implicat dari albedinem  
aut licet infinita intensam.

Propter haec et alia argumenta Divi  
Thomae de Chama in 2. distinct. 1. et  
gregorius Ariminensis in 1. distinct.  
43 et gabriel ibidem arbitratur  
infinitum dari posse per divinam po-  
tentiam. Licet gabriel etiam opposi-  
tam opinionem esse probabilem ex-  
stimet.

Divus tamen Thomas 1. p. q. 7. et  
quod lib. 9. art. 1. tenet nec divini-  
nam potentiam posse dari infinitum  
et eandem sententiam sequitur Scotus  
in 2. distinct. 1. q. 3. et Bernardus et  
Divus Bonaventura in 1. distinct. 43.

ut clarus tamen quod sententiam  
sic proponimus. Sit Prima conclusio  
infinitum actus nec quoad essentiam  
neque quoad extensionem dari potest  
quod ex hoc probatur quod implicat contra-  
dictionem ut ex dictis colligi potest.

2<sup>a</sup> conclusio per divinam potentiam  
non potest dari multitudo infinita  
rerum corporalium. Probatur quod ex mul-  
titudine infinita potest fieri magnitu-  
do infinita.

3<sup>a</sup> conclusio non potest dari multi-  
tudo infinita rerum spiritualium.  
quales sunt angeli. haec ex hoc proba-  
tur quod si infiniti angeli applicarent  
se



se ad movendum aliquem lapidem //  
 talis lapis movere, et non movere /  
 e quod implicat. probat sequentia et  
 impium q. movere q. non posset es  
 se in instanti indivisus locus ac p  
 inde esse indivisus instantibz inter  
 quz mediare tempus, in quo fieret mo  
 tus. Deinde non movere ille lapis q  
 movere in non tempore. nam si  
 tus finita movet lapidem in tempore  
 virtus infinita in infinito angelus  
 moveret in non tempore, ac p  
 non movere, cum ad motum requi  
 rat necessarium tempus.

4<sup>a</sup> et ultima conclusio non potest  
 per divinam potentiam dari aliqua  
 qualitas infinite intensa. Probat  
 hęc conclusio. q. si daretur gravitas. N  
 g. infinite intensa. subiectum in quo  
 esse movere et non movere. sicut  
 diximus in precedenti de virtute move  
 re infinita. / et in alijs qualitatibz  
 daretur innumerabilis numerus gra  
 dum quantum ad intensivem. /

Ad. i. Argumentum q. cumqz dabit  
 creatura summe perfecta ascendendo  
 in gradibus perfectioribus, nec mirum  
 si quidem recedendo continuo  
 per partes proportionales dabit pars mi  
 nima. Dicit autem dei potentia ad  
 efficiendum infinita q. nunqz produ  
 ce effectum ita perfectum, quin perfec  
 tionem possit producere. / Ad confirm  
 tionem. Per cum dicitur Summa caput  
 6



Lo Hippalensi et Marsilio quille  
Sunt excedere homines preceden-  
tes diuisione, non collectiue. ut tunc  
esset infinite perfectus.

Ad. 2. Rr q. concludit suum intentu  
nec nos id affirmamus non dari in  
finitum, q. includeret omnem perfec-  
tionem.

Ad. 3. q. implicat deum applicare  
suam potentiam ad impossibile. et  
q. liber est ides non applicat. et non  
uult producere effectum impossibile.

Ad confirmationem Rr q. in creatio-  
ne non agit deus secundum suam poten-  
tiam infinitam. Sicut ne ait diuus-  
Thomas ex modo agendi in creatio-  
ne colligat esse in creatio-  
ne potentiam in-  
finitam agit enim in dependenter  
Lo supposito subiecto inuenisse et  
minenter omnem habere causa-  
tem + ex parte autem effectus infini-  
dat repugnancia, ne a virtute infini-  
ta deus possit produci.

Ad. 4. Rr q. ex conseruatione partium  
separatarum sequeretur manifesta impo-  
sibilitas. essent enim partes diuisibiles.  
q. partes. et essent indiuisibiles alias  
non essent omnes partes separatae.

Ad. 5. q. non possunt creari singula  
q. in singulis partibus proportionali-  
bus collectiue sumptis. sed in singulis di-  
uisiue. ob implicationem quam impor-  
tat. Hoc autem esse impossibile et im-  
plicare ex eo deducitur. q. si supponamus  
deum



deum in omnibus partibus paribus anni  
 simul angelos. et in omnibus imparibus  
 eos creare. N. q. in prima parte creare  
 unum angelum. et in secunda anni  
 simul illum. et in tertia creare alium  
 et in quarta annihilare illum. Seque  
 ritur aliquem angelum in fine huius esse  
 et non esse. quod implicat. probat se  
 quella q. si dicas esse das in aliqua  
 parte impari ita angelum fuisse crea  
 tum. ut non fuerit in parte annuila  
 tus; quod nullo modo est dicendum  
 sequidem versus finem huius nulla da  
 tur pars impar quindecim alia par; si  
 vero dicas angelum in fine huius non  
 esse ergo datur in fine huius aliqua pars  
 par in qua angelus fuerit annihilatus  
 post quam non sequat alia impar in qua  
 angelus fuerit creatus.

Ad. 6. dicendum q. quamcumque multitu  
 dinem designatam reze permanentium  
 quam deus successiva potest producere  
 potest etiam producere in instanti. no  
 tamen potest producere in instanti col  
 lectionem omnium reze. que possunt  
 produci ab ipso. huiusmodi enim est  
 lectus est infinita in potentia. et non  
 potest reduci ad actum. implicac enim  
 potentia autem deus infinita nihil omni  
 nus dicit q. nunquam tot producit quan  
 plura producere possit. sed dari infini  
 tum actu productum est impossibile.

Sed iam. 4<sup>o</sup> dubitatur de  
 cognitione infiniti

et



125  
Circa hoc notandum primum, quod infinitum potest sumi vel formaliter prout subiectum dicitur negationem finis vel materialiter prout requiritur in finita.

Secundo notandum quod cognitio est duplex scilicet distincta, quae habet per primum conceptum rei, et confusa quae per talem conceptum non habet sed per conceptum alterius quod in recognita includit, sicut cognoscit letus per conceptum hominis, et Deus cognitus distincta alia est comprehensiva qua res secundum se totam simul cognoscit, et alia successiva quae habet de re cognoscendo eam partem post partem.

Non ergo loquimur de cognitione infiniti formaliter, nam sic bene cognoscitur a nobis, ut cumque cognitio forma negata, sed loquimur de cognitione infiniti materialiter et utrum possit a nobis cognosci distincte nam cognitione confusa cognoscitur infinita in diuina cognitione. Similiter in communi loquendo igitur primum de diuina cognitione.

est Dubium utrum Deus cognoscit infinitum distincte?  
Ad quod hac unica conclusione Respondeo, intellectus diuinus cognoscit infinitum cognitione comprehensiva  
900



non autem successiva. posteriora pars  
patet quod si deus aliquod cognosceret  
successive acquireret deus aliqua  
cognitionem. Priora pars probatur  
quod daret aliam aliquam, quod eius infi-  
nitam scientiam subterfugeret.

Deinde quod medium per quod deus intel-  
ligit scilicet divina essentia est infini-  
tum. et ex eo quod illud cognoscit nulla  
sequitur repugnantia.

Sed Arguet quispiam contrarium. quod  
si deus cognosceret omnes partes con-  
tinui sequeretur eas esse divisibiles  
et indivisibiles quod implicat. ergo  
probat sequentia. quod si cognoscitur  
partes debent cognosci ut divisibiles  
et si cognoscuntur omnes cognoscuntur  
indivisibiles. alias iam non omnes.

¶ Quod continuum non potest dividi  
in omnem suam partem. ergo neque quod  
ad omnem suam partem cognoscitur.  
et probatur ut primum. quod si essent  
divisibiles et indivisibiles.

Respondet tamen ad primum horum  
quod deus cognoscit partes continui ut  
ipsae sunt scilicet ut divisibiles  
in infinitum per partes propor-  
tionales.

Ad 2. d. quod aliter se habent par-  
tes cum dividuntur ac quando cognos-  
cuntur. cum enim dividit linea illa  
totalitas desinit esse. et similiter di-  
vidua pars cum in quartas dessecat.  
et sic non potest continuum in omne  
sui



esse

Sui partem divisum qz ad indivisi-  
bile deveniri non potest. cum autem  
partes continue cognoscunt non cor-  
rumpunt. nec desinunt esse ac pro-  
inde cognoscunt omnes divisibiles  
qz si istas cognitionem infiniti termi-  
nandam esse ad ultimas partes eius  
easqz esse indivisibiles si sunt ultime  
Rz cognitionem de terminari ad par-  
tes ultimas non qz in continuo de-  
partes ultime. sed qz nulla est pars  
in continuo, que a deo non cognoscatur

Sed queres An intellectus crea-  
tus possit cognoscere infinitum?  
et probat pars affirmativa primo sic  
primo. qz partes infinite continue per-  
transcunt in tempore finito ergo pos-  
sunt cognosci ab intellectu creato  
in tempore etiam finito.

permo  
tunc lo  
calam

Et qz si mundus fuisse ab eterno  
angelus ab eterno creatus nunc cog-  
nosceret infinitos dies  
Sed tamen prima conclusio intellec-  
tus creatus sua sola virtute non po-  
test cognoscere cognitionem impie  
sua infinitum. dicimus sola sua vir-  
tute nam virtute supernaturali ani-  
ma Christi cognovit infinita in divina  
essentia. quamvis eius anima. intell-  
ectus et lumen glorie, quo corrobor-  
bat ad divinam visionem essent finiti-  
ta. ut ait. dicitur Thomas 3. p. q. 13.  
ar. 3.



1. mt. 3. et Capriculus in. 3. dist. 14. q. 2  
 et alij quid gradus scilicet in. 3. dist. 14.  
 et probat conclusio quod inter obiecta  
 non est potentiam est danda proportio  
 et confirmat quod pluribus intentus minor  
 est ad singula sensus. ergo ad infiniti  
 ta nihil omnino valebit. /

Deinde quod Aristoteles ex eo probavit  
 contra Anaxagoram principia rerum  
 naturalium esse infinita. quod non possent  
 cognosci

2<sup>a</sup> conclusio intellectus creatus non  
 potest cognoscere infinitum successi-  
 ve in tempore finito, posset tamen  
 in tempore infinito. Posterius pars  
 probatur argumentis secundis intro-  
 duco proposito. Priori probat quod infi-  
 nitae intellectiones creatae terminantur  
 et in tempore finito. N. q. unius horae  
 diei est. unde quod intellectus partem  
 post partem intelligendo absolueret  
 ipsum infinitum, quod esse non potest.

Ad. Primum argumentum R. q. in  
 finibus partes per se transeunt  
 et per accidens ad transitum totius  
 quod revera finitum est. et terminatio  
 venit quod per accidens infinitum per  
 transeatur nec quod ad cognitionem to-  
 tius etiam infinitae illae partes cognoscere  
 ceant. non tamen cognoscere possunt  
 cognitione per se ad ipsas terminata  
 Ad. 2. compatu ex dictis ~ // ~







# Annotationes Pro 4 Libris Physicorum.

Dixerat Aristoteles in his libris pre-  
cedentibus se actuum debere tempore  
et uacuo. quoniam eorum cognitio ad  
cognitionem motus est necessaria.  
Et propterea de his in hoc quarto li-  
bro disputat. cuius rei aliarum res  
de potest minimum. q. cum egerit in  
libro precedenti de affectionibus in-  
trinsecis entis mobilis motus scilicet  
et infinito. in hoc quarto agendum  
erat de affectionibus extrinsecis e-  
iusdem entis mobilis scilicet debere  
tempore et uacuo. que extrinsecas sunt  
ipsi. Neque contra hoc facit q. tempus  
denominat intrinsece primam sphaeram  
et q. motus localis ut quibusdamp-  
lae denominat extrinsece mobile  
nam praeter primam sphaeram exter-  
res que temporarie dicuntur extrin-  
sece denominant. et dabo q. motus lo-  
calis denominat extrinsece alij mo-  
tus ut alteratio, augmentatio etc.  
denominant intrinsece. . 1.

## capitulum primum.

In hoc capite multis rationibus, ut  
et utroque allatis probat Aristoteles  
dari locum in reynatura. Primum  
ergo probat q. datur. q. datur receptacula  
ad que res motuere esse recipiant.  
2<sup>o</sup> q. datur id in quo res conseruantur



insu esse et qualitatibus ut terra  
deorsum. et ignis sursum locussine  
dubio dicendus est.

Docet autem insus probationibus sex  
esse species scilicet ante. et retro  
sursum. et deorsum. dextrum et sinis-  
trum. quas omnes interse differre ostē-  
dit non solum mathematice. Respectu  
nostri. sed et physice ex natura sua  
quod minimum habent qualitates diue-  
sas conservativas rerum naturalium.

3<sup>o</sup> probat dandum quod  
res putarentur dari vacuum. ac va-  
cuum locus et carens corpore aptus  
tamen repley.

Deinde negativam partem primo sic  
probat. quod si daretur locus. vel esset cor-  
pus. vel non. non est corpus quod sit corpus  
scilicet locatum esse in corpore et per-  
tinetive neque est alterius naturae a  
corpore. quod debet habere tamen dime-  
sionem sicut eam habet res locata.

Secundo. quod daretur corpus correspondens  
loco. daretur etiam corpus correspondens  
lineae et puncto. et ex consequenti-  
cum locus et locatum debeant esse  
equalia. corpus et punctum essent et  
equalia quod esse nullo modo potest.  
cum punctum quod est indivisibile  
non possit esse equalis vel iniqua.  
Tertio locus si daretur esset causa rei lo-  
catae. ac non apparet quid in re locata  
cau

si  
at su  
per fi  
cey



causare possit. / Demde q̄ locus esset  
in loco et daretur processus in infinitum  
Postremo q̄ si daretur locus sequeret̄  
q̄ cresceret res locata cresceret locus  
quod non videtur dicendum.

### Capitulum secundum

In hoc postq̄ discussit Aristoteles  
an locus sit examinatur quid sit. et  
dicitur locus quidam esse propria. quorū  
dam vero communia sicut per aliud. pro  
pria sunt quae primo et adaequate con  
tinent rem locatam. loca vero commu  
nia quae nec primo neq̄ adaequate con  
tinent sicut velum respectu cuiuslibet  
aeris. quam nec primo nec immedia  
te continent. sed mediante alio. neq̄  
adaequate continent multas alias  
res. loca deniq̄ per aliud. ut distin  
guuntur contra communia sunt quae  
et adaequate continent rem aliquā  
non tamen immediate ipsam conti  
nent. sicut aer continens huc corpus  
continet illud mediante sua superfi  
cie. / Deinde quaedam addit de disputati  
onis gratia. et dicit q̄ superficies ulti  
ma continens habet rationem formae  
q̄ terminat locatum. et quodam mo  
do etiam habet rationem materiae  
q̄ terminat a spacio contento / et ad  
iungit q̄ locus nec habet rationem for  
mae nec materiae. q̄ separato loco a re  
locata adhuc manet ipsa res. / et de  
inde q̄ materia et forma extra rem  
quam componunt nihil sunt. et lo  
cus



eius a re locata separatq; suum esse  
Sabet / Tertio quod ad materiam non fit  
motus localis sicut fit ad locum / quar-  
to quod cum materia et forma sint in lo-  
co, locus diceret esse in loco / Ultimo  
quod corrupta re locata corrumpit eius  
materia et forma, non tamen corrumpit  
locus in quo est

### caput Tertium.

expositurus an aliquid possit esse in  
se ipso. dicit Aristoteles octo modis pos-  
se aliquid esse in alio. Primo ut pars  
in suo toto. Secundo ut totum in suis  
partibus. Tertio ut species in suo genere  
quarto ut genus in suis speciebus. quin-  
to sicut forma in suo subiecto siue sit  
substantialis, siue accidentalis. sex-  
to modo ut effectus in sua causa, et  
Septimo ut appetitus in suo fine, et  
tandem octavo sicut aqua est in va-  
se, et quicquid res locata in suo loco.  
qui omnes modi his capitulis con-  
prehenduntur. insunt pars totum  
species, genus et calor ignis / est rex  
in regno, res in fine. Et quod locatum.  
deinde inquit Philosophus duobus  
modis aliquid esse in alio. scilicet  
primario et per se, et alio modo secun-  
dario et per accidens, et ex his statu-  
it duas conclusiones, quarum prima  
est per accidens et secundario aliquid  
potest esse in se ipso, quod probat ex  
empho sumpto in vinea doli. siue est  
in aggregato in doli et in quo quod



in ipso continetur. dicitur enim vni de  
 sum esse in se ipso. quod secundum vni  
 quod est vna eius pars. et indolis qu  
 od est altera pars ipsius.  
 Secunda conclusio nihil potest esse in  
 se ipso primario et perse. hęc probat  
 quod nihil potest esse in se ipso. cuius ex  
 modis supra dictis.  
 Ex his Respondet ad quintam ratione  
 que continetur capite primo qua teno  
 probabat nondum locum. Dicendum e  
 rum est quod locus non est in alio loco sed  
 est in alio tanquam in subiecto. ac proin  
 de nondum processus in infinitum.  
 Respondet etiam quodammodo proposita  
 capite precedenti. Dicendo locum non  
 esse materiam aut formam. quia mate  
 ria et forma sunt intrinsecę et ex ip  
 sis composita. locus vero est extrinse  
 cus rei locatę.

#### caput quartum.

In hoc capite ut definitionem loci est  
 legat aduertit in primis quod locus est  
 linea locatum et est extrinsecus. et est  
 æqualis locato. hęc intellige quod ad su  
 perficiem concavam. nam quod ad conue  
 xam continens semper est maius con  
 tento / neque hęc est contra mathemati  
 cas asserentes supra idem centrum non  
 posse describi duas lineas æquales hęc  
 enim intelligit de lineis eiusdem cor  
 poris quod inter utramque lineam mediat  
 superficies. non uero sic si lineę sint di  
 versorum corporum / Ponit etiam ter  
 tiam



triam loci propriam non deseri  
ab omni corpore. Sicut deservat aqua  
liber sigillatim sumpto. et inde est  
quoddam vacuum. quarta proprie  
tas loci est q. omnis locus sit sursum  
vel deorsum. ubi loquitur Aristoteles  
de loco gravium et levium / et de  
neg. quintam loci proprietatem dicit  
esse q. unaquodq. res inducat ad lo-  
cum sue naturae et conservationi  
accommodatum.

Deinde pro loci cognitione docet. esse  
tres species motus immutere per mo-  
tum localem. et immutere locum ip-  
sum. quippe cum motus localis sit o-  
mnium primus. et addit motum  
localem esse triplicem. nimirum lo-  
tionem, accretionem, et decretionem.  
Sicut accretio et decretio improprie  
et velut erronee dicitur motus  
locales, q. scilicet quando aliquid  
accrescit, vel decrescit acquirit ma-  
iorem, vel minorem locum.

Secundo docet q. eorum quae moventur  
quaedam moventur per se ut compo-  
sita naturalia: quaedam vero moventur  
per accidens. ut partes ipsorum com-  
positorum. et eorum accidentia.

Tertio docet locorum quaedam esse  
propria. quaedam vero communia. et q. ea  
quae sunt aequalia locatis debent esse  
loca propria. et non communia.

quarto docet q. quando continentia  
continua sunt ad invicem divisa. ut p.



g. se habet membrana oculi cumq  
 teris partibz ipsius oculi. contentum  
 est in continente tanqz pars in suo to  
 to. sive w continent et contentum sunt  
 ad invicem diuisa. contentum est in co  
 tinente. hoc est in ultimo primo contine  
 tis tanqz in loco. in ultimo intellige  
 respectu sui. et primo respectu contenti  
 sive locati

Hic ita positis probat Aristoteles locum  
 esse superficiem qz neqz est forma. neqz  
 materia. neqz interualum occupatum  
 a corpore sive trina dimensio ut ueteres  
 quidam putauerunt sic enim daret pene  
 tratio corporz. et infinita loca cum ibi  
 essent infinite partes

colligitur ergo talis locus definitio lo  
 cus est finis sive superficies corporis  
 continentis prima et immobilis. per  
 ly extrema rediunt superficies inter  
 mediz inter concauam et conuexam  
 per ly prima rediunt superficies conue  
 xa. et rediunt etiam locus communis  
 per ly (deniqz) immobilis rediunt o  
 mnis superficies que mouet. qualiter  
 superficies aquz. qua uehit nauis per  
 fluminem uel per mare, qz locus debet  
 esse immobilis ut infra explicabimus

caput quintum.

In hoc capite docet Aristoteles quena  
 sint ea que sunt in loco. et Respondet  
 argumentis. quibus primo capite pro  
 bant non dari locum. et alia quoda  
 addit. illud ergo corpus est in loco ex  
 tra quod dat aliud in quo continet. su  
 pre

ultima  
 ue extre  
 ra  
 que  
 motu  
 a lo  
 to qz  
 is loqz  
 on sit  
 meang  
 d pla  
 nis -



250  
suprema autem sphaera dicitur esse in loco  
ratione suarum partium. et partes  
alicuius continui dicuntur esse in loco  
potentia. quod si dividantur erunt in loco  
actu. Suprema igitur sphaera est in loco  
per accidens ratione suarum partium  
et in potentia. Ad. 1.

scilicet punctum  
linea

Ad argumenta. R. quod non dicitur spacium  
illud tunc dimensionis / Ad. 2. quod  
sicut tangit in loco / Ad. 3. quod locus non est  
substantia ac proinde nec corporeum  
nec incorporeum elementum / Ad. 4.  
quod non est necesse locum esse causam  
locati / Ad. 5. quod locus est in alio non  
tangit in loco. Sed tangit in subiecto in  
hessione / Ad. 6. quod locus non accies  
cit ut res locata per intrinsecam  
sed per accidens. et per iuxta positionem  
quod non est inveniendum.

Denique dicitur quod unumquodque corpus  
naturaliter movetur et conuincitur  
suo loco naturali. quod ibi sunt quatuor  
causes quibus suis esse conseruatur.  
dicitur etiam unam partem eiusdem  
elementi non agere in aliam si sint  
ad invicem continuatae. nisi forte al  
tera sit extra naturalem dispositio  
nem. bene tamen si sint continua  
tae et diuise / et tandem addit quod  
corpus unumquodque quiescit in suo  
loco naturali. quoniam scilicet se resp  
ectu eius. sicut pars respectu subiecti  
in quo existit.

ut.



Ut igitur breuiter recapitulemus quae  
 de hoc dicta sunt. Locus est in re  
 natura. cuius proprietates principales  
 sunt quae continentur in loco etiam cum sit  
 extrinsecum illi. quae sit ille et qualis. et  
 tamen esse uacuum uel plenum. et diui-  
 die in commune et proprium. eius autem  
 definitio est quae sit ultima superficies cor-  
 poris continentis prima et immobilis.  
 et denique ea dicuntur esse in loco extra  
 quae sunt alia corpora a quibus contine-  
 antur. et quidem suprema sphaera est in  
 loco per accidens. et ratione suae parti-  
 cum.

Quaestio. Prima An De loco. Articulus  
 definitio loci sit recte assigna-  
 tus primus  
 et uideatur quod non quod consideratio sua  
 pertinet ad mathematicum et  
 si locus est superficies non pertinet ad  
 re de eo ad philosophum naturalem  
 2<sup>o</sup> quod importat relationem ad contentum  
 ergo male definitur per relationem quae  
 est quid absolutum.  
 3<sup>o</sup> quod quod si quis quid acquireret nouam  
 superficiem acquireret nouum locum  
 et ex consequenti moreretur. Locum  
 quod est falsum. ut constat cum sphae-  
 ras stans acquirat nouas aere superfi-  
 cies uento compulsas  
 4<sup>o</sup> quod similiter cum lapis partim est in  
 aqua et partim in aere diceretur esse in  
 diuersis locis quod in diuersis superficie  
 6<sup>o</sup> quod tamen non uideatur concedendum  
 ultimum. quod quaeque superficies est mo-  
 bilis



bilis ergo definitio est male assigna  
Pro huius notitia notandum qd <sup>(ta</sup>  
eius potest sumi uel pro situ partium  
in toto. ut caput est in supremo loco  
hominis: Secundo sumit pro corpore  
continente. Sicut terra dicitur locus a  
que: Tertio pro ultima superficie corpo  
ris continentis prescindendo a quacum  
qz qualitate quam habere potest: Et  
quarto deniqz modo accipit pro super  
ficie corporis continentis. Habent eerte  
as qualitates; quo pacto locus dicitur na  
turalis uel non naturalis. cum ergo A  
ristoteles hic agat de loco qui est passio  
entis naturalis disputat de loco quar  
to modo accepto.

etiam Sextus tenet locum formaliter  
supponere pro relatione continentis  
ad contentum. Plures uero ex Thomistis  
pro ipsa superficie quod probant tum qd  
si daretur uacuum superficies ambiens il  
lum esset locus. et tamen nil contineret.  
tum qd Aristoteles locum semper superfi  
ciem appellat. Sed primarius et formalis  
est pro superficie supponere tenendum  
est. Secundarius uero et ueluti comita  
rius pro ipsa relatione ad locatum. seu  
continentis ad contentum; ut cetera re  
latiua secundum dicitur.

Deinde Notandum qd preter id qd locus di  
citur ea ratione qua constituitur predicam  
entium ubiqz. Sicut etiam quamdam im  
bilitatem annexam ea ratione qua in



seruiat motui localis. nam patet aliquo  
 res acquirere diuersa vbi. hoc est di  
 uersas superficies denominantes ex  
 luce sine q. moueat localiter. ut pa  
 tet in domo que flammis accendit  
 uersas superficies sine q. ipsa motu  
 e localiter habet igitur locus immobilita  
 tem annexam ea ratione quae in seruiat  
 motui localis in quantum superficies rea  
 lis dicitur ordinem ad imaginariam ad  
 centrum mundi et polos orbis.

Pro cuius intelligentia. Secundo est q.  
 in toto orbe datur spacium quoddam ima  
 ginarium. quod a dextra ipsius or  
 bem diffundit. in quo fingenda sunt quae  
 ea sunt et superficies imaginaria res  
 pendens a punctis lineis et superficie  
 bus realibus. spacium autem istud nihil  
 aliud est q. figura quaedam que non  
 repugnat ad corpora recipienda.

Ad. i. ergo argumentum. P. q. superfi  
 cies pertinet ad mathematicas secun  
 dum q. abstracta a materia sensibilibus. id  
 est sine quantitatibus sensibilibus. cum  
 res pertinet ad philosophum naturalem

Ad. 2. patet ex dictis / Ad. 3. concedi po  
 test in eo casu acquiri diuersa vbi. sed no  
 loca determinata motui localis / Ad. 4. de  
 in lapidem esse in uno loco nam quae sunt  
 multa in uno genere sunt unum in alio  
 ut multi lapides una domus. et sic de  
 superficies sunt unus locus.

Ad. 5. q. procedit de superficiebus sine or  
 dine ad dictum locum imaginarium que  
 patet bene sunt mobiles per accidens

Ar



## Articulus. 2. Utrum locus

Sit species quantitatis? //

Antiqui quidam tenuerunt q. sic esse scilicet corpus tunc dimensionis distincte tamen specie et natura, ut linea superficie et corpore. improbabiliter tamen ex Recentioribus multi incurrantur affirmant locum esse speciem peculiariter quantitatis pro superficie sumptam et probant primo ex Aristotele in capite de quantitate | 2<sup>o</sup> q. locus dicitur pro parte equalis, aut inequalis | 3<sup>o</sup> q. est divisibilis in ea que insunt.

Averroes vero Commentator. 5. metaph. c. 13. et Sextus. et Antonius Ardicus et Boetius. cap. de quantitate. et alij plurimi auctores quorum nobis auctoritas opinio existimant locum non esse speciem quantitatis a superficie distinctam que probat primo quoniam Aristoteles 5. metaphysice enumerans species quantitatis ex propria sententia in illa locum mentionem facit. deinde quod similiter tempus pro se extrinsece denominatur rem temporariam constituitur aliam speciem quantitatis. ab ea quam constituit pro se denominat intrinsece. que enim maior est ratio in superficie intrinsece subiectum. et extrinsece rem locatam denominat? Ultimo quod sic non esse per se motus ad tria predicamenta cum motus ad locum sub quantitate comprehendere. et non esse distinctus ad ubi

Sane



Sane sententiam uidee sequi diuis  
 Thomas. ii. meta. lect. 9. ec. 2. sent  
 dist. 12. art. ult. ad 2. et alibi.  
 q. si in presentibus quando q. contrari-  
 um sentire uidet loquitur sicut et  
 Aristoteles in predicamentis iuxta  
 eorum philosophorum sententiam. et  
 sic Respondet ad primum argumen-  
 tum. dicitur. 5. metaphys. Epit. 13.  
 nullam locum in se habet

Ad. 2. R. q. locus dicitur equalis uel in-  
 equalis secundum q. identitatem uel  
 superficiem. et similiter R. ad. 3.

Quaestio. 2. De His quae  
 sunt in loco. 11.

Articulus Primus Utrum quoduis  
 elementum uideat sibi specia-  
 lem locum naturalem.

Aristoteles. cap. 5. huius libri asserit lo-  
 cum naturalem terrae esse superficiem  
 concavam aquae. et locum aquae super-  
 ficem concavam aeris. et aeris conca-  
 uam superficiem ignis. et tandem locum  
 ignis superficiem concavam coeli sunt  
 sed contra hoc arguitur primo. q. quocum-  
 que pars aquae et quaecumque pars terrae ter-  
 runt ad centrum terrae. neque sustinet illuc  
 usque impedimentis cessante. et uisum  
 est ex Aristotele ad calcem capitis quarti dicitur  
 infra centrum mundi esse locum ad quem  
 grauia mouentur.  
 2. q. ignis etiam continetur in superficie



275  
convexa aeris. et maxima pars aquae  
continetur in cavernis terrae.

Postremo quod superficies convexa ignis  
potius habet vim corruptivam quam  
servativam aeris. ergo non est convexa  
naturalis ipsius.

Notandum primum quod deus omnia disposuit  
ut in ordine numeris et mensura iustitia  
sive sapientiae. ut esse velis supremam  
assignavit locum tanquam digniori. ter-  
ra vero inferiorem. et sic cuius elemen-  
ta iuxta dignitatem suam naturae.

Secundo notandum quod velum influat in  
omnia elementa aliter tamen et aliter  
iuxta suas dignitates et approximatio-  
nem ad velum ipsum. etenim crassiora  
et imperfectiora elementa quae magis  
remota sunt a velo commodius influentias  
sibi convenientes recipiunt. et inde est  
quod singulae partes terrae certum per quod  
veniunt. et partes aquae ad superficiem ter-  
rae convexam terrae. unde colligitur  
locus naturalis uniuscuiusque elementi  
non solum est superficies convexa ele-  
menti aut corporis superioris. sed etiam  
illa intercapedo quae est inter superfi-  
ciem corporis superioris. et convexam inferiorem  
vixit.

tamenque constat quomodo ex ordine uni-  
versi colligat elementorum dispositio.  
Incommoda Item plerumque alias sequere  
et nam si aliter elementa essent collo-  
cata. contraria erant sibi ratione dicere  
qualitatum (N.g. si ignis esset iuxta a-  
quam



quam ac proinde non passerent rationem /  
de conservari / Et si infra terram esset  
aliud elementum. cœli influxus ad il-  
lud ob terrę opacitatem impediretur.  
unde constat quod stelle diuinitus graua  
sub leuibus condita et constituta fuerint

Ad 1. ergo Argumentum R. quoniam  
quod partem aque non moueri ad centrum  
terre. sed ad superficiem conuexam ipsius  
quod accommodatus in aqua in fluuio  
Iun. Singulę uero terre partes ob eam-  
dem causam ad centrum terre tendunt

Ad confirmationem. R. Aristotelem ex  
ueterum opinione dixisse centrum esse  
locum infra. ex propria enim sententia  
loquens solum dixit centrum esse infra

Ad 2. q. attenda sola elementorum na-  
tura tota terra aquis cooperiri debuerat  
aliter tamen disposuit natura auctrix  
propter hominum. et animalium conser-  
uationem

Ad 3. q. unumquodque elementum in  
una tantum qualitate contrariatur alteri  
aquis continetur et non induitur. et ob id  
et quod est in ea distantia in qua ~~maxime~~  
accommodatus influentias uel recipit  
melius conseruatur.

## Articulus. 2. Vtrum angelus sint in loco?

quoniam Sicut modo disputatis altissime  
posuit indaginem quantum physica patitur  
inquisitis breuiter (suppositis his que  
diximus in predicamento. Vbi) Responde  
mus



mus uelcum Schola dicit Thomae . 1 . p .  
q . 52 art . 1 . q . angelus est in loco diffini-  
tue (totus scilicet hinc taliter q . rationali;  
et totus in toto loco . et totus in qualibet  
parte) per suam operationem uel appli-  
caturam uirtutis angelicæ ad operationem  
tantiq . per rationem formalem in loco ex-  
istendi . quemadmodum corpus natura-  
le est in loco ratione quantitatis me-  
diante qua adqueat locum .  
uel Resp . videbimus eum Sexto in . 2 .  
sent . dist . 2 . q . Angelus est in loco dif-  
finitive per suam essentiam . que limita-  
ta est ad essendum . hinc . et non ubiq .  
taliter q . eius operatio uel applicatio  
uirtutis consistit ratio existendi in loco  
nam in casu quo uel a deo . uel ab aliis  
angelis detinetur . ne in operationem pro-  
rumpere ad huc esset in loco .

### Articulus . 3 . Vtrum ultima sphaera sit in loco . ?

Aristoteles primum mobile existimauit  
esse supremam sphaeram . quam esse in lo-  
co dixit per accidens et ratione suarum  
partium . Sed nos de suprema sphaera (que  
in rei ueritate primum mobile non est)  
querimus an sit in loco .  
Et uidet . q . sic q . prestantius est esse in loco  
actu q . in potentia . ergo istemodus existen-  
di in loco debet prestantissimo corpori . qua-  
le est prima sphaera !

2<sup>o</sup> q . secundum omnes suas partes iuxta  
Aristotelem prima sphaera mouet locali-  
ter .



ter. ergo secundum omnes perse, et non in  
 potentia sua per accidens est in loco.  
 Sed Respondemus breuiter q. suprema spha  
 ra quantum ad superficiem conuexam  
 est in loco per accidens ratione suarum par  
 tium. quae si diuiderentur, aliae in aliarum  
 superficie tanq. in loco remanerent, At  
 quantum ad superficiem concauam se  
 cundum quam mouet localiter in loco  
 est. scilicet in superficie inferioris sphaerae  
 et ex hoc Respondet ad primum argumē  
 tum. et q. talis modus existendi et non  
 existendi in loco potius attestat perfectio  
 in prima sphaera. Similiter ad 2<sup>m</sup>.

De Vacuo

^  
 In capite quinto usq. ad nonum Aristo  
 teles de uacuo disputatur. in 6<sup>o</sup> ergo ca  
 pite probat dari uacuum in rebus natura  
 quibusdam argumentis, quibus respon  
 det in capite septimo. positis aliquibus de  
 finitionibus uacui. inter quas illam ex pro  
 pria sententia proponit. scilicet uacuum  
 est longiorum corpore aptus tamen ut res  
 pleat. In 8. uero et nono capite probat  
 in rebus natura non dari uacuum. cuius  
 argumenta pro utraque parte adducta in qu  
 estionibus referemus.

intelli  
 ge

Primo igitur quaeritur. Vtrum pos  
 sit dari uacuum in rebus natura?  
 Et uidee q. sic quibus cum corpora mouentur  
 uacuo penetratio corporis super plenum mouere  
 tur. / 2<sup>o</sup> q. cum cera. N. g. condensat rebus  
 Sic ad minus rem locum. Hoc autem fieri non potest  
 set

Lique  
 facta



Sed nisi in ipsa cera darentur aliqua loca  
uacua ad quae partes sese recuperent.

3<sup>o</sup> quod augmentatio in animalibus suscepto  
alimento intra poros eorum ergo an-  
te susceptionem alimenti porae erant ua-  
cuae necesse est porum penetratio.

4<sup>o</sup> quod uas plenum cinere praesertim calido  
tantum recipit aquae quantum sine cin-  
ere recuperet. ergo in tali uase dantur loca  
uacua.

5<sup>o</sup> quod si uas plenum aqua calida obstru-  
cto ore ponatur in loco frigido aqua con-  
densabitur. ac reducet ad minorem locum  
ergo dabit uacuum reliquum.

6<sup>o</sup> sumatur tabula perfecte plana super  
ponaturque alteri tabulae perfecte etiam  
planae. et simul leuetur ab ea. tunc a-  
er ex lateribus non poterit moueri in  
instanti ut patet ad occupandum me-  
dium tabulae. ergo quantum mouebit  
dabit uacuum.

Notandum quod questio non procedit de  
potentia dei absoluta. constat enim quod  
se deum quod quod locus continet amitti  
loco loco manente. sed quod quod quod  
uacuum uiribus naturae queat.

Secundo notandum est quod uacuum est  
locus carens corpore aptus tamen na-  
turaliter repleari. dicimus naturaliter  
quod illud spacium quod est extra coelum  
uacuum non dicitur quod naturaliter re-  
pleri non potest. Tertio notandum quod

Sicut







ab his alijs, quousq; minuat illa vis que  
impellit aquam. // //

Ad. 2. q. in condensatione expelluntur  
partes quedam subtiliores. et sic fit con-  
tractio cere ad minorem locum

Ad. 3. q. ex pors expellit humor et dila-  
tatur ad augmentum.

Ad. 4. q. actione mutua cineris in aqua  
et e converso corrumpunt multas partes  
aque, et multas etiam cineris, que in va-  
pores et exhalationes convertuntur.

Ad. 5. R. q. tale vas frangere non potest  
intra ipsum.

Ad ultimum. q. tabula predicta non pote-  
re a subterposita in instanti levari. Si-  
cut enim etiam non poterit sic superponi  
ut non mediet aer inter utramq; que  
a medio ad extremitatem tabule in ins-  
tanti moveri non posset.

Articulus secundus An aliquid

possit moveri in vacuo?

A parte negativa. Sicut questionis ar-  
guit Aristoteles septem rationibus, que  
ad has duas reduci possunt

Arguit ergo primo sic. q. si daretur vacuum  
eo dem modo se haberet in omnibus suis  
partibus. et proinde non esset maior ratio  
quare mobile in unam q. in alteram par-  
tem moveretur. et ex consequenti in nulla  
fieret motus / 2<sup>o</sup> q. in vacuo non daretur  
def



differentie Loci subiecte sursum deorsum, ante et retro, ergo nec motus localis. Sic et habitatio quoniam omnino in debet dari aliqua forma que primo tum acquirat, que in vacuo non esset. Sic tamen his non obstantibus prima conclusio. Aliquid posse moveri in vacuo ab aliqua virtute impellente ipsum siue intrinseca, siue extrinseca. Probat quod si sphaera aeris annihilaretur aqua motu dilatationis conflueret ad implendum illud vacuum. Desinde quod lapis posset produci ab angelis per vacuum. 2<sup>a</sup> conclusio manente coelo, et posito vacuum intra ipsum per divinam potentiam revera moverentur res ad sua loca naturalia. siue est ad eam distantiam a coelo, in qua esset proprius locus naturalis ipsarum. probat ex eo quod si terra crearetur circa concavum lunae existente una intercapedine aeris et aquae descenderet ad centrum, quod esset naturalis subiectus. et quod circa concavum lunae potius essent qualitates suae conservationi oppositae. Ad Primas ergo duas rationes Respondet quod vacuum dicitur, et nulla habitatio in coelo potius tollit motum localem quod tollit loci positiones, seu differentias. Et id solum voluit Aristoteles probare in contextu. Aliud tamen dicendum est habitatio consideratione ad coelum.

Ad 3. Respondet cum Socrate. h. metaques.



questione. 45. q. motus inuacuo non  
esse eiusdem rationis cum motibus  
qui fiunt in pleno. esse enim motus ne-  
gatiuus non terminatus ad aliquam for-  
mam realem. et positivam. sicut in si-  
mili constat in corruptione.

Articulus. 3. Vtrum si quid  
moueret inuacuo moueret  
in instanti.

Et videtur quod sic quod ob id illuminatio  
fit in instanti. quod nulla resistentia dat  
ex parte medij. et idem esset in uacuo.  
ergo. Quid quod qualis est proportio spatij  
ad spacium per res raritatem. et densita-  
tem. talis est proportio motus ad motum  
per res tarditatem. et uelocitatem. Et  
temporis ad tempus. sed in uacuo nulla  
esset resistentia. ergo.

et Gregorius de  
Summis in 2  
sente. distinct. 6  
Aliqui ut commentator et Albertus mag-  
nus hoc in loco putauerunt motionem in  
uacuo necessarium futurum in instanti.  
et id dicunt sensisse Aristotelem  
sed diuus Thomas tenet oppositum  
in. 4. distinct. 44. q. 2. art. 3. questio  
cula. 2. et Scotus in 2. distinct. 2. Et  
probat primo. quod si lapis. N. q. moueret a co-  
caus licet per locum deorsum uacuum. non  
moueret in instanti. in quo est terminus  
a quo. neque in instanti. in quo est in ter-  
mino ad quem. ergo in tempore interme-  
dio. Deinde quod si angelus eo impetu prohi-  
ceret



<sup>^</sup>  
 pulam) ceret lapidam per uacuum ut percussio pa-  
 riter ad quem terminat' resclinet ad lo-  
 cum unde proiecta est. uel moueret mes-  
 dem instanti. uel in diuersis. et sic claris  
 habet intentum.

quod es  
 senon  
 potest  
 Postremo qd siue solum quod est non daret  
 resistentiam ex parte medij non sufficere  
 ut motus fiat in instanti, sicut patet in  
 motu circulari coeli. qui nullam patit  
 resistentiam. et tamen fit in tempore.

<sup>^</sup>  
 indimedial  
 hore  
 Notandum igitur qd propter duo consumit  
 tempus in motu localy. scilicet et propter  
 resistentiam quaedam ex parte medij. et  
 propter impossibilitatem eiusdem cor-  
 poris in diuersis locis. eodem tempore ins-  
 tanti. Si enim lapis a concavo lunae usqz  
 ad terram per ~~uacuum~~ descendat per  
 tem temporis consumet ob resistentiam me-  
 dij. et partem ob impossibilitatem suam  
 in diuersis locis. et sic Aristotelis ratio-  
 nes quibz probat qd si quid moueret per ua-  
 cuum moueretur in instanti procedit  
 contra tenentes motum fieri in tempore.

Ob solam resistentiam medij

Ad 1. Argumentum R. qd est dissimilis  
 ratio qd in diuersis partibus aeris sicut di-  
 uersas partes lucis. id motu autem localy  
 non potest idem corpus simul esse in duo-  
 bus locis.

Ad 2. similiter constat ex dictis. //

## De Tempore.

In 3. parte e' ultima huius libri agit Ar-  
 istoteles de tempore quae continet a ca-  
 pi



prae decimo usque ad decimum quartum  
tum quod est quaedam proprietate extrinse-  
ca entis mobilis. tum etiam quod omnis  
motus fit in tempore. et propterea ad ex-  
actam cognitionem motus requiritur  
cognitio temporis.

In decimo ergo capite quaerit Aristoteles  
ante tempus sit? Deinde quod tempus sit?  
cui capite undecimo respondet tradendo  
definitionem ipsius temporis. capite  
duodecimo proponit nonnullas propo-  
siciones et capite. 13. declarat  
significationes quorundam vocabulorum  
ad tempus pertinentium. scilicet quid  
significet Olim. nuper. iam. nunc. et a-  
lia huiusmodi. et denique cap. 14. proponit  
tres quaestiones circa tempus. quibus res-  
pondet. ex quibus omnibus duo specialiter ex-  
plicabimus. primum. quid sit tempus  
et proprietates ipsius

quod ergo ad Primum attinet hanc pro-  
prie Aristoteles temporis definitionem  
tempus est numerus motus primum ob-  
iectus per prius. et posterius.

Provius explanatione cum eodem Aris-  
totele est advertendum. quod quamadmodum  
in magnitudine permanente dat prius  
et posterius positione. sic est partes prius  
res et posteriores; sic etiam in motu loca-  
li. quae sit per magnitudinem dat prius et  
posterius, si non positione (quoniam constat  
ex partibus habentibus positionem) simi-  
litudine quadam rationis. Tunc ergo



Notitiam habemus temporis, cum distine-  
 ta priori et posteriore parte motus, motum  
 ipsum distinguimus, ac propterea dicitur  
 tempus numerus motus per prius, et  
 posterius: Numerus enim solemus re-  
 rum multitudinem, aut paucitatem  
 diiudicare, et proinde tempore iudicamus  
 plus aut minus in motu. Sic est mai-  
 rem aut minorem motum discernimus,  
 accipit autem numerus non pro numero  
 numerante, sed numerato, et sic non con-  
 tante ex unitatibus aut rebus reipsa dis-  
 iunctis, sed mente tantum separatis, et  
 quod ad secundum attinet prima prop-  
 ertas est q, potest dari minimum tempus  
 multitudine, non autem magnitudine  
 ut dat quantitas minima multitudine  
 scilicet binarius; non tamen dat mini-  
 ma magnitudine, cum sic divisibilis  
 in infinitum.

Secunda proprietates est q, tempus non dicitur  
 tur tardum uel uelox sed longum et  
 breue. Tertia est tempus esse idem u-  
 biqz. quarta est idem tempus (scilicet  
 etatem et hyemem) redne posse. Et quon-  
 ta demum proprietates est tempus non so-  
 lum esse mensuram motus, sed etiam a  
 motu mensurari: Nam per horam N q me-  
 surat motus horologij. et per motum horo-  
 logij mensuramus horam. quem admodum  
 etiam propter uiam longam dicimus esse  
 longam deambulationem, et propter lon-  
 gam deambulationem dicimus esse uiam  
 longam



Quaestio utrum Tempus  
velletur ab Aristotele

Definitum?

Et Probatur quod non. Primo quod tempus  
et numerus sunt species quantitatis  
contradiuisae. ergo tempus male defi-  
nitur per numerum.

Secundo quod aut per numerum motus  
intelligitur collectio unitatum, quae  
est in partibus motus (et hoc non quod  
iusmodi collectio est ens rationis) aut  
intelliguntur ipse partes collectae. et hoc  
non quod partes idem sunt atque motus.  
tempus uero a motu est distinctum.

Tertio quod tam regulares et aequabiles  
sunt motus reliquorum orbium solis  
scilicet Lunae, et aliorum, ac motus  
primi mobilis, ergo non magis per il-  
lum definitur debuit tempus.

In hac quaestione. Primo explicandum  
est ad quod predicamentum tempus  
pertineat, et quomodo a motu distin-  
guatur. Deinde de diffinito, et diffi-  
nitione ab Aristotele tradita fiet ser-  
mo. et ultimum declarabimus an de-  
tur unum tantum individuum tem-  
poris, an plura?

quantum ergo ad Primum attinet,  
notandum est ex Caetano .1. p. q. 10.  
art. ultimum. et Capreolo .1. m. 2. dist. 2.



q. 2. Tempus duobus modis accipi potest  
 se. vno ut est duratio motus absolu-  
 te sumpta: altero ut est duratio fini-  
 ta, certa. et nobis nota ut sexulum, -  
 mensis, et annus. quo posito.

Sic Prima conclusio tempus prius  
 modo spectatum est vera quantitas  
 species. probat quod est ens reale, exten-  
 sum, et continuum. reale quidem quod  
 non pendet in suo esse ab intellectu  
 operatione. per se extensum esse probat  
 Aristoteles, textu 95. et patet quod est di-  
 uersa extensionis a motu cum possint  
 esse tempora equalia, et motus iniqua-  
 les. sicut constat in duobus currentibus  
 unam horam. quorum alter peragat unam  
 leucam alter vero dimidiatam. et e-  
 uersa possunt motus esse equalis et tem-  
 pora iniqua. ut patet si unus homo  
 per spatium dimidiatę hore percurrat  
 unam leucam, et alius percurrat eam-  
 dem per integram horam.

Potest autem tempus sic acceptum hac  
 definitione definir. tempus est quan-  
 titas continua successiva, cuius partes  
 copulantur instanti. instans uero est dura-  
 tio indivisibilis mutati esse, quo partes  
 motus copulantur. q. si Aristoteles aliquan-  
 do dixit tempus esse quantum per accidens  
 et extensum. scilicet ad extensionem motus  
 solum uult dicere q. supponit extensionem



motus sicut et superficies supponit ex-  
tensionem lineam quamvis perse et  
formaliter sic extensa.

Secunda conclusio. ~~motus~~ tempus  
primo modo acceptum nimirum pro  
duracione motus absolute sumpta  
est idem realiter cum motu distingui  
tamen ab eo formaliter. hęc conclu-  
sio quoad priorem partem ex eo proba-  
t quod non est ponenda realis distinctio ut  
ibi sufficit sola formalis. et quoad pos-  
teriozem patet quia ea que distinguuntur  
specie saltem formaliter distinguuntur de-  
bent.

3<sup>a</sup> conclusio tempus secundo modo  
acceptum non est vera quantitas spe-  
cies. probat quod talis duratio scilicet de-  
terminata et robusta ut sic pendet  
a consideratione intellectus et est ens  
rationis.

quod uero attinet ad secundum  
propositum. Notandum est tempus pro  
tertio modo sumptum rursus accipi-  
tur duobus modis. aut enim consideratur  
in quo cumque motu, aut in eo tantum  
qui est omnium primus, notissimus  
et regularissimus. qualis est motus so-  
lus primi mobilis. Aristoteles ergo de  
finiuit tempus hęc posteriori modo specta-  
tum. et non in tota sua latitudine, sed  
tantum, ut est duratio primi mobilis si-  
ni-



nita e certa et ab animo cogitata desinit  
 autem illud. in quantum est duratio pri-  
 mi mobilis. quod nam tempore pro da  
 accepto solemus mensurare omnes nos-  
 tras actiones. quod enim primum est in  
 unoquoque genere est mensura et tertium  
 ut docet Aristoteles in libro capitul  
 timo. quam obrem cum tempus quod est  
 duratio motus primi mobilis sic primum  
 atque notissimum, efficitur ut tempus. quod  
 in motu primi mobilis cernit. sic mensu-  
 ra prima atque notissima omnium, quae  
 in tempore continentur. est ergo tempus  
 ut ab Aristotele sic desinit numerus mo-  
 tus primi mobilis secundum prius et pos-  
 terius. Hoc est motus numeratus  
 et prescriptus ab intellectu secundum  
 prius et posterius. id est quoad partes du-  
 rationis eius. quale tempus est dies. qui  
 est duratio unius conversionis quae pri-  
 mum mobile semel ab oriente per occi-  
 dentem iterum in occidentem vertitur  
 et mensis qui est duratio triginta con-  
 versionum, et sic de reliquis.

Ad Tertium vero Nimirum  
 An sit unum vel multa tempo-  
 ra. Dicendum est quod sub quamvis de  
 tempore pro ut est duratio cuiuscuq;  
 motus. quod patet est species quantitatis  
 dantur multa tempora individua. ut  
 etiam dantur multa motus. Si vero ser-  
 mo de tempore ab Aristotele desinito unum  
 lani







potentia in re. Vel est numerus innume-  
rabilis et sic etiam est ens rationis quia  
est aptitudo ad adhaerentem numeratio-  
nem quae est ens rationis.

4<sup>o</sup> quia tempus non est mensura forma-  
lis huiusmodi est immediata mensura et  
substantia. tempus vero est immediata  
mensura motus. Neque est mensura in-  
strumentalis quia hoc est formaliter ens  
rationis. et confirmat quia mensura in-  
strumentalis est evidenter subtile tempus  
autem divisibile.

5<sup>o</sup> quia Aristoteles dicit in hoc capite quod  
si non est anima numerans non est nu-  
merus numerabilis. ergo habet esse per  
operationem animae. et quia est ens ratio-  
nis.

6. quia nec potest diffiniri per prius et  
posterius spacij quia prius et posterius spa-  
cij sunt permanentia: nec per prius  
et posterius motus quia distinguuntur forma-  
liter ab eo. neque aliam per prius et pos-  
terius temporis quia differet per se ipsum.

Pro Thivius questionis intelligen-  
tia. Notandum quod motus habet dupli-  
cem divisibilitatem. alteram extrinsecam  
a subiecto in qua convenit cum omnibus  
alijs accidentibus corporis. extendit enim  
ad extensionem quantitatis subiecti. Al-  
teram divisibilitatem habet in ordine  
ad spacium a quo habet prius et posterius  
radicaliter formaliter tamen in se habet  
di-



divisibilitatem prioris et posterioris quae  
in ipso sunt successiva, in spacio vero  
permanencia.

Secundo est notandum quod ex hoc quod mo-  
bile movetur per spaciū resultat du-  
ratio quaedam prioris et posterioris quae  
dicitur tempus formaliter habens in se  
divisibilitatem radicaliter tamen ac-  
ceptam a motu, sicut et motus habet  
illam ab spacio.

Tertio Notandum quod numerus est  
duplex scilicet numeratus qui subiecte  
dicat specialem materiam, ut binarius  
duorum hominum, et numerus abstractus  
qui abstractus ab omni materia, ut dena-  
rius in communi, et attinet ad conside-  
rationem mathematicam, tempus au-  
tem est numerus numeratus quod posu-  
erat prius et posterioris in motu.

quarto notandum quod numerus num-  
ratus est duplex alter discretus in quan-  
titate habens partes ab invicem separa-  
tas ut binarius equorum; alter discretus  
in qualitate qui nimirum est continu-  
us per se, sed sic discretus per operatio-  
nem animae numerantis, ut partes con-  
tinui, quae sunt communitate et tamen  
dividuntur ab anima, est autem tem-  
pus numerus discretus non in qua-  
ntitate, sed in qualitate dividitur quoniam  
dies, menses, et annos.

quinto notandum est quod omne obiectum  
trahit.



tum potentia dicit aptitudinem ad  
 actionem potentis scilicet ut attingatur  
 a potentia. et hec aptitudo est  
 propria passio obiecti ut res est. N.  
 g. insubilitas in ordine ad visum res  
 pectus visus. et in presenti nume-  
 rabilitas est passio temporis quesi-  
 bi competit in quantum est obiectum  
 intellectus numerantis.

Sexto notandum q. tempus quidi-  
 catue desinit q. sic duratio quoda-  
 successiva. discretive vero diffini-  
 tur per prius, et posterius quo pacto  
 diffinitur hic ab Aristotele essentia  
 enim rerum sunt nobis ignota et ita  
 desinit tempus per numerabilitate  
 tanq. per nobis notiozem.

His sic constitutis sic prima conclusio  
 tempus formaliter non est motus -  
 probatur. q. habent diversas species  
 et differentias. species enim motus  
 sunt nutritio, augmentatio, altera-  
 tio et motus localis. temporis autem  
 mensur. annus etc. et confirmatur  
 q. habent diversas proprias passiones  
 ergo diversas essentias. antecedens pa-  
 tet q. tardum et velox sunt passiones  
 motus; longum vero et breue passio-  
 nes temporis. consequentia non eget  
 probatione.

2a conclusio tempus formaliter lo-  
 quendo est duratio successiva; vbi no-  
 tandum q. in substantijs generabilibz  
 est



est duplex duratio alia nimirum  
intrinseca; et alia extrinseca. intrinseca est duratio substantialis, quae  
est idem realiter cum rei existentia  
extrinseca uero est, quae non est rea-  
liter idem cum eo, quod durat. Sed tamen  
est idem realiter cum duran-  
te adaequato, quod dico propter ipsum  
tempus, quod est idem realiter cum in-  
ter primis mobilis, non tamen est idem  
realiter cum alijs motibus.

Secundo Notandum q. duratio ex-  
trinseca est duplex. scilicet in adae-  
quata quam modo diximus. u. adaequata  
quae respondet adaequata cuiuslibet  
actus. et cuiuslibet motui. Tempus  
ergo est duratio intrinseca et adaequata  
in ordine ad motum primum mobilis  
et est duratio in adaequata respectu  
sui motuum. //

Tertia conclusio. tempus est proprium  
a passio motus. Sed forte antequam pro-  
cedat ista propositio obicitur. passio pro-  
dicat de subiecto in secundo modo dicitur  
de se. at tempus non predicat de  
motu. Respondet tamen q. passio in  
concreto et non in abstracto predica-  
tur de subiecto. uere enim dicimus q.  
suum est risibile. et non q. est risibile.  
bas. et ita tempus predicat de mo-  
tu in concreto dicimus motus est tem-  
poralis. non motus est tempus. / q. si uel  
tenus insurgat q. sequitur haec dicitur  
per



pertinere ad idem predicamentum &  
 nego consequentiam, quia hoc habet  
 idem quando propria passio realiter  
 distinguitur a subiecto. Sed arguetur  
 quia si tempus est propria passio ergo  
 distinguitur realiter a motu, quod est  
 contra conclusionem. Respondetur  
 quia non omnis propria passio distinguitur  
 realiter a suo subiecto sufficienter enim  
 si distinguitur formaliter, aut sic ut  
 duo res a se et ita distinguitur tempus  
 a motu. Sed contra quia propria passio  
 dimanat a subiecto in genere cause ef-  
 ficentis. Sed omnis effectus cause ef-  
 ficentis differt realiter a causa ergo.  
 Respondetur, quia quidam effectus proce-  
 dit ab efficiente per mediam actionem  
 sicut calor ab igne, et iste distinguitur  
 realiter a causa quidam vero per sim-  
 plicem emanationem ut lux dimanans  
 a sole. Et huiusmodi non est necessa-  
 rio distinctus realiter a suo efficiente  
 quia si ulcerus arguas, quia visibilitas et  
 potentia anime dimanant a subiecto  
 per simplicem emanationem, et tam-  
 en distinguuntur ab illo realiter. Respon-  
 detur quia, iuxta propositum debet intelli-  
 gi, quando illud, quod procedit per sim-  
 plicem emanationem non dirigitur ad a-  
 liquem actum accidentalem, ut passi-  
 ones dimanant ab ente absque quo, ordi-  
 nentur ad actum accidentalem, et propte-  
 rea non distinguuntur realiter ab ipso. Et ita  
 tempus non ordinatur ad actum accidenta-  
 lem.



Secm et propterea non distinguit re  
aliter a motu cuius est passio

Sic quarta conclusio tempus est  
mensura motus. Pro cuius intelli  
gentia nota q duplex est mensura  
altera formalis quae est intrinseca rei  
ut quantitas respectu substantiae et  
altera instrumentalis, quae est men  
sura rei extrinseca, ut ulna respectu  
pari. Secundo nota q mensura for  
malis differt ab instrumentali q for  
malis praedicat uniuerse de omnibus  
mensuris formalibus. N. g. omnibus  
speciebus quantitates conuenit q sunt  
mensurae substantiae et hoc uniuerse  
sicut omni quantitati uniuerse conue  
nit q sit quantitas. q si arguas quanti  
tas etiam est mensura substantiae, et  
tamen ei non conuenit uniuerse esse  
mensuram cum alijs speciebus. Res  
est enim pars quantitates et non com  
pleta quantitas. Respondet q argumē  
tum concludit, sed nos loquimur de  
speciebus quantitates, unitas uerū nō  
est species, sed principium specificum  
Tertio notandum q mensura forma  
lis est formaliter aliquid reale est  
enim potentia de secunda specie praedi  
camenti qualitates, attamen mensu  
ra instrumentalis formaliter est ens  
rationis. nam quantitas solum habet  
a parte rei q fundamentaliter possit



aliam quantitatem mensurare. q. uero  
 seu formaliter mensura habet  
 per operationem intellectus. q. si ar  
 quas q. etiam in mensura formalis. hoc  
 quod est mensurare in uoluntate ordine  
 ad intellectum. Respondet q. immo  
 conuenit ei natura liter et realiter  
 sicut conuenit sumis q. sic signum ig  
 nis. q. sicut sunt alia signa ad placitum  
 significantia. et si ulterius arguas  
 q. mensura instrumentalis conuenit  
 a parte rei mensurare. cum absq. om  
 ni operatione intellectus una quanti  
 tas possit assumi ad aliam mensuran  
 dam. Respondet q. huiusmodi entitas  
 uel relatio rationis est de eorum ge  
 nere. que habent fundamentum pro  
 ximum a parte rei. sicut esse in sum  
 in huiusmodi enim a parte rei est fun  
 damentum proximum. et solum equi  
 ue quodammodo sine quantitate. a  
 lio est de relationibus generis aut spe  
 ciei et similibus. que pro fundamento  
 possunt abstractionem. aut compara  
 tionem intellectus  
 quarto notandum q. mensura instru  
 mentalis dicit duplicem relationem  
 alteram ad rem quam mensurat. alte  
 ram ad intellectum. qui sic certus de  
 magnitudine rei mensurat. utraq.  
 tamen est relatio rationis contra Pauli  
 Soranatem. id. metaph. q. 4 existima  
 tem q. relatio mensurae est rationis rela  
 tio

dextera  
 et sinistra



tu vero mensurati est realis. Sed no-  
bis utraq; videt rationis. q. si argu-  
as q. relatio scientie que est mensura-  
bilis ad scibile (quod est mensura) est  
realis. Respondet q. alia est mensu-  
ra veritatis. id est perfectioris et me-  
surabile per hanc mensuram dicitur  
relationem realem. at tamen mensu-  
rabile per mensuram instrumenta-  
lem non se habet sic. ac proinde non  
dicitur relationem realem. Et ite-  
rum arguas. q. relatio mensurę ins-  
trumentalis est relatio causę ad effec-  
tum ac per consequens realis. Respon-  
det q. duplex est causa. altera nimi-  
rum que perficit obiectum. et ipsa per-  
ficit in agendo. alia que nec perficit  
in agendo nec perficit obiectum. et hu-  
ius generis est relatio mensurę. pri-  
ma autem dicitur relationem realem  
secunda vero minimę. Sed contra  
q. imaginabile. scibile et sensibile  
non perficiunt in agendo. et tamen  
dicuntur relationem realem ad poten-  
tias. ergo. antecedens patet q. per hoc  
q. aliquid sit imaginabile. scibile. aut  
sensibile solum acquirit denominationem  
extrinsecam. Respondet q. pre-  
dicta possunt considerari aut in qua-  
litate potentiarum. et sic perfici-  
unt in causando sive agendo. et perfici-  
unt potentias. scibile enim est  
causę speciem intelligibilem in intel-  
lectu. at tamen si considerent solum  
ut terminativa potentiarum nihil re-  
a



ale causare in potentia neque immu-  
tant illam et ita non dicuntur relatio-  
nem realem.

ex dictis colligitur quod tempus est men-  
sura motus primi mobilis formalis  
et est mensura instrumentalis mo-  
tus inferiorum.

Ad Primum ergo argumentum in his  
contrariis propositum Respondet  
quod prius et posterius sunt entitativus  
sunt tamen realia ut continuata ins-  
tanti. Neque enim idem modus reali-  
tatis requirendus est in entibus perma-  
nentibus et successivis. Et si unguis quod  
potius realitas continuativa debet de-  
sumi a realitate partium continua-  
rum. Respondet quod antecedens habet  
verum in entibus permanentibus non  
in successivis.

Ad 2. quod tempus non definitur per nume-  
rum discretum. sed per numerabilita-  
tem importantem ordinem ad intel-  
lectum ut fiat numerus discretus  
non quantitate. sed qualitate ut dixi-  
mus.

Ad 3. Quod tempus est numerus  
numerabilis. numerabilitas autem  
dicitur aliquid reale in ordine ad nume-  
rantem. Sicut numeratio actualis in  
Sylvarum in re numerata. quoniam ad-  
m dum omnia subiecta potentiarum cogn-  
oscitur ut dicuntur reales potentias ad  
actus immanentes. qui non in ipsis sed  
in agentibus vitalibus recipientur. Et  
ita



ita dicit Aristoteles 2 de anima. ca  
pice .7. q. ista predicatio. color est vi  
sibilis, est quia predicabilis. quam  
vis visus actualis non recipiat in co  
lore, sed in uidente. et nihil ponat  
in re uisa.

Ad .4. q. tempus habet rationem me  
suræ formalis ad motum primum ob  
iectum. et hoc (non alia quam habet me  
suræ instrumentalis) est realis / et  
si arguas q. motus et tempus nec re  
aliter existunt. neq. distinguuntur  
Realiter ac proinde non poterit ullo  
modo inter eos esse relatio realis.  
Respondet q. existunt in suis conti  
nuitatibus. neq. est necessaria realis  
distinctio inter extrema ad relatio  
nem realem, sed sufficit distinctio for  
malis. et sicut res a modo res. nam  
et motus localis est idem realiter cum  
motu. ad quod dicitur relationem reale  
et similiter effectus formalis dicitur re  
lationem formalem. et similiter na  
tura et suppositum dicuntur relatio  
nem realem. Quia supposititas est  
effectus naturæ; et tamen secundum  
probabilissimam opinionem non distin  
guuntur realiter, sed sicut res, et modus  
res. Ad .5. R. q. Aristoteles intelligi  
t realitatem numeratione, quæ sine a  
nima esse non potest / Ad confirmatio  
nem. q. mensura instrumentalis uel  
est



est indivisibilis. uel dicens ordinem  
ad indivisibilem. et hoc sufficit. q  
iam supra diximus mensuram ins  
trumentalem analogice dici. de veri  
tate, et de alijs quantitatibz, siue  
discretis, siue continuis.

Ad .6. q. prius et posterius potest esse  
temporis. et potest esse motus. Si sit te  
poris facit. Siue sensum. q. tempus est  
prius. et posterius successive duratio  
nis. Siue motus hic est accipia  
t ex parte motus effect hunc sensum  
q. tempus est mensura prioris et posteri  
oris motus: itaq. illud Prius. et poste  
rius accipiantur passive. et obiective

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



# Annotationes in Librum quintum Physicorum,

Postquam Aristoteles in precedentibus //  
duobus Libris tradidit cognitionem  
distinctam actualem motus, qui est  
prima passio entis naturalis, quod fe-  
cit tradendo ipsius motus definitio-  
nem. accedit iam ad tradendam cog-  
nitionem distinctam potentialem  
ipsius motus, quod facit explicando  
omnes species motus, et præterea non  
nullas ipsius affectiones et proprie-  
tates, immo ab hoc Libro usque ad fi-  
nem octavi, semper fere versat Aris-  
totelēs in explicandis his, quæ ad mo-  
tum pertinent, quæ propter hunc librum ab  
Aristotele. i. Lib. de cæl. cap. 5. Librum  
de motu appellant.

In hoc ergo libro tres partes continet  
in prima tradit Philosophus species  
motus. In secunda agit de eius unita-  
te et diversitate, et in ultima dis-  
putat de contrarietate ipsius.

## Capitulum Primum.

In hoc capite, differentias motuum  
et mutationum proponit, et docet  
tres tantum esse species motus,  
distinguit ergo motum ex parte mo-  
bilis, ex parte moventis, et ex parte  
formarum, quæ per motum acquirunt  
quo.



quo ad primum membrum dicitur quod  
 unum quod movetur quod dicitur movetur  
 per accidens. ut cum dicimus gra-  
 maticum ambulare. quod dicitur movetur  
 per secundum partem. ut quando di-  
 cimus Petrum curare. quod eius oculi  
 curat. quod dicitur denique movetur pri-  
 mo et per se. ut quando dicimus lapide  
 moveri deorsum.

Similiter ex parte moventis. quod dicitur  
 movetur per accidens sicut dicimus  
 musicum edificare. quod dicitur movetur  
 secundum partem. sicut dicimus Pe-  
 trum percutere ratonem manus quo  
 percutit. et quod dicitur denique movetur  
 movetur per se primo. ut quando dici-  
 mus ignem calefacere.

Distinguit denique motum ad eundem  
 modum ratione forme que per mo-  
 tum acquiritur. quod quod dicitur movetur  
 ad formam per accidens. ut cum quis  
 movetur ad albedinem. quod intelligitur  
 per accidens movetur ad intellectionem  
 quod dicitur acquiritur per motum ratio-  
 ne partis. ut cum per motum acquiritur  
 albedo acquiritur color in communi  
 ad acquisitionem partis subiectus  
 quod dicitur denique acquiritur per motum  
 per se et primo sicut albedo singularis  
 ad quam terminat aliquis motus sin-  
 gularis. Revertitur ergo Aristoteles ad  
 hac tractatione mutationem per acci-  
 dens



trum quod sit inter quoscuq; terminos  
sive contrarios, sive non contrarios  
trum etiam, quod reperit eorum nulla cum  
quibuscuq; mutationibus, et in qui-  
buscuq; mobilibus. et docet solum  
esse agendum de mutatione non per ac-  
cidents, quod fit tantummodo inter termi-  
nos contradictorios, vel contrarios -  
vel medios, qui quoniam participat  
naturam utriusq; extremi, habent e-  
tiam rationem contrarietatis. si cum  
uno quoc; extremo comparentur

In 2<sup>a</sup> parte capituli ut colligat Aristote-  
les varia genera mutationum sub-  
iicit duo. primum est unamquamq;  
mutationem fieri inter duos terminos  
scilicet terminum a quo, et ad quem  
et hunc esse posteriorem natura illo  
Secundum est omnem mutationem fi-  
eri, vel inter duos terminos positivos  
v.g. inter calidum, et frigidum; vel  
inter terminum a quo negativum  
et terminum ad quem positivum, ut  
non homo, et homo. vel inter termi-  
num a quo positivum, et terminum  
ad quem negativum, ut homo, et non  
homo. vel deniq; inter duos terminos  
negativos.

quibus positis colligit tria tantum esse  
genera mutationum, nam inter termi-  
nos pure negativos nulla fit proprie mu-  
tatio. Dividit autem generationem

quod



(quod idem dicitur de corruptione) in generationem simplicem per quam simpliciter producitur aliquid esse simpliciter nimirum substantia: et in generationem secundum quod per quam producitur aliquid esse secundum quod scilicet aliquid accidens. ut est album aut nigrum. Probatur igitur ex his omnibus inventionibus solam eamque fieri inter terminos contrarios. et medius esse motum. Et impuissis generationem non esse motum probatur his duabus rationibus. Subiectum motus debet esse ens simpliciter in actu. et non solum in potentia. tum quia id quod movetur aliquo motu movetur etiam motu locali. et materia prima nullo motu locali per se movetur quia per se non est in loco. et quia neque generatur (cuius ipsa est subiectum) et motus et idem dicitur de corruptione.

In 3<sup>a</sup> parte capituli docet motum dividere in tres species. scilicet in motum ad quantitatem. qui est accretio. vel decretio. et in eum. qui terminatur ad qualitatem. qui est alteratio. et in eum qui terminatur ad predicamentum ubi quiescit motus localis. quam specierum motus enumerationem. ex eo probatur esse bonam. quia tot sunt species motus quae sunt predicamenta ad quae per se est motus.

capit. secundum  
In hac inductione probatur quod impuissis  
der



dentis capite dixerat. scilicet ad tria dicta  
predicamenta esse per se motum. quia  
eius sit a contrariis incontrarium. et  
substantis nihil contrariar. relatio  
similiter sine ulla mutatione subiec  
ti acquiritur ut cum in re alba ex pro  
ductione alterius albi resultat simili  
tudo. Ad aliam nem similiter et passio  
nem (cum ipsa sit motus) motus per  
se esse non potest. immo daret motus  
ad motum. et processus in infinitum  
quatenus ad quando. situm. et habitum  
quae sunt alia tria predicamenta) non  
sic per se motus pro constanti relinquitur  
neque ab Aristotele probat. Sicut enim  
tanquam quaedam resultantia. quae ex eo  
quod res producit in reum natura resul  
tat quae sit in tempore. et ex eo quod acqui  
rat cum resultat. quod sita sit. et pos  
tremo ex eo quod res accidit in reum  
nibus resultat quod sita sit. ad id autem  
quod resultat non est per se motus

Deinde dicit quod a magis album a minus  
albo est per se motus quod quamvis albe  
do sub non contrariet. magis tamen et  
minus tale est contrarietas ad motum  
sufficiens.

Postremo quod ad perfectam intelligentiam  
motus pertinet cognitio quietis (quod est  
transitum eadem est disciplina) docet  
quod proprie illud dicitur quiescere quod ap  
tius est moveri pro hoc tempore et modo  
nam minus proprie dicitur quies. negative  
et



Et illud etiam dicitur quiescere, quod //  
tando movetur motu.

Quaestio Num ad triatan  
Quum predicamenta sit  
perse motus?

1<sup>o</sup> videtur quod non quod neque in quantitate //  
et neque in predicamento Vbi est contra-  
dictio. 2<sup>o</sup> quod quod movetur circulari-  
ter non movetur a contrario in contrari-  
um, immo ab eodem puncto in idem punctum

3<sup>o</sup> quod generatio quae est ad substantiam  
am appellat motus ab Aristotele. 3. phys  
cap. 7. et ab eodem dicitur tarda vel uelex  
et physice. cap. 4. / Deinde quod si fuerit in  
instanti in eodem instanti esset homo  
genitus. et non homo

4<sup>o</sup> quod ad generatio est successiva et ter-  
minat ad substantiam. N. g. cum par-  
tam comburere stupa.

5<sup>o</sup> quod in multis alijs predicamentis re-  
peritur contrarietas sufficiens ad motum  
nam alio et passio sunt contraria. Simi-  
liter in predicamento situs stare et  
sedere. et in predicamento habitus uer-  
tutum esse et non esse.

Pro huius intelligentia ratio tardior  
est motum tribus modis accipi. Primo  
pro quacumque mutatione successiva. Si-  
ue illa mutatio sit actus entis in potentia  
potentia. qualis est ad generatio: siue sit  
actus entis in actu substantialem in potentia  
tamen ad aliquod accidens, qualis est cale-  
facere

scilicet  
calefactus  
et frige  
factus. et  
leserit et  
frigerit



facto. Secundo sumit pro mutatione  
successiva que sita dicitur in actu  
substantia in potentia tamen ad  
formam accidentalem. Sive illa mu-  
tatio fiat inter terminos contrarios ut  
album. et nigrum, sive inter contra-  
dictorios ut album. et non album.  
Tertio denique modo sumit motus pro mu-  
tatione successiva que sita dicitur in actu  
substantia. et in potentia ac-  
cidentia, que tamen soluntur inter ter-  
minos contrarios; quo pacto hic accipi-  
t motus ab Aristotele. quando dividit  
mutationem. in augmentationem  
diminutionem; motum localem, et  
alterationem

Deinde notandum q. contraria etiam  
dicuntur tribus modis. primo pro eis que  
sub eodem genere maxime distant. et  
eidem subiecto vicissim indant nisi alte-  
rum insit a natura. Sicut calidum et  
frigidum. Secundo dicuntur contraria  
duo termini positivi inter quos certiter  
habitu graduum ut magis calidum  
et minus calidum; vel qualitatis me-  
dię ut album. et nigrum; vel exter-  
simis ut magis quantum et minus qu-  
antum; vel denique forma que secun-  
dum unam partem amittit. et secundu-  
m aliam acquirit. ut duo loca. Tertio mo-  
do contraria latius sumuntur ita ut com-  
plectantur etiam privative opposita. qua-  
lia sunt cecitas. et visus. et Aristoteles  
ca



ea sic accipit. i. physic. c. 5. et 6. Sed  
tamen sic loquitur de contrariis primo  
et secundo modo acceptis

Ultimo nota duas conditiones requiri  
in aliqua forma, ut ad ipsam dicatur  
esse per se motus. Altera conditio est  
quod non acquiritur ad acquisitionem al-  
terius. Sicut acquiret relatio ad acqui-  
sitionem sui fundamenti. Secunda con-  
ditio est ut talis forma acquisita suppo-  
nat contrarium in re, quod ipsam acqui-  
rit.

quibus sic statuitur ad questionem  
Sic unica conclusio Respondemus,  
ad tua tantum predicamenta est per  
se motus, quod probat ex eo quod in solis pre-  
dictis tribus predicamentis. Et non in a-  
lijs reperuntur conditiones requisitae  
ut ex dictis constat. Et hoc etiam in ali-  
one et passione constat, quod impediunt  
ad productionem formam ad quas termi-  
nantur.

Ad primum ergo argumentum Re-  
ex dictis. Ad 2. quod mobile circulariter ac-  
quirit successive loca contraria ratione di-  
versarum partium. Unde Philosophus. 1.  
de celo. cap. 8. docet quod cum orientis et occi-  
dentis esse inter se contraria.

Ad 3. Per Aristotelem nonne generatio  
nis intellexisse ad generationem substan-  
tialem, cum uerum eam appellat tardam  
uel uehemem intelligit figuram altera-  
tionem ad introductionem forme substan-  
tialis. Ad aliam uero probationem dicimus  
quod in diuersis instantibus est motus, et non ho-  
mo, quamuis generatio fiat in instantibus quod



non dat instans in quo sit verum dicere  
nunc non est homo, et immediate post  
est homo. Siccedat instans in quo verum  
est dicere nunc est homo, et immediate  
antea non fuit homo. instans enim genere  
rationis est intrinsecum rei generis, et  
extrinsecum rei corruptae

Ad 4. R. ad generationem licet successus  
sive fiat essentialis entis in pura potentia  
de quo non loquimur.

Ad ultimum Respondet ex dictis

### caput Tertium

Sine incipit. Secunda pars huius libri in  
quo Aristoteles disputaturus de unitate  
et diversitate motus. docet ea esse  
simul loca que continentur in eodem pri-  
mo loco ad quatuor quo patet esse duo  
corpora penetrative, quod naturaliter  
esse nequit. et contrarium ea dicitur esse  
secundum que sunt in diversis locis. ea  
deinde dicit se tangere quorum extremi  
sunt simul. taliterque duabus sine qui-  
bus se contingunt una superpositio corporis  
aut suppositio correspondeat. Tertio aut  
illud esse, inter, aut medium in quod  
aliquid prius pervenit quam in ultimum  
quo patet medium est aer inter aquam  
et ignem. Deinde immut illud dicitur  
in una motu ei, quod movetur sine ulla  
temporis intermissione. Sicut movetur  
per corpora non continua. N.g. per via  
lapidibus resperam. ea etiam loca contra-  
ria appellat que maxime distant secundum  
viam lineam rectam. non dicit autem secun-  
dum



dum obliquam. quod ab uno puncto in aliud  
 una tantum potest dici linea recta, quae  
 potest esse mensura certa. illius distan-  
 tia. et possunt dici infinitae lineae obliquae.  
 ea insuper declarat sequi se invicem  
 se deinceps. interque non est aliud eius  
 dem generis. quod patet una domus dici  
 et esse deinceps respectu alterius. quando  
 (licet non se contingant) inter utramque  
 non mediatur alia domus. quod si medietas  
 n. g. est. Tandem ea docet dici conti-  
 nua quorum ultima sunt unum. N. g.  
 unum punctum est ultimum unius  
 partis cuiusdam lineae. et alterius par-  
 tis eiusdem lineae. et huiusmodi dicuntur  
 et propriissime continua. proprie vero  
 dicuntur etiam continue partes corporis  
 insertae. et improprie continua appel-  
 lantur. quae clavis aut glutine coniunguntur.  
 unde sequitur quod esse deinceps latius se  
 extendit quam hoc quod est se tangere. et hoc  
 latius se extendit quam esse continuum. quod  
 quod est continuum se tangit. et quidquid  
 se tangit est deinceps et non e converso

capitulum quartum

In hoc capite explicat Aristoteles unde  
 motus habeat quod sit unus genere. unus  
 specie. et unus numero. quod unum terminat  
 ad unam formam genere spe-  
 cie. aut numero. ut alteratus. calefac-  
 tus. et huiusmodi numero calefactus in hoc mo-  
 bili. in hoc tempore. et ad hunc calorem  
 terminata. est autem ille motus maxi-  
 me unus, quem acquirit aliqua forma

per

ma



maxime perfecta. et qui est maxime  
equabilis id est maxime uniformis. quia  
non est velocior secundum unam partem  
et tardior secundum aliam. videtur  
quod quod tardum et velocius non sunt differ-  
rentie essentialis motus, sed accidenta-  
les. Sed arguitur contra dicta quod sequere  
est motum rectum et circularem (quan-  
do per lineam rectam et circularem ac-  
quiritur idem locus) esse eiusdem speciei  
quod omnino est falsum. Respondet  
tamen Aristoteles quod ex diversitate me-  
dij modificat et diversificat terminum  
ad quem. in hoc et similibus casibus -

Quaestio. 1. Vtrum ad unita-  
tem specificam motus suffi-  
ciat et requirat unitas  
specifica termini ad quem.

Et videtur quod non quod Aristoteles. 7. phys.  
cap. 1. dicit illum motum esse unum  
specie cum alio, qui procedit ab eodem  
in idem. ergo etiam requirit identitatem  
termini a quo. et confirmat quod mo-  
tus ad utrumque terminum habet esse  
tralem ordinem. ergo vel per utrumque  
vel non magis per unum quam per alterum  
specificat.

2. quod accretus et decretus distinguuntur  
per speciem, et tamen terminantur ad eam-  
dem quantitatem speciei. in qua mai-  
ritas et minoritas quae relationes sunt



non possunt causare distinctio nempe  
efficiam in motu.

3<sup>o</sup> q<sup>o</sup> motus a nigro in pallidum et  
ab albo in pallidum videtur docere sunt  
totales capite sequenti sunt distincti spe-  
cie, et confirmat q<sup>o</sup> si non distingue-  
rentur specie sequeretur (contra Aristotelem)  
lib. i. de celo cap. 2) quod motui se-  
cundum speciem contrariarentur duo mo-  
tus specie diversi scilicet a pallido in  
album. et a pallido in nigrum.

4<sup>o</sup> q<sup>o</sup> ascensus aeris a superficie terre  
usq<sup>ue</sup> ad concavum ignis, et descensus  
eiusdem a concavo lune usq<sup>ue</sup> ad idem  
concavum ignis distinguuntur specie. tunc  
q<sup>o</sup> alias sequeretur idem motum veniens  
quod in superiori argumento. tunc q<sup>o</sup>  
ascensus et descensus specie distinguuntur.

5<sup>o</sup> q<sup>o</sup> ascensus lapidis usq<sup>ue</sup> ad concavum  
ignis. et descensus eiusdem a concavo  
lune usq<sup>ue</sup> ad idem concavum ignis dis-  
tinguuntur specie. cum alter sit lapidina-  
turibus, alter contra naturam.

6. idem probatur si ascendat ignis et sa-  
pis per eandem lineam rectam usq<sup>ue</sup> ad  
idem concavum lune.

Ultimo q<sup>o</sup> idem motus specie immo nu-  
mero potest terminari ad terminos dis-  
tinctis specie. ut patet si ignis moveatur  
a superficie terre usq<sup>ue</sup> ad concavum lu-  
ne. tunc enim terminatur ille motus ad  
mediam regionem aeris, et ad concavum  
lune, qui sunt termini specie differentes

Pro



Primo intelligentia huius questionis ani-  
maduertendum est primo q. motus cum  
non possit intelligi sine ordine ad ter-  
minum a quo negatiuum. et ad quem  
positiuum ad utrumq. dicit essentia-  
lem habitudinem. ut docet diuus Tho-  
mas primo contragentes. et colligit  
ex Aristotele hoc libro capite primo  
solum autem fecit Aristoteles mentio-  
nem termini ad quem in specificatione  
motus q. terminus a quo per se motus  
est negatiuus. negatiues autem cog-  
noscunt per formas negatas et ab eis specifi-  
cantur. et iuxta hoc statim Respondet  
ad primum argumentum. Ad auctorita-  
tem uero ex Aristotele desumptam res-  
ponderendum est q. hoc est ab ipso quo  
de termino a quo positiuus. N. g. quan-  
do de albo fit aliquid nigrum. nec ne-  
gat Philosophus eum motum esse unum  
specie cum alio. qui non fit ab eodem ter-  
mino positiuo in idem. tantum enim  
dicit illum motum esse unum specie  
qui fit ab eodem in idem. non excludit  
do ceteros. qui ita non fiunt.  
Secundo notandum q. motus dicitur  
specificari per terminum. non sumptim  
absolute. sed secundum rationem termi-  
nandi. sicut et potentia per obiecta  
Tertio aduertendum est q. in motu ad qu-  
antitatem rationes specificantes sunt  
maioritas et minoritas. seu quod idem  
est. quantitas sub ratione maioris. aut  
mi



minores, quod in accretione, et decreto-  
 ne cernitur. nec dicendum est decreto-  
 nem esse motum negativum, ut quidam  
 putaverunt qui terminat ad non qua-  
 litatem. Sic enim motus communis est  
 cum motu positivo, qui ad quantitatem  
 minorem positivam terminat et tendit  
 et si contingat quod quis acquirat novam  
 quantitatem non tamen maiorem ea  
 que erat in re mobilis, quod magis fuit de per-  
 ditum de quantitate quam acquisitum, ad  
 hinc ille motus erit decreto, quod de perae-  
 cedere est quod illa maior quantitas deperda-  
 tur. que dicta autem sunt de accretione  
 et decreto proportionabiliter dicenda  
 sunt de intensione, et remissione, que  
 terminant ad qualitatem.

quod si quis quando calor intendit in lig-  
 no ab igne, et frigiditas remittit, quis  
 nam sit agens remissionis que est actus  
 realis ut decreto: Respondendum est  
 ipsum lignum redigere se ad minorem  
 frigiditatem, ut aqua redigit a se vel  
 a generante de frigida ut dicitur, et calida  
 ut se ad proximam frigiditatem. Potest  
 etiam sustineri decretionem, et qualita-  
 tis remissionem esse motum negativum

4<sup>o</sup> Notandum rationem terminandi  
 in motibus localibus esse naturalitatem  
 vel non naturalitatem, que reperitur in  
 locis respectu rerum mobilium, et instru-  
 mentorum, quibus ad ipsa loca moventur  
 unde colligitur quod si lapis et ignis moventur  
 ad concavum lune illi duo motus sunt de  
 hinc



multi colligitur secundum quod motus quos  
mouet ignis a superficie terre ad con-  
cauum lune, et quod mouet aer ab ea-  
dem superficie ad concuum ignis sunt  
distincti specie / colligitur tertio id quod  
docet Aristoteles primo de celo capite 2.  
scilicet unicuique corpori simplici debet  
unum peculiarem motum simplicem  
distinctum specie a ceteris motibus /  
et quarto ac ultimo colligitur uni corpo-  
ri simplici posse conuenire diuersos mo-  
tus specie. Sicut non eadem ratione  
nam ignis n. g. conuenit motus sursum  
secundum naturam, et motus deorsum  
contranaturam, et motus circularis -  
quod mouet ad motum celi lune preter  
naturam.

quod si contra dicta arguas quod sequeretur  
naturalitatem etiam vel non natura-  
litatem quantitatis, uel qualitatis  
causare differentiam specificam in mo-  
tu, quod non uidetur de eodem. Resse  
discrimen et non paritatem rationis  
quoniam, resque localiter mouentur  
solum habent uirtutem que ita eas  
perducant ad loca naturalia, ut ultra  
ipsa eas non perducant: at uero resque  
accrescere habet principia et potentias  
accresceri, que de se sunt indetermi-  
nata ad quantitatem naturalem, uel  
non naturalem, ac proinde natura-  
litatis, uel non naturalitatis in se quod  
que diuersa principia specie in rebus mo-  
bilibus efficiunt distinctionem specificam  
in



In termino. at uero naturalitas uel  
non naturalitas in quantitate. q. pos-  
sunt procedere ab eodem principio. et  
potentia non efficit distinctionem speci-  
ficam in termino.

Sed instat Rursus quod supra diximus  
in primo physico q. 1. de uita. 4. uiven-  
tia terminantur ad maximum q. sic uia  
conservationis in naturali dispositione  
q. potentia nutritiva. augmentativa  
et alie huiusmodi potentie uiventium  
sunt determinate. ut essentia a quibus  
emanant. Respondet tamen has poten-  
tias terminari ad talem quantitatem  
subiecti naturalem. et in qua consistit  
et in naturali dispositione ea ratione  
qua agunt naturaliter. nam bene pos-  
sunt concurrere ut ex dictis patet ad  
quantitatem non naturalem subiecti  
ea ratione qua agunt contranaturam  
subiecti. et sunt potentia et causa natu-  
rales. que non possunt non agere positus  
requisitis. N. g. cibo. quemadmodum  
etiam materia prima est naturalis  
subiecti cuius est pars. et tamen appetit  
aliam formam contranaturam subiecti  
quod necessarium debet corrumpi anteq. for-  
ma appetita adueniat. Ac proinde non  
imitatur potentia nutritiva diuersa in mo-  
tu ad quantitatem non naturalem ut  
in motu ad locum non naturalem.

His sic positus ad questionem hanc unice  
conclusionem Respondendum est. ad unitatem  
specificam motus sufficit ac requirit unitas  
ter-



terminum ad quem accepti sub ratione ter-  
minandi. hęc conclusio est Aristotelis. c.  
4. huius libri. et potest probari ratione  
superius adducta. q̄ motus dicitur assentio  
secundum ordinem ad terminum a quo et ad  
quem. sed ultimate a termino ad quem . 1.  
Ad. 2. igitur argumentum Respondemus  
q̄ licet quantitas uideatur esse unus ter-  
minus in genere rei. tamen non est unus  
in ratione terminandi / Ad confirmatio-  
nem R̄ motum non terminari ad ma-  
ioritatem aut minoritatem, sed ad  
quantitatem sub ratione maioris et  
minoris.

Ad. 3. R̄ q̄ pallidum N̄g. et alij col-  
ores medij possunt considerari. uel abso-  
lute in se (quos partes secundum proba-  
biliorem sententiam specie distinguun-  
tur ab extremis) uel prout sunt media  
quibz tendit ad extrema. Si ergo primum  
modo considerentur, omnes motus qui ad  
eos terminantur. N̄g ad dultum pallidum  
sunt eiusdem speciei. Si tamen consi-  
derentur ut medium quod tendit in mi-  
norem motus ad ipsum est distincte  
speciei ab eo qui per ipsum terminatur  
in album. et proportionabiliter dicen-  
dum est de alijs similibus motibz ad  
medios colores terminatis / Ad confirmatio-  
nem R̄ non esse incommensurabilem <sup>contra</sup> <sup>Aristotelem</sup>  
incommensurabilem. Si eadem motus secun-  
dum speciem contrariantur duos motus di-  
uersarum specierum si sunt contrarii im-  
pro



proprie ut cernit in proposito. qz pal-  
lori contrariantur improprie duo colores  
scilicet albedo, et nigredo. et ita motus  
ad pallorem contrariantur motus ad albe-  
dinem et nigredinem.

Ad. 4. Respondendum est. ex dictis.

Ad. 5. similiter Per ex dictis aduerton-  
do qz superficies aeris licet materialiter  
sit unus locus, est tamen duplex forma  
licet secundum rationem naturalita-  
tis et non naturalitatis. quatenus est me-  
dium ad acquirendum ~~absentem~~ natura-  
lem aut nonnaturalem

Ad. 6. qz ubi est duplex terminus forma-  
lis / Ad. 7. qz rego aeris per quam pro-  
cedit ignis ad concavum lunę. et ipsū  
concavum lunę non sunt diversa loca  
formaliter per respectum ad ignem; nā  
utraqz superficies est igni naturalis. v-  
na quod em tanqz terminus non ultim-  
us et medium ad ultimum; altera  
vero ut terminus ultimus

Quaestio. 7. Vtrum ad unita-  
tem numericam motus requi-  
rat et sufficiens sit. unitas  
numerica temporis, mo-  
bilis. et forma. que per  
motum acquiritur?

Et quomodo requiratur unitas numerica tem-  
poris probatur primo. qz possunt dari mul-  
ta



ta tempora quando fit unicus numerus  
motus. scilicet ~~motus~~ tempus primiti-  
bilis et tempus quod causat ipse mo-  
tus singularis. et probat insuper quod  
si aliquid cesset a motu. et iterum mo-  
ueatur. uidentur esse duo tempora etiam  
eius motus

2<sup>o</sup> quod si occidat avis in aere cum cadit  
in terram sunt duo mobilia scilicet a-  
vis et eius cadaver. et tamen est unus  
singularis motus. / Et confirmat in  
motu uirga. cuius pars sic uiridis et  
pars omnino sicca. et emortua.

3<sup>o</sup> quod non requiritur unitas numerica  
sive terminum ad quem probat  
in motu singulari. quod lapis descendens  
reca uinculo sive usque ad superficiem  
terre. per quem acquiritur plures ter-  
minis intermediis. et ultimus. / et con-  
firmat ab albo in nigrum. per colores  
intermedios.

Ultimo quod etiam praeter dictas unitates  
numericas. necessario uidetur requiri  
unitas motoris. ergo ille non sufficit.

His tamen non obstantibus ad questio-  
nem Respondet ad unitatem numeri-  
cam motus praedictas unitates requirit  
et esse satis. probat autem hoc respo-  
sum quod neque motus est unicus numero  
sine eis. neque ipse concurrentibus potest  
non esse unus

Ad primum ergo argumentum R<sup>o</sup> r<sup>o</sup>  
pos



posse dari plura tempora que sunt du-  
 rationes intrinsecq; unius motus. requi-  
 rit enim ad ~~motum~~ quod est unicus  
 numerus. que eius duratio non interrum-  
 pat, sed habeat continuitatem corre-  
 spondentem continuitati, que in motu reperi-  
 tur. Et instantia correspondenti mutatis  
 esse. que sunt in motu.

Ad. 2. q. ubi sunt duo motus sicut pri-  
 mum non esse motus animi. et ultimum  
 non esse motus cadaveris. et similiter  
 in virga sunt duo motus contigui. sicut  
 et partes non sunt continui sed contigui.

Ad. 3. q. ubi termini intermedij non  
 terminant perse. sed ut mediant ad ulti-  
 mum terminum aquirendum. alias  
 multiplices possent dici illi motus.

Ad ultimum R. q. etiam requirit unitas  
 motus. sed quoniam. quando relique co-  
 ditiones concurrunt. ista nunquam deficit. id  
 Aristoteles ipse mentionem non fecit.

#### caput quintum

In extrema parte huius libri agit Aristo-  
 teles de motu et quiete. quoad contrarie-  
 tatem. explicans quomodo dicantur  
 contrarij. ait ergo. Primum quod illi motus di-  
 cuntur contrarij. qui ita se habent. ut termi-  
 nus a quo unus sit terminus a quo alte-  
 rius. quemadmodum se habent motus  
 ex valetudine. et motus ad valetudinem.  
 Secundo illi motus dicuntur contrarij. qui  
 habent terminos a quibus contrarios. ut  
 motus ex morbo. et morbus ex valetudine.



Tertio modo illi dicunt contrarij quia ha-  
bent terminos ad quos contrarij. ut mo-  
tus ad morbum, et motus ad valetudinem  
quarto illi motus dicuntur contrarij quan-  
do terminus a quo unus est contrarius ter-  
minus ad quem alterius. ut illi quorum alter  
procedit a valetudine, alter uero ad mor-  
bum. quinto denique modo illi motus dicuntur  
et contrarij. quia sunt inter terminos con-  
trarios. ut motus ab albo in nigrum. et  
motus a nigro in album. Docet autem Ar-  
istoteles huiusmodi motus esse proprijs si-  
milibus contrarios. et quod contrarietas proprie ex  
terminis ad quos contrarij est sumenda  
sicut et specificatio. Docet deinde quod quan-  
do mutationes non habent terminos habē-  
tes alios contrarios. ut sunt substantia. il-  
le mutationes dicuntur contrarij. quia ita  
se habent ut terminus a quo unus sit  
terminus ad quem alterius. ut patet in ge-  
neratione et corruptione huius enim qui  
est terminus ad quem generationis est  
terminus a quo corruptionis  
Docet ultimus illi motus quia sunt inter  
medios colores et extremos esse contrarios  
quod terminj semper participant rationem  
contrarietatis extremorum. ||

### capitulum ultimum

In hoc explicat Aristoteles quae quies  
dicantur contrarij motibus, et quae inter  
se dicantur contrarij. illa ergo quies dicitur  
contraria motui sursum quae est in ter-  
mino a quo scilicet deorsum. et illa dicitur  
quies



quietes dicuntur inter se contrarie que  
 sunt in terminis a quibus contrarijs  
 ut quies in sanitate. et quies in morbo  
 non est autem illa quies contraria mo-  
 tui. que est in termino ad quem ~ ma-  
 gisq; dicitur motus alteri motui contrarij  
 q; quieti. cum enim motus partim sit  
 in fieri partim in factu esse non ad mo-  
 dum contrariae quieti.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



# Annotationes in sex tumo libro Physicorum

In primo capite multis probatur  
nullum continuum ex indivisibilibus  
componi et primo de magnitudine. se  
cundo de motu. et consequenter de tem  
pore. Prima ergo ratio est quod contigua  
aut continua dicuntur quorum ultima  
sunt simul, aut sunt unum. indivisibi  
lia autem non habent primum neque  
ultimum. Secundo quod indivisibilia  
nec possunt esse continua ut dicimus  
neque se tangere quod sic essent simul lo  
co et penetrarent secundum se loca et  
non differrent situ neque loco. nec simul  
ter habere se possunt consequenter quoniam  
ter ea mediabunt aliqua continua in  
quibus erunt indivisibilia que in quanto  
medesunt. Tertio probatur quod si continu  
um ex indivisibilibus componitur in indi  
visibilia dividere quod est contra eius  
definitionem.

Quoniam autem eadem ratio est de mo  
tu qui fit per magnitudinem et illi corres  
pondet. et de tempore correspondente  
motui eiusdem argumentis convincitur  
necesse ex indivisibilibus constitui.

## ¶ II. Summa secundi capitis

In hoc capite ostenditur tempus non consta  
re ex indivisibilibus. neque esse motum per  
spacium infinitum in tempore infinito. neque  
etiam. ad hoc autem probationem  
supponit Philosophus dari velocius et  
tardius in motu. et supponit etiam quod  
6



Locus mobile in minori tempore tran-  
sit maius spacium aut etiam equale  
q̄ mobile tardius. que dese constat. ne  
q̄ minutatim disersa utilitatem affe-  
runt. ac proinde omittenda putamus.

### Summa Tertij capitis

In hoc capite supponit Aristoteles tria  
que sigillatim probat. primum est q̄ est  
nunc indivisibile in tempore. Secun-  
dum q̄ in ipso nunc nihil mouet neq̄  
quiescit. Tertium q̄ indivisibile ne-  
quit moueri. Primum probat q̄ de tem-  
pore aliquid est presens secundum se totū.  
Secundum q̄ sequeret q̄ nunc esset diui-  
sibile, si tunc motus quiesceret in ipso.  
Tertium probat q̄ mobile dum mouet  
partem debet esse in termino a quo et  
partem in termino ad quem, quod indi-  
uisibili conuenire nullo modo potest.

### Summa quarti capitis

In hoc probat motum diuidi cum mobili  
et tempore. Itemq̄ alia explicat que  
cum motu diuiduntur. cum mobili diui-  
ditur motus q̄ quilibet partes mobilis mo-  
uent. q̄ autem diuidat motus cum tem-  
pore constat q̄ fit in tempore, et minor mo-  
tus in minori tempore. diuidunt ergo cum  
motu, mobile ipsum, tempus. ipsum mo-  
uent. et terminus motus. intellige ue-  
ro que quantitates sunt diuidunt per  
se. alia uero per accidens, ut terminus  
alterationis. et hęc omnia quantum ad  
finitum esse uel non. se consequuntur.  
pro



provenit autem in omnibus divisi-  
bilitas et finitas ab ipso mobili sum-  
pto ut succedit sub maiore extensione  
forma.

### Summa quinti capitis

In hoc capite probatur non dari primum  
essentium, nec aliqua pars mobilis, que  
primo inceperit moveri. Similiter ne-  
que prima pars spacij primo pertransita  
datur autem primum mutatum esse in  
motu extrinsecum illi. In quo verum  
est dicere nunc non est motus et imme-  
diate antea fuit motus et similiter  
dat ultimum non esse motus in sui in-  
ceptione, quando verum est dicere nunc  
non est motus, et immediate post hoc e-  
rit motus.

scilicet  
primum  
non esse  
illius

Notandum autem quod quedam res inci-  
piunt per motum, et desinunt etiam  
per motum: alie incipiunt per motum  
non tamen desinunt per motum: alie  
desinunt per motum, et non desinunt  
per motum, et non incipiunt per motum.  
et alia denique, neque incipiunt, neque  
desinunt per motum.

### Summa sexti capitis

In hoc probatur duo alterum est quod ante  
quod libet moveri processit mutatum esse  
et ante quod libet mutatum esse processit  
moveri. quod omne quod mutatur in aliquo  
tempore per se primo, necesse est moveri  
in aliqua parte illius temporis per se primo  
omne autem moveri habet infinita mu-  
tata esse, sicut omnis linea habet infinita

parte



puncta. praedicta duo demonstrative pro-  
bat Aristoteles aliquibus rationibus. sup-  
posito prius q. quodquid mouet interdum  
os terminis positus mouet in tem-  
pore.

~) Summa capituli septimi

In hoc capite probat in infinito te-  
pore non posse aliquid mobile transire  
finitam magnitudinem; neq. in tem-  
pore finito infinitam magnitudinem  
neq. infinitum posse transire. prima  
pars probat q. si in infinito tempore  
transiret finitam magnitudinem. er-  
go partem illius magnitudinis in mino-  
ri tempore pertransibit. atq. ad eum te-  
pore finito. ergo duplam partem in di-  
plo tempore. et quadruplam in quadruplo  
et consequenter totam finitam magnitu-  
dinem in tempore finito. reliqua plana  
sunt in textu.

Summa octauo capitis.

In hoc probat q. status est in tempore  
et similiter quies. q. quod aptum est  
moueri ex tempore et hoc. quod moueri  
aptum est. necesse est q. moueat aut qui-  
escat. in puncto reflexionis mobile mo-  
ueri aptum est. et illic non quiescit. q. p-  
tus remittit ad quietem. ergo illic moue-  
t mobile. ergo status mobilis est in illo p-  
to in tempore. De quiete probat. q. illud  
dicitur quiescere. quod similiter se habet  
moueri et prius. quod in instanti non reperi-  
unt. quare neq. dicitur prius esse status  
neq. quietis

Summa nono capitis

In



In hoc capite probat Aristoteles indivi-  
sibile non posse moveri. neque esse aliquod  
motum continuum infinitum. nisi in  
tuo celi.

In hoc capite Respondet Aristoteles ra-  
tionibus quibusdam et alijs. concludebat e-  
nim quod nihil movetur quod semper sit in  
loco subequali. et concludebat. Item quod  
in motu nunquam pervenit ad finem. neque  
vel cum termino attinget tardum mobile  
quod omnia dissolvuntur ex eo. quod spatium  
per transitum in motu. in alio finitum  
est. et sic per transitum. est autem infini-  
tum in potentia. ac proinde non obstat  
quod alio pertranseat.

Alias rationes ~~quibusdam~~ procedebant ex eo  
quod omne mobile. aut est in termino a quo  
aut in termino ad quem. ~~quod est in termino~~  
et ex eo quod cum mobile circulanter non  
mutat locum non movetur. sed solvitur  
et quod prima solum procedit contra eos qui  
dicunt indivisibile moveri. Secunda autem  
quod saltem secundum partes mutat locum

### Summa decimi capitis.

In hoc probat indivisibile non posse mo-  
ver. neque esse motum aliquem continu-  
um infinitum. nisi motum celi. Primum  
probat ~~quod est in termino~~. primum quod si movetur  
a punctum ab. A. in. B. vel cum movetur  
est in. A. vel. in. B. et hoc implicat quod ni-  
am si movetur. neque totum debet esse in termi-  
no a quo. neque totum in termino ad quem.  
Sed neque potest esse partim in termino a quo  
et partim in termino ad quem; quoniam sic

iam



iam esset partibile. Alia ratio sumit ex  
 eo. qd si punctum separatim mouere tur  
 men surare totam lineam. et sic lineas  
 sic expunctis. Secundum uero probat  
 quoniam omnis motus est a quodam in  
 quodam determinato. ergo nullus in in  
 finitum, quod etiam de motu locali constat.  
 etenim quod impossibile est esse mutatu  
 impossibile est moueri. ~~Et~~ in finitum spa  
 cium per quod deberet fieri motus impos  
 sibile est pertransiri. ergo impossibile est  
 motum esse infinitum per ipsum. at ue  
 ro per spacium finitum tempore infinito  
 unus est motus infinitus tantum. Et  
 hic est motus primus. Et haecenus de  
 sexto libro physicorum.



## Annotationes in septimū librum Physicorum

~ Summa Primi capitis  
In hoc capite probat Aristoteles omne  
quod mouet moueri ab aliquo. et quod  
est abire in infinitum. immo est unus  
primus motor. q. ergo omne quod mo-  
uet ab alio moueat in motu habentibus  
principium sui motus manifestum est  
in habentibus autem etiam est uerum  
quod in talibus una pars mouet ab alia  
quousque perueniat ad unum mouens  
in motum. Si enim essent infinita mo-  
uentia et mobilia motus in infinitum  
posset esse in tempore finito cum illa mo-  
uentia et mobilia simul mouerentur  
et per consequens in una hora posset u-  
numquodque perficere suum motum. et  
huc supra probatum est esse impossi-  
bile

~ Summa Secundi capitis  
In hoc probat mouens ultimum et  
primum motum esse simul. et primo  
probat in motu locali supposito omne  
genus motuum localium reduci ad eum  
qui est tractus. et qui est pulsus. et ad id  
probandum utitur inductione. immo  
et in motu alterationis idem inductio-  
ne probat. quoniam (dicit) in maxima  
ta dum alterant. Sicut ignis a quo pri-  
mum alterant non sit simul, sunt ta-  
men simul species que ultimouent  
sensum, et sensus. / et similiter idem  
in



inductione probat in motu augmentati-  
nis.

### Summa Tertij capitis //

In hoc probat Philosophus q. alteratio  
non est in quarta specie qualitatis. De-  
inde, q. neq. in prima. non solum respec-  
tu habituum materialium, sed neq. spi-  
ritualium. nam neq. cum acquiritur  
forma substantialis, dicitur res alterari //  
sed acquirere esse et perfici. neq. cum ac-  
quiritur et completur forma artificiales  
v. g. domus. Et idem dicendum est in ha-  
bitibus corporalibus. etenim ad sanitatem  
pulchritudinem, etc. non est alteratio  
sed ad ultimum temperamentum, seu hu-  
morum commensurationem, quae eiusmo-  
di habitus procedunt, et ad quae ipsi con-  
sequuntur. Similiter ad habitus mora-  
les non est alteratio, sed magis ad sedati-  
onem passionum, aut ad aliud, quod posi-  
to ipsi sequuntur. Et idem dicendum est  
de habitibus intellectualibus, quoniam is-  
tiusmodi non per mutationem ad ipsos, sed  
per mutationem, aut in rebus externis  
aut in sensibus, aut per expulsionem  
turbationum impedientium ipsorum habi-  
tuum usum.

### Summa quarti capitis

In hoc capite docet Aristoteles, quomodo  
sunt comparabiles, et quid requiratur ad  
hoc ut duo motus sint comparabiles.  
Dicit autem q. quamvis alteratio et motus  
localis si in equali tempore fiant compara-  
biles videantur, minime tamen comparabi-  
les



1) Res sunt alias enim comparabiles  
sicut passus longitudini. Similiter rudi  
1) sunt comparabiles motus rectus et cir-  
cularis (licet videantur esse) quia sequitur  
rectam lineam rectam. et circulari non pos-  
se comparari in longitudine.  
Ea igitur quae comparantur non debent  
comparari in aliquo quibus est. ut  
vires et stipes non debent comparari  
in acuto. quod de eis quibus est dicitur.  
nec sufficit sicut dicitur. sed praeter hoc  
requiritur. quod immediatum susceptum  
in quo fit comparatio sit eiusdem ra-  
tionis. Sic comparabilia sunt canis et  
equus in albedine. quoniam suscepti-  
vum albedinis ut utroque scilicet super-  
ficies. eiusdem rationis est. est in sup-  
tertra conditio. ut forma in qua fit com-  
paratio sit eadem in specie infima. Ita  
quod canis et equus non sunt comparabilia  
in colore. bene tamen in albedine. Sed id  
ergo alteratio et motus localis non sunt  
comparabiles. quia non habent unam form-  
am specificam. neque requiritur unitas  
specificae instrumentorum ut aliquos  
comparabiles sint. scilicet si motibus  
fiat pedibus aut alijs rebus. 1) diversa  
autem forma in specie erit. non solum  
quia subiecta diversa sunt. sed magis quia  
ipsa forma in se est ab alia diversa.  
Alterationes ut comparent debent ha-  
bere eundem speciem terminum. et ut  
comparent in similitudine iuxta il-  
lum terminum debent acquirere in



eadem tempore eisdem gradus inten-  
sivus. et ut comparentur in equalita-  
te debent alterari in eodem tempore  
secundum easdem partes. et genera-  
tiones. etenim quae tendunt ad eandem specie  
comparabiles sunt. ut dicantur illae equae  
veloces, quae in eodem tempore eandem spe-  
cie producit. ut duae generationes dierum  
similium. Similiter autem hic gene-  
ratis pro generatione et alteratione pro-  
pria

Notandum autem circa hoc caput  
est quod comparatio est duplex. scilicet  
vel simplex. quae in simplici forma. et  
composita. quae in pluribus versatur  
ut si dicamus. sicut se habent quattuor  
ad duo. sic sex ad tria. et loquitur Aris-  
totelēs hic de comparatione simplici. quae  
perfectior est. et hae simplex est triplex  
quaedam quae fit in specie infima et hae  
est propriissima. quaedam quae fit in ge-  
nere. quae metaphysica vel logica vo-  
cat. quae minus propria nuncupatur. et  
tertia fit in analogo quae impropria vo-  
catur. Hic autem ut constat ex dictis  
de prima loquitur Philosophus.

Notandum etiam quod motus rectus et cir-  
cularis non comparantur in velocitate  
quamvis velocitas non differat essentia-  
liter in illis. quoniam diversam habent  
regulam. et mensuram velocitatis

### Summa quinti capituli

In hoc ultimo capite ponit Aristoteles quin-  
que regulas circa motum. et movens. in  
pri



primus uero Notae q. in motu reperit  
tur quattuor. Primo mouens ipsum  
(demonstrat eduisibilis loquitur) secun-  
do motus. Tertio spacium (loquitur  
num demonstrat b. h. deinde descendit  
ad alios motus) et quarto tempus  
statuuntur septem regulas. scilicet q.  
si potentia ut quattuor mouet mobile  
resistens ut duo. per spacium bipedale  
tempore unius horae. eadem potentia  
mouebit mobile resistens ut unum  
spacium quadrupedale in eodem tem-  
pore unius horae. Hoc modo multipli-  
cantur septem regulae diuidendo iam mo-  
bile. et spacium multiplicando. uel  
diuidendo spacium. et minuendo tempus  
Contra unam tamen specialiter ex regu-  
lis est argumentum. q. sequitur q. si homo  
per unum milliaria potest ferre pondus  
unius librae. centessimam partem pote-  
rit ferre per centum milliaria in eodem  
tempore. cum tamen accidat hominem  
qui potest moueri per milliaria. nequaquam  
per centum milliaria. non solum in eo-  
dem tempore; sed neq. in centesimo  
moueri.

In defensione omnium regularum et  
omnium argumentorum in contrarium  
Notandum est regulas Aristotelis sic  
esse intelligendas. ut nomine mouentis  
solum uirtutem motiuam intelligamus  
prescindendo omnem resistantiam. quae  
ei posset misceri ex parte subiecti mouen-  
tis et nomine mobilis intelligat non so-

Liam



Sum resistencia, quæ provenit a mobili.  
 Sed etiam, quæ provenit a medio, et a mo-  
 uente. et per spaciū intelligit solam  
 quantitatem absq; resistencia. Unde  
 in argumentis supra factis patet, q; nō  
 invenit resistencia ea proportione, qua  
 augetur per spaciū, immo multo magis  
 augetur resistencia, q̄z antea erat. Licet  
 etiam non augetur ex parte ponderis, ma-  
 nec tamen delecta ex parte spaciij et mo-  
 uentis. maior autem uelocitas motuum  
 attendit peres proportionalitatem vir-  
 tutum ad suas resistencias. Unde motus  
 ut octo, et mobile resistens ut duo efficiunt  
 motum in duplo uelocitatem, q̄z resistens  
 ut quattuor, et mobile resistens ut duo,  
 q; illud mouens excedit suam resisten-  
 tiam in proportione quadrupla. Hoc au-  
 tem in proportione dupla. Sed proportio  
 quadrupla excedit duplam, in dupla pro-  
 portione, ergo motus illius erit uelocior  
 motu huius in dupla proportione  
 quoniam uero ad exactam intelligen-  
 tiam eorum quæ in hoc libro continentur  
 proportionum notitia maxime conducit  
 breuiter quantum discussus noster et  
 procedendi methodus patet de eisdem ser-  
 monem instituemus.

~) **Summarium Proportionum**  
 Proportio duplex est scilicet ~~per se~~, aut  
 communiter dicta. primo modo est compara-  
 tio duorum ad inuicem comparatioq; in  
 aliquo uero predicato uniuersa, ut dum  
 comparantur Socrates et Plato in albedine uel alia qualitate  
 Secundo modo est duarum quantitatum ad  
 in quia obueni  
 sunt

aut pro  
 que



in vicem habitudo. ut duo comparata ad  
unum in ratione continentis, quoniam  
duo bis continent unum, et inde oritur pro-  
portio dupla.

Proportio pro predicta est duplex scilicet  
rationalis. et irrationalis. rationalis  
est duarum quantitatum commensurabilium  
suum una communis mensura ad vicem  
habitudinis. ut bisectionum, et quadratorum  
commensuratio enim cubito multiplicato  
irrationalis est duarum quantitatum  
continuarum finitatum incommensurabilium  
una communis mensura. Cuiusmodi  
commensuratio numerus requiritur, ut  
costa et diameter in quadrato. non enim  
potest assignari aliqua mensura, quae  
suarum costam, postea ipsam aliquam  
parte mensuret diametrum, sed semper aut  
excedet, aut deficit. differunt autem quod  
irrationalis non consideratur ab Arithmetico  
ipsa enim est de unitate et numero  
et huiusmodi proportio non potest ab aliquo  
numero, vel unitate denominari  
in geometria vero utraque consideratur  
quoniam ipsa est de magnitudinibus con-  
tinuis, ex quibus aliquae sunt commensura-  
biles, aliquae non. constat enim geometri-  
am considerare latera quadrati commensurabilia  
et diametrum incommensurabile  
laterum.

Proportionum rationalium alia est aequo-  
litatis, alia inequalitatis. Proportio aequo-  
litatis est duorum equalium ad vicem  
habitudinis. ut duo et duo. Proportio ine-  
qua



qualitatis est duorum iniqualem ad minus  
 eam habetudo ut sex et tria.

Propositio Item iniquitatis est duplex  
 alia scilicet minoris iniquitatis. alia ma  
 ioris. proportio minoris iniquitatis est mi  
 noris ad maius habetudo. proportio maioris  
 iniquitatis est maioris ad minus habetudo  
 ut sex ad tria.

Proportio maioris iniquitatis continet quin  
 que species. que sunt istae. multiplex, superpar  
 ticularis, superpartiens, multiplex super  
 particularis; et multiplex superpartiens.

Proportio multiplex est quando maius con  
 tineat minus plures precise. et multas habet  
 species. nam si continet bis dicitur dupla. si  
 ter tripla. ut tres et sex. duo et sex. si qua  
 ter quadrupla. ut duo et octo et sic in infini  
 tum.

Proportio superparticularis est quan  
 do maius continet minus semel. et aliquam  
 eius partem. et habet multas species nam  
 si continet semel et medietatem dicitur sexqui  
 altera. vel hemisla. ut tria et duo. si ter  
 tiam partem dicitur sexquitercia. ut quattuor  
 et tria. si quartam sexquiquarta ut quin  
 que et quattuor. et sic in infinitum.

Proportio superpartiens est quando maius con  
 tineat minus semel. et aliquas partes. et habet  
 multas species. nam si continet semel minus  
 et duas partes dicitur superbi partiens. ut quinque  
 et tria. si tres partes dicitur supertrispartiens  
 ut octo. et quinque. si quattuor partes dicitur  
 superquadrupartiens. ut duo decim. et octo.  
 et sic in infinitum.

Proportio multiplex superparticularis est  
 quando maius continet minus plures. et ali  
 quam eius partem. et habet multas species  
 nam si continet bis et medietatem dicitur du  
 pla



pla sexquialtera ut quinq; et duo. Si ter  
tam partem dicitur dupla sexquitercia -  
ut tria et septem: si quartam partem  
dicitur dupla sexquiquarta. ut quattuor et  
novem. et sic in infinitum.

proportio multiplex superpartiens est quā  
do maior continet minus plures et aliqu<sup>as</sup>  
eius partes. et habet multas species. nam  
si continet bis et duas partes dicitur dupla su  
perbi partiens ut tria et octo. si bis et tres  
partes dicitur dupla supertripartiens ut quat  
tuor et undecim. etc.  $\Delta$

$\Delta$  Ut autem scias  
omnes predictas spe  
cies multiplicarij  
describere tabula  
in qua ~~sum~~ discer  
ries has species -  
usq; ad centum ut  
exponetur infra.

~~ut autem scias omnes pre~~  
Declaratis speciebus proportionis maioris in  
equalitatis. agendum est de proportionali  
tate. de proportionabilibus. et de inmuta  
tis proportionabilibus

Proportionalitas igitur est comparatio dua  
rum proportionum ad invicem. ut si ut se  
habent sex ad quattuor. ita tria ad duo -  
est autem triplex scilicet arithmetica geo  
metrica. et musicalis. Proportionalitas  
arithmetica est duarum proportionum si  
militudo secundum differentiam. et excess  
sum. ut quattuor et sex. tria et unum |  
differentia autem sine excessu est quanti  
tas. qua maior excedit minus. et quonia  
inter quattuor et sex. et inter tria et unum  
est idem excessus (Sicut enim sex superant  
quattuor in duob; sic tria superant unum  
in duob;) ideo inter ea est proportionalitas  
arithmetica.

Proportionalitas geometrica est duarum pro  
portionum similitudo secundum speciem  
Sicut sit dissimilitudo secundum excessu.

ut



ut sex et quattuor. tria et duo. nam utrobique est proportio sexquialtera. non autem est idem excessus. quoniam sex superant quattuor in duobus. et tria superant duo in uno. Proportionalitas musicalis est extremorum proportionalium ad invicem. et differentiarum ad invicem similitudo. ut si dicat sic. sex quattuor. tria. Sex enim superant quattuor in duobus. et quattuor superant tria in uno. istae ergo sunt differentiae sive excessus. duo. duo et unum. et inter se servat proportio dupla. nam sicut se habent sex et tria, sic duo et unum.

proportionalia ~~arithmetica~~ arithmetica et geometrica. alia continua alia discontinua: continua est quando copulant partes ad communem terminum ut sicut se habent quattuor et duo, ita duo et unum.  $\text{¶}$  Duo est terminus communis. discontinua est quando duae proportionales non copulantur ad communem terminum. ut si dicat. sicut se habent sex et quattuor. ita tria et duo.

proportionalia arithmetica sunt illa quorum differentiae et excessus sunt aequales. ut sex et quattuor. tria et unum. superant enim sex quattuor in duobus. et tria unum in duobus.

proportionalia geometrica sunt illa quorum proportionales sunt eiusdem speciei. ut octo et quattuor. sex et tria. quoniam utrobique servatur proportio dupla.

proportionalia arithmetica commutata sunt illa, quae sic se habent quod sicut antecedens unius se habet ad antecedens alterius. sic consequens unius ad consequens alterius secundum differentiam et excessum. ut

hic



hic sicut se habent sex ad quattuor sic  
 tria ad unum. ergo commutando sicut se  
 habent sex ad tria. ita quattuor ad v  
 num. sed sex superant tria in tribus  
 ergo quattuor superant unum in tribus  
 Proportionalia geometrica commuta  
 ta sunt illa quorum antecedentia ad  
 invicem. et consequentia ad invicem  
 habent eandem speciem proportionis  
 ut hic. sicut se habent sex ad tria. ita  
 quattuor ad duo. ergo commutando sicut  
 se habent sex ad quattuor. ita tria ad duo  
 sed inter sex et quattuor est proportio sex  
 qui altera. ergo et inter tria et duo ~  
 Ut autem intelligas tabulam proportio  
 num maioris inaequalitatis adverte q. in  
 quadrato inferius descripto. in latere. A  
 et B. procedit ab uno usq. ad decem. in la  
 tere autem. C. et D. a decem usq. ad cen  
 tum. Et nota q. qualis proportio est inter  
 numeros prima linea. procedendo ab. A.  
 ad B. talis est inter numeros subsequen  
 tium linearum correspondenter. N. g. quo  
 tuam inter tria et duo est proportio sex  
 qui altera eadem est inter sex et quattuor  
 inter novem et sex. et inter duo decem et  
 octo. et sic descendit usq. ad ultimam line  
 am. in qua triginta. et viginti sunt in ea  
 dem proportione. Item adverte q. in ta  
 bula deperguntur lineae arcuatae. ut dignos  
 cas species proportionum comprehensas in  
 ter dictas lineas.



Anno 1688

Handwritten text, likely a list or account, written in a cursive script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text at the bottom of the page, continuing the list or account. It is also mostly illegible due to fading and bleed-through.



# Annotationes In octavū

## Librum Physicorum Arist<sup>is</sup>

Postq̄ Aristoteles libro quinto agit de motu comparando ipsum cum suis partibus subjectis. hoc est cum suis speciebus et in libro sexto agit de ipso comparando illum cum suis partibus integrantibus. In septimo et octavo libro agit de motu comparando eum cum primo motore, et primo mobili. docetq̄ in motibus esse ad unum primum mobile et primum movens tandem deveniendum id quod in hoc octavo libro accuratius factum est.

Porro in eo quinque partes continet et in prima probat motum fuisse ab eterno in secunda docet quomodo res naturales se habeant ad moveri et quiescere. in 3<sup>a</sup> declarat quomodo movetur ab alio movente idq̄ probat. in 4<sup>a</sup> probat precipuam huius libri institutionem scilicet in motibus deveniendum esse ad unum primum mobile et ad unum primum motorem. In quinta deniq̄ explicat nonnulla que conveniunt primis motoribus et de primo motu nonnulla etiam exponit.

### Caput Primum

In hoc excipit Philosophus questionem quamdam generalem de motu. Vtrum scilicet motus aliquando inceperit an vero fuerit ab eterno. cuius questionis posterius partem nonnullis comprobac argumentis. suppositis opinoribus philosophorum plures fuisse mundos ab eterno quibus generatim erant corrupti

asserentium



tio alterius. et affirmative concludens  
 motum nunquam incepisse immo ab ætheri  
 existere. quod subpersuadet quod alias da  
 rec motus prius primus. aut posterior ulti  
 mo cum quod libet moueri aliud moue  
 ri precedat. et ad quod libet moueri siue  
 partem motus alia sequat. Et similiter pro  
 bat ex tempore quod ætherium esse affi  
 mac se motus semper conuenit ut constat  
 quod alias darec instans a parte ante ante  
 quod non esset aliud instans aut a parte  
 post darec instans post quod non esset aliud  
 sed profecto de fine tenendum est mundum  
 incepisse. ut generes historia commemorat  
 et rationes Philosophi facile dissoluantur  
 ex eo quod creatio (quam ipse non cognouit)  
 est inuicatio prima de non esse re ipsa esse  
 quam nullus motus precessit neque remo  
 to alio cuius impedimenti in primo mo  
 uente qui secundum bene placitum uolu  
 tatis sue tunc mundum de nihilo produ  
 xit. quando ab ætheri producendum de  
 creuerat. aliquas ex creaturis in ætherium  
 conseruatis. Instantia uero continuati  
 ua temporis sic se habent quod ante quod libet  
 precedit aliud. et ad quod libet aliud sequi  
 tur. sed interminatus non est sic ac proinde  
 dat primum instans initiatum in tempo  
 re. et dabit ultimum in quo desinat. //

### caput secundum

In hoc capite Aristoteles aliquas ratio  
 nes adducit quibus quisquam posset persua  
 dere contra suam sententiam mundum non  
 fuisse ab ætheri. quas tanquam parum conti  
 derabiles omittendas putamus.

Sit ergo questio prima utrum  
 a deo potuerit aliquid ab ætheri  
 no per creationem produci. In

Deducendo ad  
 impossibile in  
 conueniens

quorum produc  
 tionem non pre  
 cessit aliqua po  
 tentia physica  
 et realis ex parte  
 sua ut produce  
 rent. sed tantum  
 logica. et nonne  
 pugnantia ut fi  
 erent.



In hac questione uaria fuerunt Philosophorum  
 sententiae. Albertus enim magnus  
 secundum libros. et Henricus de Gandavo. q. 7  
 quodlibet. 1. et quodlibet. 9. q. 17. arbitra-  
 re nullam omnino rem potuisse ab eterno  
 produci. Nominales uero ut Gregorius Ari-  
 minensis. in 2. dist. 1. q. 3. et Hocham  
 in eodem. 2. putant omnes res potuis-  
 se ab eterno creari. Durandus autem in  
 eodem. 2. dist. 1. q. 2. et 3. existimat  
 res quidem permanentes potuisse esse ab  
 eterno per creationem. res uero successi-  
 uas (ut motum et tempus) non potuis-  
 se esse ex eternitate. et alij denique alij-  
 ter arbitrantur.

Ad huius tamen questionis difficulta-  
 tem Sacramentali conclusione Respondemus  
 creatura potuit ab eterno a deo per crea-  
 tionem produci. probat quod non implicat  
 neque ex parte dei qui eandem potentiam  
 habet agens libere. quam haberet agens  
 ex necessitate naturae. ac si ageret ex ne-  
 cessitate posset ab eterno creare. ergo et a-  
 gens libere. deinde quod si ignis esset ab eter-  
 no ~~ab eterno~~ ab eterno calefaceret. ergo  
 et deus ab eterno existens. ab eterno potuit  
 et creare. Neque implicat ex parte rei pro-  
 ductae esse ab eterno per generationem ut  
 patet in uerbo diuino. ergo neque esse ab  
 eterno per ~~generationem~~ creationem  
 neque obstat quod in generatione dicta uerbum  
 non distinguitur essentialiter a patre gene-  
 rante sicut distinguitur necessarius creatu-  
 ra a creatore. quoniam si non fuisset ab  
 eterno. etiam uadium ab eterno emississet  
 a se essentialiter distinctum. Neque uero  
 J. G.



173

placeat aliquid ab eterno produci ex par-  
 te ipsius creationis. si enim esset ex eo  
 quod cum creatio sic facta ex nihilo suppo-  
 nere videtur antecedenter ipsum non esse  
 rei. sed hoc non sic intelligendum est quia  
 si ab eterno procedat ipsum non esse rei ta-  
 licet quod res creata haberet terminum a  
 quo positivum, sed negativum. taliter  
 quod esset factus non ex aliquo, ac proinde  
 illud quod fieret non esset prius nihil.  
 ut notat Anselmus cap. 3. in monologio  
 Contra hanc tamen conclusionem sic pri-  
 mo aliquis arguet. quod si deus potuit ab e-  
 terno creare, ergo necessarius creavit. pro-  
 bo consequentiam quod non potuit non crea-  
 re antequam crearet quod sic iam creatio non  
 esset eterna, nec similiter potuit non  
 creare postquam creavit quod ad praeteritum  
 est potentia, necque etiam dum crearet, quod  
 res dum est necessaria est esse ut dicit Aristoteles.  
 1. per hunc. e. ultimo.

2<sup>o</sup> quod si deus posset creare mundum ab  
 eterno vel creasset illum in eternitate  
 prout respondet nostrae durationi indivi-  
 sibili scilicet instanti et ita creasset in  
 instanti eternitatis et haberet illa creatio  
 aliquid instantis initium sui a quo  
 sequenti non esset ab eterno. neque tamen  
 crearet in eternitate prout respondet du-  
 rationi nostrae divisibili scilicet tempori  
 nam vel ut responderet durationi finitae  
 et sic non esset ab eterno. vel ut responde-  
 ret finitae et ita nulla pars esset talis du-  
 rationis versus nos in qua deus posset non  
 creare. quam in precedenti creaverat et  
 ita necessarius creasset quod est impossibile  
 3<sup>o</sup> quod creatio deberet fieri in instanti quod  
 esset



4. qz quod sic  
petere rationem  
sive instanti-  
simul enim sic  
et factum est  
de fieri in instā  
ti est contraria  
turam eternita  
tis.

esse necessario principium dicitur  
rei productq. sic autem qz terno repugnat. A  
vltimo qz nihil potest creari (nec demus  
qz in instanti aut in tempore finito  
pertranscat distantia infinita ~~in~~ qz  
est inter non esse et esse rei) ergo nul  
lominus ab eterno creari

1<sup>o</sup> Sicut qz istius intelligentia no  
tandum qz res omnes causant et conseru  
ant a deo accipiendis ab ipso illud esse  
quod habebant et eis contulit ex nihilo  
itaqz in nihilum redigerent. si deo ta  
le esse illis non conferret. sicut celum  
solis, quod ab ipso producit. desineret esse  
nisi sol sua presentia illud conseruaret

2<sup>o</sup> est notandum qz conseruatio ista duo  
habet. Primum qz deus per ipsam confe  
rat illud esse, quod antea tam habebant  
Secundum est qz ex nihilo illud esse illis  
conferat unde

3<sup>o</sup> Aduertendum est qz duplex est creatio  
altera inimirum ista conseruatio de qua  
locuti sumus, quae appellat creatio sine  
nouitate essendi. altera uero est creatio  
cum nouitate essendi, per quam scilicet  
producit res ex nihilo recipiendis illud es  
se, quod antea non habebat.

uel si magis placeat breuius et forte me  
lius aduerte qz eadem est actio qua deus  
res creat et eas conseruat. in his solum  
differt qz creatio terminat ad esse cum  
nouitate, conseruatio uero (quae de equi  
dem productiua est rei) terminat ad id  
esse sine nouitate conseruandum.

Ad primū quod positis R<sup>o</sup> qz etiam si deus ab eterno  
creasset libere creasset, posset autem no  
cre



creare dum crearet. nam etsi res diuina  
necessarius sit ex suppositione rationis  
simpliciter.

Ad 2. R. q. crearet in eternitate abs  
sua sumpta. et non prout respondet huic  
uel illi durationi.

procedit  
de crea  
tione

Ad 3. q. ~~crearet~~ quod est cum uoluntate es  
sendi. Ad 4. q. res ab eterno creata in  
quolibet instanti infiniti temporis acci  
peret illud nec esse quod antea habebat.  
Sine uoluntate tamen essendi.

Ad ultimum R. cum Durando q. illa distan  
tia. cum non sit inter terminos reales. non  
est realis. uel melius cum D. thoma. s. p.  
q. 45. art. 2. et 4. q. cum inter ens et non  
ens non det medium (si quidem sunt con  
tradictoria) nulla dat tales distantia que  
debeat esse medium. Ratio autem quare  
creare arguat potentiam infinitam non  
est q. perentia ista distantia, sed que  
cum dicitur Thomas. s. p. q. 4. art. 5. educe  
re formam de uisibilibus arguit potentiam in  
finitam. si quidem educere eam ex aliquo  
arguit aliquam

## Quæstio. I. De creaturis in Particulari

Postq. in precedenti quæstione generaliter  
diximus posse creaturam ab eterno produci  
Restat disputandum de creaturis in par  
ticulari. hoc est de hac et de illa creatura  
q. uis quædam rerum sunt permanentes  
ut uelut. et lapis. quædam uero successiue  
ut motus et tempus. ideo in primo articulo  
huius quæstionis. disputabimus de reb. per  
manentib. in secundo uero de successiuis.  
in tertio deniq. de mutationib. instantaneis.



is que ad res successivas reuocant ~ 11.

Articulus Primus Vtrum res per  
manentes potuerint ab eterno creari  
Pro huius introductione premitendum  
est rerum permanentium quasdam esse  
incorruptibiles, quasdam uero corruptibi-  
les. ut. V. g. angelus et homo. ac proinde  
de hoc duplici genere rerum in articulo dicen-  
dum erit.

Demum notandum quod rerum incorruptibili-  
um, quasdam sunt incorruptibiles, perse  
ut coelum et Angelus: quasdam uero sunt  
incorruptibiles remotis impedimentis, ut  
tota ipsa elementa. V. g. totus ignis. et tota  
aqua. His statutis Respondet ad priorem  
difficultatem. Si a conclusione. Possibile  
fuit res permanentes incorruptibiles, tam  
illas, que tales sunt ex natura sua; quam illas  
que tales sunt remotis impedimentis, fuis-  
se ab eterno. Si a conclusione, que est diu. Tho-  
mæ. 1. p. q. 46 art. 2. et Durandus. 2. dist.  
1. q. 2. et Scotus ibidem (sic etiam oppositum  
existimet esse probabile) confirmat ea-  
ratione, quam in precedenti questione ad-  
duximus. quoniam non implicat contra-  
dictionem.

2<sup>a</sup> conclusio qua ad posteriorem partem ar-  
ticuli Respondemus talis est. Res corrupti-  
biles potuerunt ab eterno creari si deus eas  
conseruasset per tempus infinitum. Si uero  
eas sue nature relinqueret non potuerunt es-  
se ab eterno. Prima pars probatur quod tunc ea-  
dem esset de eis et de incorruptilibus ratio.  
Posterior uero pars probatur quod si Plato fuisset ab  
eterno productus sue nature relinquitur dicitur

V. g.



N.g. per centum annos ac per consequens per  
 tempus finitum. ex quo colligitur implicare quod  
 esset ab eterno productus. Deinde quod si in ca-  
 su posito motus Socratis aut Platonis signatu-  
 re relinquitur esset post centum annos, uel talis  
 motus esset ab eterno. uel non. Si sic centum  
 anni essent ante eternitatem. Si uero non  
 sequitur quod res eterna precedat non eternam  
 certam aliquam durationem. quod non est  
 dicendum ~

Articulus 2. Vtrum motus et tem-

pus potuerunt esse ab eterno?

circum hoc dubium aduertendum quod cum tempus  
 sit duratus motus et utrumque successiuum  
 quod quod dictum fuerit de uno. erit etiam et  
 de alio intelligendum ~

quo posito sic prima conclusio. motus et tem-  
 pus finitum non potuerunt esse ab eterno  
 siue ex precedentibus sic manifesta.

2<sup>a</sup> conclusio motus et tempus infinitum po-  
 tuerunt esse ab eterno. siue conclusio (que  
 siue et prior est Capreoli) probat primo quod  
 nulla res esset contradictionis implicatio.  
 Preterea quod ab eterno potuerunt esse coelum  
 et angelus applicatus ad motum ipsius. igitur  
 motus potuit esse ab eterno. Deinde quod si coelum  
 esset ab eterno per illud infinitum imaginari-  
 um spatium temporis. uel moueret uel qui-  
 esceret. Si moueret Sabemus interitum. Si  
 quiesceret (cum quies sit privatio motus in sub-  
 iecto apto ubi est quies ubi potest esse motus. et  
 proinde motus ab eterno esse potuisset. //

Arguet tamen sic quispiam. Primo quod si motus  
 u.g. circulatio coeli posset esse ab eterno daret  
 aliqua res duratione prior re eterna hoc autem



non est possibile immo implicat contradic-  
tionem ergo sequella probat primo quod ange-  
lus et ceterum essent prius ipso motu. De-  
inde quod antequam esset verum dicere circula-  
tio est debebat transire spacium vigin-  
tiquattuor horarum. in quo iam esset cae-  
lum et angelus.

Secundo quod nullus motus finitus potest  
se ab aeterno circulations uero est motus fi-  
nitus. Tertio quod si motus fuisset ab aeterno  
processissent infinitae circulations. uel  
ergo hodierna circulations distaret ab aliqua  
circulatione infinitum, uel finita  
si distaret in infinitum distaret a pri-  
ma circulatione uersus aeternitatem,  
sed non distaret prima circulations in aeterni-  
tate. ergo. Si uero dicas quod distaret finite  
ergo non essent infinitae circulations.  
Quarto quod si motus fuisset ab aeterno pro-  
cessissent infiniti dies et infinitae noctes  
tunc sic sumant illi dies relictis noctibus  
et copulent inter se. uel ergo perueniant  
usque ad hodiernum, uel non. si primum  
ergo noctes fuerunt superfluae. quod non  
est dicendum. Si dicas quod non perueniant  
tunc uel ab eis instanti ad quod perueniunt  
usque ad istud instans est distantia finita uel  
infinita. hinc non si quidem claudere inter  
illa duo instantia. neque illud quod sequere  
est quod de tractatione temporis infiniti scilicet  
infinitarum noctium fuerit tantummodo  
causa finita. quod non est admittendum  
Ultimo quod si motus uel esset ab aeterno, mo-  
tus uel inciperet ab eis locis et punctis. in quo  
creatus esset sol. N. g. de uisum motum modo  
loquimur. hinc est incipere a puncto orien-  
tis



tu uel a puncto occidentis. uel a quocumque  
 q3 alio. sed non posset ab eo puncto incipere  
 quin haberet principium, quod est contra  
 rationem eternitatis. igitur. est.

Propter haec et alia argumenta arbitratur  
 dicendum in 2. distinct. 1. q. 1. trias neces-  
 saria non potuerunt esse ab eterno. sed in  
 submissis prioribus probabilis admo-  
 dum est. de propterea. ad Argumentum in op-  
 positum Respondendum nobis est

Et Ad primum dicimus Angelum et coe-  
 lum. et similiter spacium 2. horarum  
 processisse si mundus fuisset ab eterno  
 unamquamque circulationem deuisiue sum-  
 ptam non tamen omnes circulationes col-  
 lectiue acceptas. quando autem asserimus  
 circulationes potuisse esse ab eterno, non  
 asserimus huc. de hac uel illa certa circula-  
 tione. sed de omnibus. quod uerificat ratio-  
 ne alicuius indeterminate acceptae.

Ad. 2. R. similiter. unamquamque scilicet  
 circulationem. qz est motus certus non  
 potuisse esse ab eterno. sed aliquam seu  
 quod idem est omnes collectiue sumptas  
 que sunt motus infinitus.

Ad. 3. R. processisse infinitas circulationes  
 si circulatio esset ab eterno. non tamen es-  
 se aliquam circulationem certam. a qua  
 hodierna circulatio infirmitate categorica  
 distaret. satis enim est ad hoc ut ipsas  
 diceremus infinitas. qz hodierna circulatio  
 non tantum distet ab una uersus eternita-  
 tem. quin magis distet ab alia.

Ad. 4. R. non posse suam aggregationem diez  
 qui inter se continentur relictis. sub. nam  
 cum



208  
cum tempus dicat essentialem ordinem ad  
durationem imaginariam, non potest con-  
tinuari unus dies cum alio. ac proinde  
non concludit argumentum.

Ad ultimum R q. coelum et sol non crea-  
rentur in certo aliquo loco, nam nullus es-  
set assignabilis in quo ita crearentur, ut in  
precedenti non esset iam creatus in tem-  
pore infinito.

Articulus ultimus Vtrum ge-  
nerationes et corruptiones  
potuerint esse ab eterno?

A parte negativa arguitur primo q. an-  
te generationem lesus debebat mate-  
ria ipsius esse, vel sine aliqua forma  
substantiali: vel saltem cum forma de-  
minis. vel ergo esset sic per tempus fini-  
tum, vel per tempus infinitum, non  
per tempus infinitum, q. daretur ante q.  
ternitatem, vel rem q. ternam tempus in-  
finitum, quod non est dicendum. non etiā  
per tempus finitum, q. haberet principium  
illa generatio in eo tempore, ac subinde  
non esset ab eterno.

¶ q. ante introductionem forme debe-  
ret materia disponi, ergo illa introductio  
non posset esse ab eterno alias daretur a  
licet ante rem q. ternam.

Pro huius intelligentia notandum q. ge-  
nerationes non potuerunt esse ab eterno  
eo modo quo Aristoteles eas q. ternas putavit  
ipse enim existimabat q. quemadmodum  
nunc sunt generatio res per quas generantur  
res



res que suis naturis relinquunt. sic etiam  
ab æternis fuerunt. quod in probatione est  
in primo articulo de rebus corruptibilibus  
suis naturis relictis, est omnino impossi-  
bile. Ad Hanc ergo difficultatem est Respon-  
dendum. q. si deus materiam et feminam ab  
æternis creasset. et materiam successive  
produxisset. et præterea gentem per infi-  
nitum tempus conservasset potuissent  
esse generationes ab æternis per divinam  
potentiam.

Ad Argumenta ergo Præced. i. q. materi-  
a debere quidem esse sub forma seminis  
vel sine ulla forma ante quamcumque ge-  
nerationem singillatim sumptam. quæ non  
potuit esse ab æternis. non tamen deberet  
esse ita ante omnes generationes collectivæ  
et hoc pacto dicimus generationes potuisse  
esse æternas. q. nulla daretur quam alia  
non precederet.

Ad 2. similiter Præced. q. ante quamcumque  
generationem divise intellectum, æquus  
aut les debere disponere materiam. non  
tamen ante omnes generationes collectivæ  
acceptas.

capit. 3. 4. 5. et Sextum.

In certis probat Aristoteles motus perse-  
verant non repugnare q. aliquæ res mo-  
veantur. aliquæ vero quiescant. et ait q. quæ-  
dam res moventur, et non moventur ut q. pri-  
mus motor. et suprema intelligentia. quæ  
dam moventur et non moventur ut cælum -  
quædam vero moventur et moventur. ut figres  
inferiores sub intelligentia.

In-



In capite 4 explicat Aristoteles illam pro-  
positionem, quam iam in septimo libro  
proposuerat. scilicet q, omne quod moue-  
t ab alio mouet. de qua infra disserem.  
In capite 5. probat in motibus deueni-  
endum esse ad unum primum mobile et ad  
unum primum motorem. Probat autem  
sic. q, omne quod mouet ab alio mouet  
ergo necesse est processum in infinitum deueni-  
endum esse ad unum primum motorem, qui  
moueat, et non moueat.

Notandum tamen est q, in causis accide-  
ntialiter subordinatis, qualis est pater auis  
pater auis. citius est non inueniendi  
processum in infinitum. in causis autem  
essentialiter subordinatis, quales sunt ho-  
mo, coelum, intelligentia, et Deus. non po-  
test dari eiusmodi processum in infinitum  
tunc enim tolleret de medio motus, causa  
enim essentialiter subordinata ita se ha-  
bet, ut cum una accipiat virtutem causan-  
di ab alia deficiente prima ceterae non pos-  
sunt operari.

Docet deinde in rebus quae se mouent da-  
ri partem motam, et partem mouentem, quae  
licet sit immota perse, est tamen mota per  
accidens.

In capite sexto postquam in precedenti colle-  
git primum motorem esse immobilem  
colligit primum motorem esse q, terminum  
quod probat aliquibus rationibus desumptis  
ex perpetuitate motus. Si enim motus est  
terminus, ipse etiam motor erit necessarius q,  
terminus. **Quaestio Vn** omne quod  
mouetur ab alio moueat?

A.



A parte negativa sic primo argumentor qd  
 substantie spirituales movent localiter  
 et tamen in ipsis non datur pars mouens et  
 mota. ergo

2<sup>o</sup> qd aqua cum motu refrigerationis re-  
 ducit ad primum frigiditatem. non datur  
 pars mouens et mota.

Pro huius intelligentia notandum qd loqui-  
 mur non de his que movent per accidens  
 sed de his que movent per se. hoc est de his  
 que sunt proprie cause subiectandi motu  
 nam per accidens bene potest aliquid mo-  
 uere se et moueri. ut patet iniformis a-  
 rimalium, que moventur motu progressi-  
 uo. que quidem movent. et per accidens  
 mouentur

Secundo notandum qd non queritur utrum  
 moueat ab alio supposito distincto. sed an  
 moueat ab alio hinc est ab alia parte distin-  
 ctu. uel ab aliqua alia re distincta. tanq<sup>m</sup>  
 res a re. uel aliquo alio modo. Nam uedi-  
 cemur infra in eodem composito datur pars  
 mota et pars mouens

Tertio aduertendum qd hęc questio non ex-  
 citat de his que mouentur quocumq<sup>m</sup> mo-  
 tu. ut scilicet ea comprehendant que mo-  
 uentur motu metaphysico. quales sunt subs-  
 tantie separate. neq<sup>m</sup> precise excitatur  
 de his que solum motu physico mouentur  
 propterea qd intellectus inducit uoluntatem  
 et etiam mouet ab ipsa. sicut Aristoteles  
 solum de his agit cap. 4. et lib. 6. ubi pro-  
 batur indiuisibile non posse moueri. quod  
 est intelligendum de motu physico

His sic positus ad questionem Respondet  
 sic conclusione. Omne quod mouetur motu  
 cor



corporali ab alio mouetur. probatur imprimis  
ex eo, quod omne accidens corporale recipitur  
in materia. igitur cum motus corporalis sit  
accidens corporale in ipsa recipietur ac pro  
inde mouebitur tali motu. cum autem ma  
teria nullam habeat aeternitatem, a qua  
talis motus procedat sequitur quod ab alio mo  
uetur. hoc est ab alia re distincta. Deinde  
probatur duabus rationibus, quibus Aristoteles  
utitur ad ipsius confirmationem. Pri  
ma, quae continetur capite quinto, haec est  
omne quod mouetur, uel mouetur natura  
liter, uel non naturaliter. Si non na  
turaliter, ergo ab extrinsecis et per se  
quiritur ab alio mouetur. Si uero naturaliter  
uel mouetur a generante, uel graui et leui  
ac proinde ab alio mouetur, uel a sua forma  
substantiali, uel accidentali scilicet graui  
tate, uel leuitate. sed haec omnia sunt dis  
tincta realiter a materia quae mouetur, er  
go omne quod mouetur motu corporali ab alio  
mouetur. Secunda ratio quae continetur capi  
te sexto talis est. Si id quod mouetur non mo  
uetur ab alio mouebitur a se ipso, et sic sequitur simul  
et idem esse actu, et in potentia secundum  
eamdem qualitatem, hoc autem implicat  
contradictionem, ergo, etc.

Sed dubitabitur an quidem admodum in anima  
sibi dat pars physica mouens, et pars mota  
sic in eisdem et pars integralis mouens  
et mota? Ad hanc difficultatem uideatur A  
ristoteles respondisse capite 4. ubi docet gra  
uia et leuia moueri ab extrinsecis et quidem  
de motibus localibus non est hoc dubitandum  
nam ut communis opinio asserit omnes illi ui  
uentur



tur a corde tanquam a fonte promanare. et ita  
 cor dicitur pars motus. ceteraeque partes dicitur  
 tur partes motus. de reliquis autem motibus ne-  
 cessarium est exultimari dicitur. cum tamen tamen mo-  
 deratione. quae scilicet quantum attinet ad aug-  
 mentationem. et nutritionem. propterea  
 aliquas partes dicitur movere. aliquas vero  
 movere. quae sunt partes certae. in quibus prepa-  
 ratio alimentum ad hoc ut convertere in substantiam  
 tantam alibi. Nam in animalibus spiritus actus  
 recur. et uere. in plantis uero radices. quod  
 intelligendum est. quod ad istam preparatio-  
 nem. nam quod ad ultimam nutritionem  
 in omnibus partibus integrantibus reperit uir-  
 tus peculiaris. a qua procedat motus.

Ad argumenta ergo omissa opinione Scoti  
 in 1. dist. 3. q. 3. quam sequitur Gregorius in 2.  
 dist. 6. q. 1. de actu formali. et potentia forma-  
 li quam ipsi ponunt. Respondet non moueri  
 angelum. seu substantiam separatas motu phy-  
 sic corporali. de quo nunc disputamus.

Ad. L. Respondendum est in illis motu fugae  
 factis in variis partem motam scilicet materia  
 et partem mouentem minus principaliter  
 scilicet formam; nam magis principaliter mo-  
 uet a suo generante. de qua re tam diximus  
 in 2. physic. cap. 1.

Caput. 7. 8. 9. et 10. quod est id  
 tantum huiuslibet.

Postquam Aristoteles docuit primum mobile esse  
 immutabile. et eternum docet modo quomodo  
 tu primum mobile ab eterno moueatur. et  
 quidem in cap. 7. docet ipsum moueri motu  
 calidum: qui primum est ceteris motibus natura tempo-  
 re



re et dignitate. Natura quidem quae ipso abla-  
to ceteris auferuntur non tamen uita uersa. tem-  
pore uero quae est et terminus. ceteri autem non. Dig-  
nitate denique quae per ceteros motus solum aliquando  
intra sectionem motibus deperdi. non tamen per  
motum localem.

In capite octavo probat Philosophus nullum  
motum praeter circulare esse continuum in  
infinitum. Sed ante id probat. proponit qua-  
dam quae sunt. an scilicet cum det instans  
in quo res incipit esse. et in quo non fuit illud  
instans sit annumerandum ex parte tempo-  
ris in quo res est. An ex parte temporis in quo  
res non fuit. et huius difficultati Respondet  
dicendo instans illud esse annumerandum  
ex parte temporis in quo res est. quae propter  
uideo significare res permanentes incipere  
per primum sui esse.

Deinde probat nonnullis rationibus instum-  
redum non posse esse continuum in infinitum  
et patet. quoniam si motus ab A. in B. esset  
continuus cum motu a B. in A. et in motu in  
quo reflectuntur non daretur quies sequeret idem  
simul moueri motibus contrariis quod non est  
dicendum. / adducit etiam ad id alius duas ratio-  
nes. Et In capite nono in principio idem alia

ratione probat. nam dicit quod datus qui in puncto  
flexionis non daretur quies illi duo motus non essent  
continui. sed contigui. probat deinde in eodem  
capite motum circulare esse in infinitum  
continuum quod nullum ex eo sequitur in eueniens.  
In capite tandem decimo. et ultimo huius libri  
docet Aristoteles primum mouentem indisci-  
bilis esse. nullamque magnitudinem habere

Quaestio Prima quomodo se habe-  
ant res. ad inceptiorem. et de  
situationem.

¶ immo eundem mo-  
tum sibi contrari-  
um.



Huius questionis exstante praeiudice Aristote-  
lis de actione non solum capite 3 sui libri  
ubi inceptio rei pertransitorium. et de  
sitionis mentionem facit. Verum etiam lib. 6  
cap. 5. et 6. ubi nonnulla de inceptioe et  
desitione rerum successuarum docuit. In  
ea ergo firmiter meminerit servabimus. ut primo  
de rebus successivis. deinde de permanentibus  
differamus.

Notandum ergo primum est quod inceptio rei sig-  
nificat principium durationis eiusdem  
rei. desitio tamen finem eiusdem duratio-  
nis. quae ut ergo an instantis inceptioe  
et desitionis rei pertineat ad tempus in quo  
est. an ad instantis in quo non habet esse  
se. Vnaqueque ergo res aut incipit per pri-  
mum suum esse. quod est in hoc instanti ita  
incipere ut immediate antea non fuerit.  
aut in instanti in quo ita non est ut im-  
mediate post sit. quod est incipere per ul-  
timum non esse.

Et eodem modo vel res desinit per  
ultimum suum. quod est ita esse in hoc insta-  
ti ut immediate post non sit. Aut per primum  
non esse. quod est ita non esse ut immedia-  
te antea fuerit.

Loquendo igitur de rebus successivis et impri-  
mis de instantibus. ac de mutatis esse. et  
de rebus instantaneis. sic

Prima conclusio indivisibilia rerum succes-  
suarum. scilicet. instantis mutationis esse. et  
similiter omnes actiones instantaneas in-  
cipunt per primum suum esse. et desinunt per  
ultimum suum esse. quod ex eo constat quod du-  
rant



tantum solum per instantiam | <sup>a</sup> **2<sup>a</sup> conclusio**  
res successiva ut tempus et motus incipiunt  
esse per ultimum suum non esse. et desinunt  
per primum non esse. Probatur quod desinunt  
et tempore verum est in sui inceptione di-  
cere nunc non sunt. et immediate post e-  
runt. et cum desinunt vere dicuntur. non  
sunt nunc. et immediate antea fuerunt  
quod ex eo patet quod in instanti esse non possunt

**3<sup>a</sup> conclusio**. res quae incipiunt cum mo-  
tu et desinunt cum motu. incipiunt et de-  
sinunt. sicut incipit et desinit motus. **3<sup>a</sup>**  
**conclusio** intelligitur de rebus permanentibus  
et intelligenda est quae cum quibus mutatio suc-  
cessiva, sive fiat inter contraria, sive in-  
ter contradictoria, sive sit actus entis in ac-  
tu substantialem. sive sit actus entis in pote-  
ntia

**4<sup>a</sup> conclusio** quatuor formas quae solum  
cum motu incipiunt simpliciter et absolu-  
te loquendo incipiunt per ultimum non esse  
incipiunt tamen habere tantam, vel tan-  
tam intensiorem, in tanta vel tanta par-  
te subiecti per primum suum esse. et desinunt  
per ultimum suum esse. explicat **conclusio**  
sic quod quatuor absolute loquendo calor et  
frigus incipiunt in aqua per ultimum non  
esse. incipiunt tamen habere tantam vel  
tantam intensiorem. sive est graduus ut  
quatuor vel ut quingis in palmari aliqua  
parte subiecti per primum suum esse. et desinunt  
per ultimum suum esse. Pro parte huius constat  
ex certa conclusione. Posterior vero pro-  
bat.



probat quoniam sic calor. V.g. ut quattuor  
 non incipere per primum sui esse sed per  
 ultimum non esse, uerum esse dicere in  
 aliquo instanti nunc hęc palmari pars  
 subiecti non est calida ut quattuor, seu non  
 est calor ut quattuor. sed immediate post  
 hęc erit. hęc autem dicendum non est, quod  
 in illo instanti deest aliquid ad compleme-  
 tum caloris ut quattuor: uel non deest, si non  
 ergo iam est calor ut quattuor, si uero al-  
 quid deest, uel illud est diuisibile, uel indi-  
 uisibile, non indiuisibile, nam si iam es-  
 set totus calor ut quattuor, si quidem non  
 efficeret maius. neque etiam dicendum est  
 quod, si diuisibile, quod sic prius acquireret dimi-  
 dictas quod totum, quod in tempore debet acquiri  
 ac proinde factum non debet dicere immediate  
 post erit calor ut quattuor.

1.  
 quia uero ille calor ut quattuor desinat per  
 ultimum sui esse probat, nam tunc desinet  
 cum ei fuerit applicatum frigus factum di-  
 minuens. tunc sic motus ille diminutionis  
 ut patet ex secunda conclusione, incipit per  
 ultimum non esse ac proinde uerum est di-  
 cere, nunc non est diminutio, et immedia-  
 te post erit, ergo tunc etiam uerum est di-  
 cere, nunc est calor ut quattuor, et imme-  
 diate post hęc non erit calor ut quattuor  
 diximus autem in conclusione tantam uel  
 tantam intensiorem, in tanta uel tanta  
 parte subiecti, quod sub quaeritur de qualitate  
 certe intensius in indeterminata parte  
 subiecti talis qualitas incipit per primum  
 sui non esse, et ratio est quod sic calor ut quattuor  
 incipere in aqua per primum sui esse



daue instans in quo uerum esse dicere  
runt in hac aqua est calor ut quattuor  
et immediate ante huc instans non erat  
in ea calor ut quattuor. quod ex eo uerum  
est falsum si data quacumque parte aque  
in qua esset calor ut quattuor esset accipe  
re aliam. et aliam in qua prius esset ca  
lor ut quattuor. cum agens naturale  
fortius agat in propinquum quam in remo  
tum. unde colligitur qualitatem certam  
in incerto et in determinato subiecto inci  
pere per ultimum non esse. que conclusio  
est contra eos, qui asserunt quod quicquid ma  
dum ad formam substantialem ignis requi  
rit certam quantitatem. sic etiam ad certum  
gradum caloris. N. g. ut octo requirit cer  
tam quantitatem. quod constat esse falsum.

Quinta conclusio subquam de formis  
que solum habent extensionem quales  
sunt quantitas et locus esse acquisitionem  
totum earum incipit per primum sui esse  
esse uero acquisitionem aliquid earum in  
cipit per ultimum non esse. hec conclusio  
eisdem rationibus probari potest quam pre  
cedens, uel saltem similibus.

Restat ergo ut agamus de rebus perma  
nentibus substantialibus. Pro quibus.  
Sic sexta conclusio. Substantie generabi  
les corruptibiles incipiunt per primum  
sui esse, et desinunt per primum non esse  
primam partem uidelicet asserere Aristoteles  
huc libro textu. 69. et deinde quibuscumque  
de generatione substantiali disputat sem  
per eam asserere fieri in instanti. Sed quicquid  
per alterationem instantaneam incipiunt  
in



incipiunt ut ipsa alio instantanea per primum  
 suesse ergo substantie generabiles incipiunt per  
 primum suesse. q. si dicitur inferas q. substantie ge-  
 nerabiles desinant per ultimum suesse. siquidē  
 desinunt per corruptionem. que etiam est alio  
 instantanea. Respondemus aliter esse dicendū  
 de generatione et de corruptione. nam instans  
 generativus est intrinsicum durationi in qua  
 res existit. instans vero corruptivus est extrin-  
 secum. ac proinde quando res corrumpitur iam  
 non est. et per consequens desinit per primum  
 non esse. Probatur deinde hęc conclusio rati-  
 one q. ut dicit Aristoteles. 2. de anima cap. 2.  
 et probavimus. 1. physic. cap. 4. formę substā-  
 tiales non incipiunt esse in materia per gene-  
 rationem nisi sit affecta certa quantitate, et  
 certis qualitatibz. Sed certa quantitas et certa  
 qualitas in certa quantitate incipit per primum  
 suesse. igitur et substantie que cum ipsis incipi-  
 unt. Posterior vero conclusio pars ex eo  
 probatur q. cum generatio unius cuiusq. res  
 est contraria alterius corruptioni. Et viceversa  
 ut docet Aristoteles. 1. de generatione. alias e-  
 terrim si aliquid prius generaret, q. aliquid cor-  
 rumperetur darentur simul in eadem materia  
 forma geniti et corrupti. aut saltem daret ma-  
 teria sine forma substantia. quorum utrumq.  
 absurdum est asserere.

Ultima conclusio. Res que incipiunt per creatio-  
 nem, et desinunt per annihilationem ex natura  
 creativis et annihilationis incipiunt per pri-  
 mum suesse: et desinunt per primum non  
 esse. Hęc conclusio probatur q. tam creatio q.  
 annihilatio fiunt in instanti. ergo cum res creat  
 tunc primum est. et quando annihilatur tunc pri-  
 mo



non non est et sic daretur per primum non esse  
Licet per potentiam deij absolute hoc aliter fieri  
possit.

Quaestio. 2. Vtrum in Puncto reflexionis detur quies?  
q. dicitur probatur Aristoteles. imprimis quod si  
daretur idem moueretur motibus contrariis aut  
quod idem est idem motus contrariarum sibi  
2<sup>o</sup> q. si moueretur quies idem erit aliu principi  
um et finis eiusdem motus. quod non videtur  
concedendum. et 3<sup>o</sup> q. omne quod moue  
retur debet quiescere antequam moueat. unde  
in puncto reflexionis id quod mouetur debet pri  
us quiescere.

Ut autem intelligatur vis huius argumenti  
sum. Sic Prima conclusio. quando cumque aliquid  
quod mouetur ab extrinsecis per plenum et non  
inuenit aliquod corpus durum. quod motum ta  
lem impediat neque aliquod a genus uehemen  
tius quod detineat ipsum. quiescit in puncto  
reflexionis. hinc conclusio probatur sic. sumat  
mobile graue ut tria et resistat ab impul  
su ut sex per aerem. qui resistat ut quarta pars  
vnius gradus grauitatis: tunc ille motus sur  
sum durabit usque dum minuat impulsus ut  
sex usque ad impulsum ut tria. cum quarta par  
te vnius gradus. Nam tunc temporis eundem  
est proportio aequalitatis non datur aliu. neque  
resistat sursum. cum resistat grauitas ut tria  
ex parte mobilis. et quarta pars vnius gradus  
ex parte aeris. et quoad motum deorsum a  
git tota grauitas ut tria. et resistunt im  
pulsus cum quarta parte vnius gradus. et  
praeterea aer cum alia quarta parte. ergo tan  
tum quiescet mobile in puncto reflexionis quo  
usque



usq; minuat impulsus usq; ad impulsu  
ut duo sunt trib; quartis. diximus uero  
in conclusione. quod mouet ab extrinsecis  
nam si ab intrinsecis moueat. non est opus  
q; det quies in puncto reflexionis. nam a  
uis bene potest reflecti sine eoq; quiescat.

2<sup>a</sup> conclusio. Si aliquid moueat in uacuo  
non dabit quies in puncto reflexionis -  
probat. sumpto eodem mobili graui ut tria  
procello ab impulsu ut sex. nam illud mo-  
uebitur quoad usq; minuat impulsuq; usq; ad  
impulsu ut tria. dabitur enim tunc pro-  
portio equalitatis. ac subinde desinet ille  
motus sursum per primam suam uersione. quod  
simul erit ultimum uersione motus des-  
sum.

3<sup>a</sup> conclusio. Si aliquid moueat per  
plenum uel uacuum. et inueniat post se  
aliquid agens uehementius. aut aliquid  
corpus durum, quod ei opponat. non quies-  
cet in puncto reflexionis. Hec probat quod  
ad primam partem. quoniam si pro iudicatur  
granum tritici sursum. et descendat mol-  
les ferrea. que ipsum inueniat. tunc tempo-  
ris. ne concedamus mollem ferream cedere  
granum tritici. uel detineri ab eo. uel esse si-  
mul penetratiue cum ipso. necessarium nobis  
concedendum est granum tritici in puncto  
reflexionis non quiescere. Preterea si  
supra ipsum ascendens cadat rapidissimè  
fulmen descendens. patet q; per nullum tem-  
pus in reflexionis puncto detinebit. quoad  
posterorem uero partem probat. q; si aliquo  
corpus durum sursum procello non quiesceret  
quando aliud durum inuenit in puncto refle-



motus non resisteret. quod est contra expe-  
rientiam. ergo in tali puncto non quiescit  
maior probatio quoniam si resisteret post qui-  
escentiam. uel moueretur motu resolutionis a cor-  
pore, quod inuenit. uel ab impulsu quo  
ascendebat. non a corpore quod inuenit. quia  
nullum corpus carens uirtute expulsiua  
potest aliud mouere localiter. quin simul  
cum ipso moueat. Non etiam ab impulsu  
quia talis impulsus est causa naturalis. ac  
proinde non moueret hoc tempore. et alio  
permitteret quietem; et alio subsequente  
rursus moueret; nam causa naturalis ap-  
plicata semper causat nisi impediat. tunc  
uero in eo tempore non impedit. asserendum  
ergo est in puncto reflexionis tunc non dari  
quietem. sed primum non esse motum sursum  
esse ultimum non esse motum resolutionis de-  
orsum. Dicitur est in conclusione si corpus  
durum inueniat aliud durum. quoniam  
si corpus unum alteri cedat secundum eam  
partem. secundum quam egreditur in puncto  
reflexionis quiescet. ut constat in pilula ad  
parietem prodeciat. nam dubium non est  
quin secundum illam partem mediam a  
qua primo attingit parietem. quiescit in eo  
puncto. quando in successive aliquis partes  
eundem parietem attingunt.

4<sup>a</sup> conclusio. Probabile est in eorum mo-  
tibus semper dari quietem in puncto reflexio-  
nis. quamuis in aliquibus oppositum dicendum  
sit improbabile. Hec conclusio probat quoad  
eam partem que asserit ut in plurimum dari  
quietem. nam inter generationem et corrup-



tionem dicit illa quies quam substantia ha-  
bet in tempore intellecto. inter primum esse  
per quod incipit. et primum non esse per quod  
desinit. quae sunt duo instantia. //

deinde probat quod plura requiruntur ad generatio-  
nem quam ad conservationem ipsius. ac prin-  
de dum corrumpitur illa latitudo dispositionum  
quiescit ipsa res in se esse. Hoc eodem argu-  
mento probat idem dicendum esse de nutrito-  
ne. et partiali corruptione ac prout de accre-  
tione. ac decretionem. quae cum ipsa sunt con-  
iunctae. Probat etiam hoc in motibus altera-  
tionis. N.g. in calefactione. et refrigeratione  
in quibus raris contingit. ut sic apparet ca-  
lescentium res quae calefit. ut primum non  
esse motus refrigerationis sic ultimum non esse  
se motus calefactionis. //

quod ad id uerum quod dicitur dari quietem in puncto  
reflexionis etiam probat. quod in aliquibus non  
datur eiusmodi quies. N.g. ante motum cale-  
factionis aquae. et motum refrigerationis eius-  
dem. quae reducit ad primitivam frigiditatem  
non datur quies. sed primum non esse motus ca-  
lescentium est ultimum non esse motus refrige-  
rationis eiusdem.

Sed obicit Aristotelem contrarium asseruisse  
se. et probasse. Respondendum tamen ad hoc  
est. Aristotelem id non sibi persuasisse, sed  
existimasse hoc in omnibus fere motibus con-  
tingere. id quod in conclusionibus asserimus  
videns autem ipse quod sua argumenta non con-  
vincebat omnino instructum. dixit in princi-  
pio capituli non est quod non det quietem inter mo-  
tum rectum et reflexum. tamen ipsa sunt des-  
continua. quae contraria. et hoc Respondendum  
est



Est Ad Primum eius argumentum. Si quis  
eo probare voluerit in omnibus motibus in  
puncto reflexionis dari quietem. dicendum  
enim est quod non mouebit illud mobile moti-  
bus contrarijs simul. quia motus rectus et re-  
flexus sunt discontinui, ut patet.

Ad 2. dicendum est quod non est inconueniens  
in aliquibus motibus. ut id quod est principi-  
um unius sit finis alterius. ut patet in mo-  
tu canis descendens qui in aere moratur  
et in motu cadaveris eiusdem.

Ad Vltimum Per non esse necessarium ut  
quis quiescat priusquam moueatur. ut patet si a  
liqua res ~~in~~ generet extra suum  
locum naturalem. in eo enim instanti nisi  
impediatur incipit moueri. ut constat in pluuia  
& Fluctibus de octo Libris Physicorum ))



Tractatus secundus in duos libros De generatione et corruptione.

Philosophia naturalis obiectum est ens mobile ut sic. in libris autem physicorum omnimode considerat. sed obiectum huius tractatus est ens mobile ad formam neque hoc est quid per accidens sed ens cum tali ordine sine similitudine. dividit autem in duos libros in quorum primo agit de generatione et corruptione. et de motibus ad ea consequentibus et requisitis. In secundo dicitur de elementis, et eorum transmutationibus, de causis et principiis generationis ipsorum et hoc usque ad capitulum nonum. deinde usque ad finem libri tractat de causis effectivis concurrentibus ad mixtionem.

Primus ergo liber continet decem capita in quorum primo Aristoteles proponit ea de quibus est alium esse refellit opinionem quorundam philosophorum. solent autem huc elementatores disputare. quomodo possit esse scientia de corruptibilibus cum esse debeat de perpetuis necessariis et eternis. sed Respondet facile quod esse corruptibile est necessarium et de natura corruptibilium omnium ut sic. et similes quod huius liber non pertinet ad philosophiam naturalem cum agat de corruptione que est contra naturam. Respondet ut prius. et ultra hoc quod corruptio est contra naturam sui. N. g. in particulari. sed conformis nature generabilis et corruptibilis ut sic. In secundo capite philosophus repræsentat



hac opinionem Platonis. et respondet ad  
 quasdam rationes democriti. et exposito-  
 res explicant quemadmodum idea (si su-  
 maci non ut dicebat Plato) sed pro similitu-  
 dine aut exemplari concurreat ad generatio-  
 nem rerum. / In 3. capite agit de generatio-  
 ne secundum propriam sententiam. ubi exp-  
 licat et doctores late discutunt quod ad genera-  
 tio simplex siue substantialis. et similiter  
 generatio secundum quid siue accidentis. et  
 an possit generatio esse eterna necne. /  
 In 4. capite agit de alteratione. circa quod  
 excitant doctores diversas questiones. quas  
 nos in libris physicorum discussimus. In 5.  
 capite agit Aristoteles de augmentatione. et  
 circa illud explicant expositores quomodo  
 ab alteratione. nutritione et generatione  
 distinguat. in 6. capite agit de actione et  
 passione iactis quibusdam fundamentis. et  
 circa hoc expositores nonnulla controuertit  
 de quibus nos in physicorum libris tractau-  
 imus. In 7. similiter de natura actionis  
 et passionis prosequit. In 8. recitat quoru-  
 dam philosophorum sententias de actione  
 et re actione. in 9. de eis secundum propria  
 sententiam quod tenendum sit declarat. cir-  
 ca quod explicant expositores quomodo agens  
 agit per contactum. et quomodo omne agens  
 in agendo repatiat in quo uidet inueniri in-  
 ter se contrarijs. In decimo et ultimo primis  
 huius capite agit de mixtione. et explicat quomodo  
 modo mixtio sit possibilis cum inuisant in  
 tractatatem

et eadem qualitas  
 intendi et remitti  
 tamen cum duo age-  
 tra agunt in se in  
 uicem qz cum agunt  
 in unum tertium

Secun-



Secundus Liber continet undecim capita  
 In primo agit Aristoteles de generatione in  
 particulari postq̄ in precedentibus agit de  
 ea in communi. agit autem secundum sen-  
 tentiam diuini Thomae primum de generati-  
 one elementari q̄ sunt principia genera-  
 tionis mixti. et explicat ibi interpretes  
 quos patet elementa manent rursus formaliter  
 sed virtualiter in mixto |

In capite .2. Agere incipit de principiis. et  
 differentiis rerum sensibilium. dicitq̄ esse  
 qualitates tangibiles. scilicet caliditas. frigiditas,  
 siccitas. et humiditas. et explicat  
 interpretes quomodo sint tantum quattuor  
 ex quibus duae sunt actiuae scilicet caliditas. et  
 frigiditas; et duae sunt passivae scilicet siccitas  
 et humiditas

In .3. dicit tantum esse quattuor elemen-  
 ta et probat illa non esse pura. et explicat  
 doctores veritatem suam. q̄ elementa pura  
 non essent apta viventium conservati-  
 onis. neq̄ ob id q̄ ignis in sua sphaera ob suam  
 raritatem non percipiat negare debemus in rerum  
 essentia iuxta conuentionem.

In .4. capite agit de transmutatione ele-  
 menti ad inuicem |

In .5. ostendimus Aristoteles elementa es-  
 se principia generationis cuiuslibet rei natu-  
 ralis. probat nullum corpus intransmutabi-  
 le manens esse principium generationis rei  
 naturalis.

In cap. 6. agit contra tria dicta Empedoclis  
 quorum



quorum primum erat elementa esse intrinsece  
mutabilia. et explicat interpretes quomodo  
de duobus elementis non habentibus sym-  
bolum generat tertium elementum, et ex  
duobus habentibus symbolum non item.

In capite septimo explicat quemadmodum  
elementa veniant ad mixtionem.

In octavo prosequitur quomodo mixta partici-  
pare de quatuor elementis. Et ibi explicat  
doctores quomodo possit dari mixtum tem-  
peratum ex quatuor elementis sine exqua-  
litate ipsorum cum equalitate ad iustitiam  
(sicut non quoad pondus) ut patet in Cibus  
domino.

In 9. capite explicat principia reynatura  
suum esse tria scilicet materiam, formam  
et efficiens

In decimo probat generationem esse eternam  
tam ex parte causa efficientis quam ex parte finis

In undecimo et ultimo capite probat gene-  
rationem esse necessariam. Vbi expositores  
catholicus docent quod iuxta fidem tenendum  
sive circa eternitatem generationis rerum  
naturalium quam tenet Aristoteles, et res  
ponderent ad rationes ipsius.

Sed ut breviter que late disserunt in-  
terpretes circa hunc librum percurramus.  
Anima ad vertendum deum maximum que  
sua omnipotentia est, non solum invisibilia  
et etiam insubilia multa que procul a corrup-  
tione absunt (quibus sunt celestia corpora)

ps



<sup>subiecit</sup> procreasse. sed etiam multa alia que ~~sub-~~  
~~ant~~ corruptioni, interque quedam mixta  
 et composita sunt, quedam vero simplicia  
 etiam tamen ut nulla ex speciebus ab initio co-  
 ditis que ad universi complementum perti-  
 nerent omnino defecerint, aut in posterum sic  
 defutura.

generatio igitur et corruptio ab alijs mutationum  
 speciebus, augmentatione scilicet diminutio-  
 ne alteratione, et circummutatione distingui-  
 tur. et generatio est que nullis subiectis sen-  
 sibilibus (hinc est nulla completa substantia sup-  
 posita) eadem permanente ante et post rem  
 secundum formam substantialem ipsam cons-  
 tituit. ut cum ex aqua fit aer et ex ligno ignis  
 ubi manet quidem materia prima subiecto  
 quod terminus generationis, sed hinc substantia  
 completa non est.

<sup>contrari-  
as aut  
medias</sup> Alteratio autem proprie dicta subiectis sensi-  
 bilibus (quod est substantia completa) eadem  
 manente ante et post rem tantum secundum  
 qualitates variat, et alterat, nam ante et post  
 calefactionem idem integer homo manet se-  
 cundum substantiam, sed de frigore in calore  
 transit.

Augmentatio vero et diminutio ad quantita-  
 tem tendunt. sicut generatio ad substantiam  
 et alteratio ad qualitatem, differunt ergo ex  
 parte subiecti. et in his que in augmentatione  
 et diminutione maior aut minor occupatur  
 locus.

Augmentatio autem large dicitur etiam illa que  
 fit percussus vis materię etiam extraneę apposi-  
 tionem ut cum augetur aqua in cetera terra nuclea  
 na



na aere in eam subingresso. magis proprie  
dicitur cum addit aliquid eiusdem speciei ut  
cum aqua aquae superinfundit. aut cum id  
quod additur convertitur in eandem speciem  
ut cum modica aqua in multa vis in eius  
naturam vertitur. Sed secundum physicam  
nostram considerationem augmentatus pro  
priissime accipitur quatenus alimentis in sub-  
stantiam alii convertendo causat ac prout in  
solis viventibus reperit. Et similiter dimi-  
nutus. Unde physice non dicitur homo minus  
cum ei pes aut manus abscindit. sed dicitur  
mutatus.  
fit ergo augmentatus ab anima vegetante  
instrumento caloris naturalis. qui quoad in ma-  
gis viget nutrimentum sic convertit in a-  
lii substantiam. ut non solum nutriat illud  
verum etiam augmentet. deinde cum paulo-  
tim deficiens minuat in quantitate ac qui-  
sita conservat ipsum. et tandem cum magis  
deficit adveniente materia extranea ~~quod~~  
~~est~~ dicitur caloris virtus opprimitur et deficiente  
ipsum quoque subiectum seu substantia perit  
secundum ergo vigorem caloris producti magis  
aut minus auget substantia. et diutius post  
sui augmentum conservat. minus et deficit  
quatenus ~~omne~~ vivens quoad in vivo nutriri  
necesse est. augeri autem non item. unde  
differunt vero augmentatus et nutritus. quia  
nutritus terminatur ad substantiam alii. et est  
partialis quaedam generatus. augmentatus  
vero ad quantitatem tendit. et sic calor in qua-  
ntum substantiam nutrit. in quantum quan-  
ta



ta augere. Et propterea Aristoteles dixit exes  
dem fieri generationem nutritionem et aug  
mentationem.

Ex dictis colligitur falli eos qui existimant aug  
mentationem fieri ex aliquo separate aut in  
divisibili. et similiter decipiunt qui putant  
fieri per rarefactionem. si enim idcirco esset  
quod suum alimenta sumerent. fit ergo augmen  
tatio ex disturni alimento concessis in subs  
tantiam nutriti. quod ~~aliter~~ calidus alius  
enim fit indessibile aut contrarium. quod sic  
in potentia ut assimilet agenti. ac proinde quod  
calidus aliter deperdit nutrimenti quantita  
tem adhibitione reparat

per altissima  
lous naturalis

Dubitabit tamen quispiam quomodo fieri pos  
sit augmentatio et diminutio sine eo quod de  
vacuum aut corpus penetratis. nam in  
trans alimentis aut suscipit in vacuum aut  
penetrabit cum alijs nutriti partibus. et  
similiter cum sit diminutio. aut partes que  
minuuntur relinquunt loca vacua aut erant  
antea penetrata cum illis. quorum reventi  
(Sed hoc vacuum et corpus penetratis) ut  
modo admittit potest.

Respondendum tamen est quod quomodo in  
instructis calidum mobile subintrat per partes  
aeris cedentes sibi et intrat in plenum non  
plenum alijs partibus cum quibus penetrat  
sed quod ipsum mobile replet. sic in augmen  
tatione partibus subintrantibus alimenti ce  
dunt imperceptibili modo partes alibi. Et  
in diminutione per partes que decedunt per



resolutionem non ex uacuo sed ex pleno  
corpore scilicet remanente recedunt. ac pro  
inde nec admittendum est uacuum. Nec q  
de corpore penetratio. hęc autem ma  
nifestat experientia in corporib; inueni  
que plena et plana sunt. Serum uero eor  
uerso rugosa et contracta.

ex dictis colliguntur sex augmentatorum pro  
prietates. Prima est q. augetur augetur adueni  
entia aliquo corpore, et quod minuitur aliquo  
subtrahit corpore. Secunda quod augetur  
aut minuitur manet idem ante et post augme  
tationem aut diminutionem. tertia, eius  
quod augetur aut minuitur, quęlibet pars au  
getur et minuitur nisi in ea adsit aliquid impe  
diens. quarta, augmentatio et diminutio  
fiunt sine uacui positione. Siue corporum pe  
netratione. sexta q. augmentatio partim  
fit per additionem dissimilis, et per additio  
nem similis.

### De modis se tangentium

quoriam ad generationem et corruptionem  
actus et passus omnino necessaria sunt. Et  
huiusmodi sine contactu agentis ad passum  
fieri nequaquam possunt. aduertendum est q.  
ea que se tangunt sunt inquaduplici diffe  
rentia, quędam enim sunt que habent di  
uersas magnitudines contiguas, ut et tamen  
agunt in se inuicem, qualia sunt corpora  
celestia. alia tangunt se per magnitudines  
contiguas quor; alterum agit in alterum sed  
non repatit ab eo. sicut exelum lunę et orbis  
ignis. ut enim illud in hunc sed non eor  
er



uerso quod celum non est susceptum peregrina-  
 tionem impressionum ab his inferioribus, ema-  
 nantium. quartus modus se tangentiū est  
 eorum quę se diuersis magnitudinibus con-  
 tingunt. alter in alterum mutuo agente.  
 qualiter se habent ignis. et aer. et hic pro-  
 prie pertinet ad physicum et deo est hic vo-  
 bis sermo. quartus modus est quando agens  
 et passum. uel non habent magnitudines  
 uel si habent non se per se contingunt. aut  
 tangunt. quamuis virtus agentis transit in  
 passum. ut contingit in sole respectu horum  
 inferiorum. et sic patet anima tangit corpus  
 et tributa afficit hominem. et hic modus vir-  
 tualis tangendi sufficit ad actionem. quamuis  
 in eis rarius reperiat mutua actio. Unde con-  
 ducit quod omnis agens in agendo reparat defectus  
 agendi modo communiter intelligendum est  
 ut enim diximus forme corporum celestium  
 materias suas sic complent. perficiunt et sub-  
 ducunt qualitatibus stabilunt ut agendo in-  
 fere inferiora ab illis reparari nequeant. nota-  
 ter uero dicimus celestes orbis non esse suscep-  
 tiuos peregrinationis impressionum. nam celum  
 supremum. et immobile uerisimile est influ-  
 ere stabiles et formas qualitates in omnes in-  
 feriores celorum orbis.

Est autem notandum quod nec <sup>in</sup> omnino simile  
 potest fieri actus. neque in omnino dissimile. nisi  
 enim calidum ut quattuor agit in aliud calid-  
 dum ut quattuor. neque sic inferiora in cor-  
 pora celestia. interagens ergo et patiens ta-  
 lem oportet esse similitudinem. et dissimi-  
 litudinem. ut tale sit patiens in potentia qua

calificando illud  
 est multo minus cali-  
 dum ut quattuor in  
 calidum ut quattuor  
 immo potius tepida  
 uel ipsum cum  
 enim dicitur a propor-  
 tione minoris in qua-  
 litatis non fit actus



intelligitur in quod est ipsum agens in actu ~~et~~ uel forma  
Essentiam eiusdem ~~liter~~ uel uirtualiter et eminenter. ignis  
peculiariter enim agit et producit calorem exultans for-  
maliter calidus. Et sol etiam producit ca-  
lorem in his inferioribus cum tamen eius  
modi caloris qualitas in eis non inueniatur  
formaliter. sed in uirtute tantum. Et ad  
fuerit etiam modum multarum aromaticarum spe-  
cies dicuntur calidae secundum uirtutem  
tantum.

### De quattuor elementis et Actio- ne eorum adinuicem ~

Commissus pro nunc corporibus simpli-  
cibus que compo-  
siti non subsunt  
qualia sunt celestia.)

Ad intelligendum autem quomodo elemē-  
ta agant in se inuicem. supponendum est  
ipsa esse corpora simplicia ex quibus mixta  
corpora componuntur. dicuntur autem sim-  
plicia quia non componuntur ex alijs primis  
et simplicioribus corporibus, non autem quia  
materia et forma non consistit. agunt au-  
tem medijs quattuor primis qualitatibus tan-  
gibilibus scilicet calore, frigore, humiditate  
et siccitate a quibus omnis actus pro-  
cedit. Sunt autem alie tangibiles qualita-  
tes secundae que ad inuicem non sunt. ut grossum  
subtile, durum, molle, lubricum, aridum  
dicuntur uero secundae quae quattuor illas pri-  
mas reduci possunt. ut subtile ad humidum  
et grossum ad siccum. idque propterea quod sicut  
humidum est bene repletum. ita et subti-  
le. et sicut siccum minus. ita et grossum  
similiter de lubrico et arido dici potest  
ex combinatione autem et coniunctione es-  
tarum quattuor qualitatum. quattuor com-  
ti



A. <sup>h</sup> *stuntur* elementa. etenim caliditas insimul  
 et siccitas circa summum siue temperata est  
 uerum igni, frigiditas insimul et humiditas  
 temperata conuenit aque. humiditas in-  
 simul et caliditas temperata conuenit aeri.  
 Et tandem siccitas in simulo et frigiditas te-  
 perata conuenit terre. calidum autem et  
 frigidum, humidum et siccum simul obuij  
 contrarie tatem combinari aut coniungendi  
 possunt. et ita tantum consistunt et existunt  
 dicta quattuor elementa.

insunt autem prodite qualitates e modo  
 quo diximus elementis in sua naturali dis-  
 positione conditis et consideratis. nam e mo-  
 do quo nunc ad hominum et animalium con-  
 seruationem deus illa preparat non sunt pu-  
 ra elementa, et quemadmodum naturaliter  
 terra cooperienda foret aquis nisi animantium  
 conseruationi fuisset addita, sic neque in a-  
 qua ut bibi possit summam expetimus fri-  
 giditatem, neque in aere, ut respiratiui sit  
 aptus summam humiditatem. et propterea  
 Aristoteles ignem ad usum usum deputa-  
 tum, non tam ignem, quod ignem quod summa  
 ut

ex his quattuor elementis que dam generis  
 nunc symbola siue symbolizantia dicuntur  
 hinc est conuenientia, quod in una qualitate con-  
 ueniunt ut ignis et aer in calore, terra et  
 aqua in frigiditate. et inter huiusmodi uedi-  
 cunt philosophi facilis est transitus ut scilicet  
 cet unum ex altero genere cum uictoria u-  
 nus tantummodo qualitatis sit necessaria, que  
 dam tamen ut ignis et aqua, aer et terra rō  
 sunt



sunt symbola. qz in utraqz qualitate pug-  
nant. Et interea difficultior est transitus. qz  
requiritur victoria utriusqz qualitatis. Scilicet  
calor ignis vincat frigiditatem aque  
et siccitas humiditatem ad huc us ex aqua  
fiat ignis. Et similiter dicendum est de  
terra et aere.

Animadvertendum uero est qd ex his quatuor  
elementorum qualitatibus duę scilicet  
calor et frigiditas sunt maxime actius;  
duę uero scilicet humiditas et siccitas sunt  
passius. ac proinde ignis et aqua sunt magis  
actiua. terra uero et aer quamuis minus  
actiua sunt resistunt magis. ac proinde secun-  
dum ordinatissimam dei dispensationem ig-  
nis aeri. et aqua terrę contrarietasunt. ut  
fortius agenti fortius opponat resistantia. et  
sic mundus quantumuis elementa in se agant  
non consumat. sed maneat potius et conserue-  
tur. et consistat.

Notandum uero est qd superius elementum  
excedit inferius subcontiguum in decupla pro-  
portione taliter qd ex uno pugillo terre fiunt  
decem aquę et ex uno aquę decem aeris. ac ex  
uno aeris decem ignis. ac proinde facta multi-  
plicatione arithmetica. ignis ex uno terre pu-  
gillo fieri mille ignis. excedit enim in millecu-  
pla proportione. nec tamen plus materię habebit  
ignis sub millecupla quantitate. qz tantu[m] ter-  
ra sub simpla.

¶ De mixtione et mixtis corporibus  
mixtum est mixtibilem alteratorum unius. et  
mixta corpora dicuntur. quę ex supra dictis qualita-  
tibus elementis alteratis eadmodum siccitatem redactis  
resultant. Et hoc est proprium mixtum / neque enim pro-  
prie



que dicuntur misceri que unione si servant  
 proprias species ut etiam aer miscet terrae. im-  
 mo necesse est propria mixtura cum aqua vinum in-  
 fundit et in vini naturam vertit. in mixtura  
 ne enim rigore intellecta mixtabilia ad tem-  
 peramentum reducuntur sic quod nullum ex aliis  
 in sui naturam convertat. oportet etiam in mix-  
 tura quilibet eius partem esse mixtam sicut in  
 augmentatone dicebamus. quod etiam dicitur a  
 qua vinum miscet non necessitate accidit. immo  
 potius sufficit partes aquae vini viciniores ipsi  
 esse commixtas.

An autem elementa formaliter hoc  
 est secundum suas substantiales formas  
 an virtualiter hoc est secundum suas quali-  
 tates remaneant in mixtura. Alij primo a-  
 lij secundum amplexantur. quod enim maneat  
 formaliter videtur experientia comparari. dum  
 igne ad lignum admixto pars in ignem vertit  
 pars in aera exhalat. pars aquosa defluit  
 per ligni poros. et tandem pars in cinerem re-  
 sultat sive terram. dicunt autem huiusmodi  
 per formam substantialem totius impediri ac-  
 tionem elementorum. ne ad invicem omnino  
 consumantur. sed opinio ista improbabilis est.

Alij solum admittunt manere elementa  
 in mixtura secundum suas qualitates tempera-  
 tas inter se obmutuam actionem donec alij  
 qua instabiliter predominante et vincente co-  
 positum corrumpit. hanc vero temperatam  
 Alij elementorum proportionem in quavis mix-  
 tura parte reperiri affirmant. eamque complexione  
 totius vocant. et hanc sententia probabilis est.  
 Alij existimant nec virtualiter elementa ma-  
 nere

¶  
 Hinc quidam philo-  
 sophi hanc et am-  
 citiam dixerunt et  
 se principia rerum  
 et impediunt. et  
 Anaxagoras omnia  
 esse in omnibus  
 asseruerunt ~

¶  
 et ut in febricitan-  
 tibus ardentem ex-  
 cidit calor in seni-  
 bus frigus. in hydra-  
 pnicis humiditas.  
 et in phthisicis sic-  
 citas.

¶  
 et dicitur orthodo-  
 xorum consora-  
 aut enim dicitur  
 gregorius quod quat-  
 tuor elementis -  
 velut basis de  
 ferimus ad sepul-  
 chrum ~

et corpo-  
 ra desi-  
 ciant



nere ad modum dictum. Sed ex eorum qua-  
 litatibus et mixtione totius qualitatem re-  
 sultare quamvis etiam complexivorem  
 appellare in p[ro]portione quadam consisten-  
 tem. Neque autem spiritus non multum a  
 secunda differit. ac proinde non est q[ui] in eaz[um]  
 examinatione per singula digladiemur  
 sunt igitur elementa omnia eo modo quo dictu[m]  
 est in mixtis omnibus et eorum singulis par-  
 tibus. Bene quidem verum est q[ui] in quibusdam  
 ut in certis partibus dominat[ur] terrę qualitas. in a-  
 quatilib[us] aquę. et in volatilib[us] aeris. in eis  
 terreus dominat[ur] ignis. quoniam in singu-  
 lis partibus omnes elementorum qualitates  
 inveniuntur specialiter alicuius elementi qua-  
 litas clarescit. ut in sanguine aeris. in offi-  
 cera ignis. in flegma aqua. et in metarctis  
 terra. q[ui] idcirco omnes qualitates in singulis  
 insunt. nec dici satis confirmantur dum ad cuius  
 visus ~~et gradum~~ diversarum graduum cura  
 tionem minutissime sanguinis utitur quod r[ati]o  
 in sanguine (ut potest humore precipuo) omnes  
 qualitates aut peccantes humores amittuntur  
 cum tunc tamen statim in multis mixtis non  
 facile discerni possit quodnam elementum  
 preceps dominum habeat.  
 Aduertendum autem est ut supra insinuau-  
 mus q[ui] elementa secundum ordinem uniuersi-  
 prout tunc sunt ad dominum et omnium vi-  
 uentium usum deputata non sunt pura im-  
 mo non tam elementa. q[ui] elementa dici pos-  
 sunt si erum terra pura cum suis qualitatibus  
 existeret ponderosior esset quę unq[ue] metallo  
 et gignendis plantis et fructibus produceret  
 inepta. mixtionem ergo inse habet et inde fit

ut prima facie  
 videtur

in infantibus  
 humiditas. in  
 senibus frigiditas  
 est

et hinc est q[ui]  
 oleum mixtum  
 aut infusum a  
 que supernatur  
 q[ui] participat ma-  
 gis de natura ae-  
 ris

precipue

¶



q. cum fumo ab aqua velis operari fecundior reddi-  
tur. Similiter aqua si in sua naturali dispo-  
sitione pronuntio existeret non esset sapida,  
et esset summe frigida. ac proinde minus po-  
tabilis quam et ad certam fecundandam mi-  
nus idonea. aer etiam si summe humidus  
conseruaret quos patib. hominum respiratio-  
ni et animalium deseruiret. q. autem ignis  
quo utitur potius ignem quid sit non in di-  
get probatione. Prævidissima tamen de j. dispo-  
sitione hinc ita factum est. et eadem dispo-  
sitionem ut dicitur elementa pura in illis parti-  
bus solum in quibus viventium usui deser-  
uire nequeunt. ut terra in cantis. et ignis in  
sua naturali loco et sphaera propria iuxta conca-  
uum lunæ. Post finem autem mundi cum  
novæ generationes et corruptiones omnino des-  
saberent elementa in suis naturis et qualita-  
tibus pura remanebunt.

Dubitabis tamen circa dicta primo num  
aliquid possit simpliciter generari aut corrup-  
pi. et videtur q. non q. fieri ex non ente simpli-  
citer quod esset certari. et redigeret in nihilum  
simpliciter quod est ambiguum. quorum neu-  
trum admittunt philosophi, et præcipue thes-  
tologi naturaliter fieri posse. ob hanc rationem  
quidam incertanter affirmant nihil sim-  
pliciter generari sed tantum modo secundum  
quod per alterationes formas accidentales pro-  
ducitur. quæ per se non existunt. sed per eas subiecta  
accidentaria denominatione talia vel talia di-  
ci consueverunt. Sed huc dicens modus omnino  
falsus et improbabilis est. cum etiam formas subs-  
tantiales per generationem in materia producan-  
t et ex quibus composita consistant. et similiter de per-  
dan

huius flammam  
densiorem ex  
perimus q. aeris  
fumo q. mixta

hoc est



127  
dant per corruptionem, ac proinde non solum  
generatis secundum quid, sed et generatis simpli-  
citer et possibilis secundum naturam.

Sed notandum q, in generatione secundum  
quid quae alteratis nuncupat subiectum ipsu  
dicitur alterari cum accidentalis forma produ-  
cit. V.g. homo dicitur fieri albus aut riger, ac  
in generatione simpliciter siue substantia  
h subiectum (quod est materia prima idem  
manet in utrisq; terminis generationis ante  
et post ac proinde non generat. Sed generatur  
totum compositum, quod ex materia et forma  
resultat. V.g. equus aut leo.

<sup>^</sup>  
siue simplici-  
ter

Ad objectionem uero in his suis dubij allata  
Respondemus generationem substantialem fi-  
eri ex nonnente simpliciter prout h simpliciter  
condistinquat ab onente in actu. non uero  
ut dicit omnino nihil materia enim prima  
est ens in potentia ad quamlibet formam de  
se nullam includens in actu.

q, si Rursus inquiras quae nam sint primae  
qualitatum ministeria siue officia scilicet.  
calidi et frigidi; humidi et siccii. breuiter Resps  
debemus calidi proprium esse quater generas par-  
tes (sive et diuersae rationis generis aut species)  
in eodem composito ab inuicem separare. V.g. in  
femine carnem ab ossibus ossa a nervis etc. <sup>^</sup> nervos  
quod exprimitur dum ignis in ligno a quod sita <sup>^</sup> a medu-  
la. <sup>^</sup> lla.  
cem a fumo et cinere disgregat. Et in purgatio-  
ne metallicum certum. In autem in carne  
V.g. ossibus, et nervis sunt distinctae formae subs-  
tantiales praeter animam rationalem. an uero  
sunt per accidentarias solimodo distinguantur  
formas non uacat nuncius disputare.  
officium autem frigiditatis quater generas  
partes unice et in glutinosa a nervis scilicet cum



ossibus et carnem cum utriusque frigoris et caloris  
 primum et unum ut in gelida aqua primum accer-  
 nimus algore.

Humidum autem ob sui fluxibilitatem facile  
 terminat terminis alienis et aptius formis reci-  
 piendis. et difficile terminat terminis propriis  
 Huic autem succurrit siccitas que difficile ter-  
 minat terminis alienis. nec nisi uidenter com-  
 pulta lateribus continentis se patit exaptari. quod  
 fluxum ignorat. Suius rei manifestam proba-  
 tionem nobis exhibent figuræ dum Sulfur hu-  
 midum ut diuersas in multitudine inducant for-  
 mas quibus inductis ad ignis uel solis calorem  
 exsiccant. ut stabiles et duraturas reddant.

Tam ergo ex his constat quod agens siue generans  
 eget calore ut per se generat partes disgregat fri-  
 gidity ut conuenienter eas coniungat et con-  
 nec. Siccitate ut formas quas interdit intro-  
 ducat. et siccitate ut eas introductas protegat  
 et conseruet. ex his autem primis qualitatibus ad certam partem  
 procedunt alie quas philosophi secundas appellant / nomen reddunt.  
 ut sunt tangibiles quas supra enumerauimus,  
 et alie sensibiles. ut color et lux sunt inferiorum.  
 Lux enim color et sonus est ex primis qualitatibus  
 Sapores omnes. odores. atque sonus non enim daret  
 sonum percussus aer si esset purus.

An autem quando unum quod corrumpitur necesse  
 sit generari aliquid generari et conuersi solent  
 inquirere philosophi. et Respondent unani-  
 mi consensu affirmatiua conclusione. Unde  
 est illud commune axioma quod generatio unius  
 est corruptio alterius. Ratio huius est quod  
 nam materia prima non potest esse nuda  
 sine forma ultima substantiali. et due for-  
 mae ultima substantialis nequeunt simul  
 esse in eadem materia ac primum cum res na-



turales sint generabiles et corruptibiles un  
corrupta et abeunte forma alia generat vel  
succedit in materia. ne proinde uno corrupto  
succedit aliud genitum. non sic q. corrupto uno  
formae in eadem materia succedat alius si  
cut neq. cum generat ignis procedit alterius  
ignis corruptus. sed alterius praeque substan  
tia ex qua non generat ignis. / Cum autem  
virtute naturae nulla pars materiae possit cre  
ari. et ipsa materia sit finita non est existi  
mandum q. crescentibus arboribus. N. q. nova  
materia de novo creetur. quin potius aliunde  
sumit ne proinde eadem materia et eade  
partes eius nunc sub hac nunc sub illa  
forma. et sub diversis partibus compositi repe  
ret.

Diversitas autem et vicissitudo genera  
tionum et corruptionum. ex eorum motu  
bus causatur. qui cessante cessabunt. et quidem  
motus primi mobilis qui viginti quattuor  
horarum spacio concludit causa est distri  
ctus decem ac notum. motus autem solis.  
proprie qui ab occidente orientem versus  
per circulum zodiaci uno anno peragitur causa  
est per sui accessum. et recessum generatio  
num et corruptionum que in his inferori  
bus accidunt. et cum per sex signa accedat  
et per sex et idem recedat. et quale <sup>sunt</sup> genera  
tionum et corruptionum tempora.

Notandum autem est quaedam facilius que  
dam difficilius generantur. <sup>tum</sup> Iamque quaedam pau  
ciores et faciliores possunt ad singulationem  
et conservationem dispositiones. ut inter  
quaedam faciliores est obscuri convenientiam tra  
situs que omnia constant. cum ex umbra fit  
plu



pluvia et ex aqua vapor et ex nube aqua //  
 et sic secus accidit cum res generanda perfectiores  
 requirit et difficilius acquirendas //  
 perfectiones tunc enim maioribus dispositum  
 et tardius generat. Unde Baptista  
 Mantuanus inter Christianos poetas ingenij  
 dexteritate pollens sic est affatus est  
 omne quod excellens opus et sublimis futurum est  
 difficile habet ortus incrementaque tarda.

An autem idem semel corruptum reverti possit?  
 theologi muneris est disputare pro nunc bre-  
 viter Respondemus idem secundum naturam spe-  
 cificam naturaliter redire posse ut de factis ex-  
 perientia certimus. Et si omnino uerum  
 species <sup>deperiret</sup> ~~estinguetur~~, ex putredine iterum re-  
 producere. idem autem muneris si semel cor-  
 rumpatur naturaliter redire impossibile est, si-  
 ue forma sit corruptibilis ut unanimiter om-  
 nes sentiunt philosophi, siue incorruptibilis  
 qualis est anima rationalis ut theologi affir-  
 mant soli diuinae virtuti eius reuersionem ad  
 corpus (cum semel ab eo discesserit) reseruantes  
 quae enim propter Christum dominum se ipsam ab  
 inferis reuocare ualuit, aut alijs resurrectione  
 in ultimus mundi finibus nisi diuina uirtus im-  
 pertinetur? Singulis secundum merita, premia  
 concessurus.

unde



quamuis instituti nostri in hoc opere ~~quo~~  
~~facilitati fundantur~~ est fuisset ab alijs dis  
putata perstringere ita scilicet pro viribus  
temperare conabimur ut nihil de senten  
tarijs deo dante omittatur. et pro  
terea si que additione agere conspicimus ad  
deus supplemus. Et ergo nunc circa ca  
pitulum primum libri de generatione ques  
tu difficultatibus brevissime discutenda ~

### Utrum omne agens in agendo Repatitur?

Et videtur quod non. Primo quod simul ageret  
et pateret. ac proinde inueneret simul in  
alio contrarijs. quod est impossibile. conse  
quentia patet quod agere et pati in suis contra  
rijs sunt. ~ 11.

Secundo quod sequeret eandem qualitatem  
intendi et remitti simul. cum enim calidum  
agit in frigidum acquirit in se maiores vires  
et intendit in escalor. et ex altera parte a  
frigido reagente in ipsum remittitur ergo

Tertio. si omne agens in agendo repatit ergo  
rursum sequit actus. patet tamen quod semel in  
tantis aut tempore ignis agit in aquam. et  
in eo patit ab aqua datur casus quod agit secun  
dum unum gradum caloris. tunc sic in eodem  
tempore repatit ab aqua. ergo ad minus secun  
dum unum gradum frigiditatis. ergo neutrum  
ex duobus agentibus videtur alterum. et sic rursus  
sequit actus. Si dicatur quod ignis agit secundum  
duos gradus caloris et repatit secundum unum  
tantum. contra quod in unum instanti. vel primo  
esse temporis non potest produci nisi unicus ca  
loris gradus. quod si dixeris quod producentur duo gra  
dus



dicitur contra quod agens in seipso de imperfecto  
 ad perfectum. et de minor ad maius. ergo  
 in aliquo proprio non producit nisi unum gra-  
 dus caloris

<sup>A</sup> <sup>o</sup>  
 A Tertio arguitur quod fortius agens nunquam potest  
 se infirmitate alterius agere. nec vincere passum  
 suum in maiorem potentiam ad alterius  
 agendum. probatur quoniam si aliter dicitur  
 per veritatem. N. q. h. v. in quarta parte  
 huius ignis repaterendo ab aqua amittet du-  
 os ad minus caloris gradus. et in dimidia  
 hora alius dies. et tandem in fine huius  
 omnium calorem amittet taliter quod nec  
 vincere passum. neque aliquid omnino a-  
 gere valebit

<sup>A</sup>  
 Pro huius quod dicitur quod ad modum effici-  
 lus est (quoniam brevissime absoluitur est  
 animus) Notandum est primo ex Aristotele  
 cele. i. physicoz. cap. 7. et 3. q. materia  
 est principium potentissimum. est etiam pura po-  
 tentia cuius est recipere et non agere. et for-  
 ma ut docet idem Philosophus. in 2. phys.  
 cap. 3. est principium activum. ac proinde  
 ut agens agat necessarium est habeat ma-  
 teriam eiusdem rationis cum passio

Secundo Notandum est quod aliter procedit a  
 proportione formae maioris in equalitate. hoc  
 est dicere quod agens maiores vires debet habe-  
 re ad agendum quam patiens ad resistendum  
 hoc autem infirmitas eiusdem speciei in se  
 siquidem debet absolute. et sine ulla limitatio-  
 ne eternum calidum ut quatuor non pote-  
 rit calefacere calidum ut sex. neque in eo calo-  
 rem intendere. Infirmitas autem diversarum  
 specierum intelligitur de altero videlicet quod



438  
calidum ut duo non poterit (quamuis a-  
gat in ipsum) vincere frigidum ut sex im-  
mo neqz alio, ficut ubi patitur a proportione e-  
quali. quoad in inaequalitate permanere  
ut.

Tertio notandum est q. cum alio procedit  
a proportione maioris inaequalitatis agens  
agit uniformiter et difformiter, et patitur  
uniformiter et difformiter, non enim de-  
similiter agere et recipi. Sed inaequalis est pas-  
sus alteri.

His positis sit Prima conclusio inquitur  
qz tempore agens agit inuenit resistentiam  
ex parte passi patet qz inquitur qz tempo-  
re agit ad inuenit formam contrariam in  
passo, ergo et resistentiam

Secunda conclusio. Omne agens in agendo  
repatitur. Si adsint duae conditiones altera est  
q. sit agens physicum (cuius defectus deus sp-  
ritus maximus nunqz repatitur agendo) al-  
tera q. agens et patientis conveniant in mate-  
ria et ob defectum huius conditionis licet  
corpora celestia agant in his inferiora non  
tamen repatiuntur ab illis q. non habent ma-  
teriam cum ipsis communem.

probat hinc conclusio qz si agens et patientis  
conveniunt in materia et differunt in  
forma. agere in se inuicem et repatiuntur  
mutuo cum sit in utroqz principium ad  
agendum et patiendum sufficiens  
et confirmat qz in eiusmodi agentibus  
physicis sunt quattuor primae qualita-  
tes a quibus alio et resistentia procedit  
nimirum calor, frigus, humiditas et  
Sic



Contra  
210

Siccatas ergo / Deinde probat quod omne  
passum resistit agenti, resistere autem  
est agere.

Ad Argumenta ergo Respondendum est  
et ad Primum quidam sine ulla firmi-  
tudine concedunt idem posse immo et de  
facto moveri motibus contrariis respectu  
diversorum et sic idem agens inducit agenda  
ratione forma. et patitur (ratione materiae)  
a passu in quod agit / uel secundo R<sup>o</sup> quod  
simul est agere et repati quoniam immo in  
aliqua temporis parte agit agens, et in  
alia repatitur. Sicut enim in tempore in  
finitas partes in quarum singulis succin-  
peribile<sup>PH</sup> iter iam agit agens iam et conuer-  
so repatitur / et iuxta hanc solutionem secun-  
da conclusio non est intelligenda de simul-  
tate omnimoda actionis et repassio-  
nis. / q<sup>o</sup> si istos dicens nullam omnino  
posse principi temporis partem in qua agit  
agens in qua non resistat passum. R<sup>o</sup> q<sup>o</sup>  
resistere ut sic formaliter non est agere  
ne proinde non causabit repassum in agente  
per solam resistantiam contrarij. quemad-  
modum dicimus et quotidie experimur  
q<sup>o</sup> aliud est per uiribus se defendere ne ab alio  
percutiaris aut vulnereris, et aliud si ipsu  
repercutiaris percutis ab eo / Sed instabit quod  
tunc nunquam in ulla parte temporis debili-  
us agens te ageret in potentius, pro hoc sequel-  
lam quia Continuis auferentur potentioris  
uires nec posset debilius uelb parte fortificari  
R<sup>o</sup> negando id quod inferitur. immo potius  
agens ex sola resistantia passu immo potius  
efficitur ~~et~~ passum utcumque fortificatur  
q<sup>o</sup>



282  
 (q. utrumquodq. agens ad sui conservatio-  
 nem (casi alia debilius) fortius pugnat.)  
 reageret in alia temporis parte.

Respondet etiam negando q. idem moueat  
 motibus contrarijs. quatinus enim actus  
 et passus sint idem motus non tamen actus  
 ut sic habet rationem motus. nec dicitur mo-  
 tus sed secundumq. passus est et est in pas-  
 so. est enim motus actus mobilis a mouen-  
 te profectus (ut dixit Aristoteles) et ex hoc  
 sequitur q. cum agens agit. et repatit non  
 sunt nisi unus actus siue motus aut passi-  
 ones duorum passiuorum differentium ac-  
 prout idem subiectum non mouet mo-  
 tibus contrarijs sicut idem subiectum ag-  
 at. et repatit q. actus physice transe-  
 untes de quibus nunc cum Philosopho lo-  
 quimur subiectantur in passo

Ad. 2. ex dictis potest fieri similiter Respon-  
 detur negari necesse est cum agens in a-  
 gendo (admodum dictum) repatit eandem  
 qualitatem simul augeti et remitti dato  
 enim q. nulla sit temporis pars in qua non  
 repatit cum agit. immo dato q. remitta-  
 tur calor in agente. non est necesse q. in eo-  
 dem augetur. sed q. augetur siue intenda-  
 t in passo quem vincit. et hoc patet con-  
 sideranti q. calor ut obo. quem philosophi  
 summum vestant augeti non potest quo  
 ergo patet cum calidum ut obo agit in fri-  
 gidum poterit in agente augeti. minus qui-  
 dem poterit ab esso reagente et de facto mi-  
 nuet actus durante. nec mirum cum et  
 partes substantie ipsius agentis pereant et



corrumpanit ut corroboret cum magis igni  
 vij aqua modica infundit ubi aliquas  
 ignis particulas deperire necesse est, quia  
 nec statim ferventius resumptis verbis  
 flammescat.

quoniam Resistentia sine resistere ut sic non  
 sit agere producendo scilicet qualitates a  
 liquas contrarias in passio probat cum idem  
 agentia & qualis omnium virtutis inter se  
 pugnant. eiusmodi enim & qualitate du-  
 rante neutrum in alterum suas intro-  
 mittit qualitates.

Ad. 3. Argumentum R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> fortius agens  
 semper prevaillet et sic etiam illud incipit et  
 sortit effectum. Pro quo advertendum est  
 q<sup>o</sup> calor qui incipit cum motu incipit ad mo-  
 dum ipsius motus. hoc est non per primum  
 sui esse, taliter q<sup>o</sup> sic verum dicere nunc  
 est minimum calor. et ante hoc non fuit ca-  
 lor, sed per primum non esse taliter q<sup>o</sup> ve-  
 rum sic dicere nunc non est calor. et im-  
 mediate post hoc erit calor. Ac subinde cum  
 ignis mittit aquam verum erit dicere  
 nunc non est calor in aqua. et immediate  
 post hoc erit productus maior calor in aqua  
 ab igne, q<sup>o</sup> erit frigiditas producta ab aqua  
 in ignem. et ita incipit et sequit<sup>r</sup> actus.

Ad. 4. R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> agens cum ~~continuo~~ domina  
 e<sup>o</sup> passio ipsum debilitat et enervat. Et  
 ita in se a se. et a contrariis occasionaliter  
 roboratus. infine altioris Victor evadit. Et  
 quo ad exemplum prius accedit ad agendum  
 maiores vires acquirit.

Haec omnia quae dicta sunt de duobus contra-  
 rijs



782  
rijs mutuo contrase agentibus intelligen-  
da sunt eodem modo quando agunt in unum  
tertium. et enim cum alterum contrarium  
altero mediante (ut patet) in tale tertium  
invenit alterum. contingunt prefata agen-  
tia passum a diversis lateribus sive par-  
tibus. Et tunc utrumque agens agit medijs.  
suis qualitatibus in partibus passi impressis  
ad quod sequet pugna. alio et realiter si-  
ue repassis ipsarum partium passis inter se  
sicut de duobus contrarijs in se mutuo  
agentibus in questione diximus. ) )  
et ad eundem mundum philosopharum est  
cum in eodem composito due opposite qua-  
litates vel summes digladiant et pugnant.  
non tamen sic dicerendum erit quando a-  
qua sive g. aut aliud simile extranaturale  
dissolventem volenter redatum contrari-  
um cessante ad pristinum statum reducit. tunc  
enim aqua fervens calefactione ignis cessa-  
te a sua propria natura roborat et calorem  
ita continue expellit. ut nullum ei reagen-  
di locum relinquat. immo frigidior quam an-  
te calefactionem erat reddit pro sua natu-  
ra lege conservatione.

(quamvis multo ma-  
gis sit calida quam fri-  
gida)











## Tractatus Tertius De mix- tis imperfectis.

Præter corpora omnino ingenerabilia et  
incomuptibilia quælibet sunt celestia. et ea  
quæ mixta perfecta vocitantur corruptibi-  
lia quidem & generabilia secundum suas  
naturas. quæ certo ordine et divina disposi-  
tione in proprijs speciebus continua succes-  
sione conservantur. Sunt et alia mixta imper-  
fecta quæ non ita determinatam subsistenti-  
am habent & facilius quæruunt et esse desinunt  
de quibus nunc deo dante futurus est sermo.

### De Tribus aeris Regionibus

quoniam autem mixta imperfecta in aeris  
regione pene omnia videntur generari. ideo  
de ipsa eius dispositione primum dicendum est.  
Aer ergo in tres dividitur regiones sine partes  
principales. supremam scilicet. mediam. &  
infimam. Suprema ob vicinitatem ad spheram  
ignis. et ob motum etiam circulaem. quæ  
a primo mobilis participat calida nature est  
motus enim est causa caloris. Infimam quoque  
similiter est calida tum ob reflexionem ra-  
diorum solis a terra. tum ob vapores et exhalationes  
quæ in ea causantur. Media regio frigida  
valde consistit. tum quia ab ignis regione et ra-  
diorum a terra reflexis elongatur. tum quia in me-  
dio duarum regionum quæ calidæ sunt conti-  
nua per altitudinem quam phyllos spheræ antiparis-  
tas inuicem fugit in ea interitur et fortificatur  
ad supremam aeris regionem ob calorem quæ  
habet. et ob viciniam elongationem a terra  
vapores humidi et frigidi ascendere non va-  
lent. ascendunt tamen virtute solis exha-

que non ita determi-  
natos terminos ha-  
bent ut per compo-  
sitionem aliquam  
talem non minorem  
et aut ex calore & sta-  
te enim radij solis  
fortius reflebrunt  
et alius ascendunt  
et fixam aquæ ele-  
mentum suscipit  
incrementa.

est autem Antipa-  
ritas fortificatio  
virescentia per  
presentiam ab eorum  
ectise fieri potest duo  
by rudi scilicet aut  
per partium contrac-



homonem aut per re  
flexionem qualita  
tis alius. Et fere in  
idem redit.

Ob rationem as  
signatam qz  
calore pollet

Saturnus calidus et succa quinquena succen  
sa varias efficiunt formas. in infima regio  
ne pauciores impressiones fiunt. generant  
igitur imperfectiora. mixta fere omnia in me  
dia regione. de quibus omnibus dicamus per  
singula.

De his quae generantur in suprema  
aeris regione.

Per astrorum et solis influxum ex mari flu  
minibus et paludibus et alijs aquaticis locis ele  
vantur vapores sursum, qui si multum fuerint  
subtiles vehementer calidi et succi facile me  
diam aeris regionem penetrant et ad supremam  
ascendunt dicunturque exhalationes quae  
ut diximus succensq miras exhibent et va  
rias intuentibus species iuxta materiarum disposi  
tiones uniformes aut difformes. nunc draconum  
nunc caprarum, nunc saricearum, nunc  
candelarum, vel facium ardentium. apparent  
autem saepe tanquam volitantia sidera quandoque  
fixatis et voragines in medio subobscuris luci  
bus incircumscriptis. quandoque ut torus in longum pro  
tensus. quandoque ut stipula ardens, quando  
que ut capras albans, quandoque ut saricea volans quandoque  
quandoque etiam in infima aeris regione elevata ut ignis  
et exhalatio calida et succa quae a media regio perpendi  
na repercussa desumit descendens incenditur autem  
quae ignis fatuus solet nuncupari et declinosa  
quae remota usque ad aquas pergit

De cometa specialiter.

Apparent cometa ad stellarum modum non  
tamen sunt de natura coelesti. sed de mate  
ria exhalationum quae ut diximus calida et  
succa naturae existentes grossae et visosae bene  
que dispositae ut inflamentur ascendentibus continue  
Si

que currere vide  
tur non quae cum  
vires inuicem  
sed quae materiae  
posita citissime per  
singulas partes in  
flammas comburitur

Stellae congregatae  
nec.



Similibus partibus quibus nutrimentum circumgy-  
 rata ad instum aeris miras accensq exhibere  
 formas nam si uersus omnes partes radios e-  
 mittant dum in medio sunt crassiores erunt  
 dicuntur. Si aduersus radios aut scintillas decen-  
 tibus extendantur dicuntur barbatae. sunt autem  
 cometae potissimum autumnali tempore quo  
 quam bene calor est sufficiens materiam eleua-  
 re. Et calor competens facile permittit absq  
 dispersione materiam conglobari et conuerti  
 quod in estate raris facile permittit. quando  
 gressa exhalatio diffidit. Propter istam a-  
 ram dissipantem, cometae regis sumam fri-  
 gidityatem ad summam regionem ascendit. uer-  
 ro autem tempore raris est calor sufficiens tan-  
 tam materiam eleuare. Hyeme uero et frigus  
 et humidum repugnant.  
 Et autem cometae signum est motuum, Isti  
 bellorum. Et traditionum. haec potissimum de cau-  
 sa qd tempore cometae domitiae calor qui homi-  
 num animis ad similia inducit et accendit.  
 Principibus autem et Regibus (ut potest delica-  
 tioribus et minus ualidibus resistere eius mo-  
 dius stellatoribus) dicuntur specialiter praec-  
 cere mortem. spatio etiam magna uis uentis  
 ariditatem uicium exhalationes enim minus  
 uisitas et bene inflammabiles in uentis abire  
 docet Aristoteles. unde narrat apparente cometa  
 ingentem lapidem in caedem ualido uento es-  
 tratum cecidisse. Nictomachus quoque Althorui  
 imperante cometa apparente magna uentis  
 uis circa comitum debacata est. generat  
 autem quaedam in septentrione, aliquando  
 in austris, utrimq; ab occasu equinoctiali  
 mouentur ad instum exhalationem trahen-  
 tes aut iuxta instum supremam regionis abori-  
 ente scilicet in occidentem. Seneca cometas

et demit  
 comae

aeris



seruit nonnunquam fieri ex septentrione in occi-  
dentem per meridiem et ex septentrione in o-  
rientem quod et se uidisse affirmat cuius cau-  
sam assignat esse materiam ipsam quam  
trahit ipsam siquidem flamma incenderedo sequi-  
tur

### De galaxia siue via lactea

Hanc firmiter poeta esse unam partem coeli  
quam curus solis a Phaetone male guber-  
natus combussit ac proinde albam esse asse-  
uerant sed hęc uelut quędam sunt fabula  
uana ueritas ergo est quę causatur ex lumine  
reflexo multorum stellarum quę per refracto-  
nem album colorem apparere faciunt quę ta-  
men non semper apparet ob nubili aëris inter-  
positionem Aristoteles exultimauit galaxiam  
causari propter receptionem luminis in exha-  
latare calida et sicca rara quę quid sit ga-  
laxia a uoce gręca dicitur quę lac significat  
et quę sicut lac album pro se colorem ferat

### De His quę in media et infima aëris regione generantur Pluuia scilicet grandine nix pru- ina et nebula.

Vapor humidus et calidus habens sufficien-  
tem ut ad mediam regionem aëris virtute  
solis eleuatus ascendat (ubi condensatus in  
nubem) si in aquam conuertatur materia est  
pluuia quę si minutatim cadat imber appel-  
lat si mediocribus pluuia si grandioribus et  
rarioribus labuera nuncupatur siq̄ autem in  
infima aëris regione parte quod exes consistit quę  
pluuia quę rotunda sunt sicut et in aqua  
guttis

paruis guttis

sic enim magis  
conseruantur et  
resistant.



quibus experitur et cum altius descendunt di-  
uiduntur magis et minutiores fiunt. ut in a-  
qua ex altitudine proietta. Et diffusa cernimus  
pluvia. differentiis uocantur.

pluvia quandoque salta est iuxta naturam ual-  
poris terre a sole eleuata; ut dicemus de maris  
salitudine. cum pluvia autem lac oleum, sanguis  
et alia mirabiliter euidisse narrat. cadunt et  
rang ut sepe experientia comprobatum est quod  
uis quidam asserant eas non sursum generari,  
sed statim ut pluvia terram contingit. sed pro-  
fecto quod supra generentur non fiet incredibile ad-  
uertentibus quod in uaporibus eleuatis insunt uirtu-  
aliter quattuor elementa. et uirtus solis influ-  
it non cessante ubi prima causa concursu. Et  
ibid Albertus magnus etiam vitulos cum plu-  
uia descendisse narrat.

Signa autem futura pluuie sunt. Sydus uolaris,  
subedo matutina, quercella ranarum, acris mor-  
sus pulicem; quando sol citius mane apparet.  
cui etiam boues se lambunt. apes in alues se  
concludunt; et gallinae crispantes plumas seros  
et mundificans futuram presagunt plui-  
am.

Si postquam nebes in aquam conuersa est immo-  
diu fugas accedat in grandinem conuertit et  
conglobat; que magni ponderis et quantitatis  
quandoque cadit. adeo ut intra gradibus globos  
lapides non modicos reperiri contingat. qui ge-  
nerari ignea sunt a terra uirtute solis cum uo-  
poribus eleuatis quidam asserunt philosophi. et  
non in media aere regione gigni. Sed in uia  
generari non admittamus quod non uides cum et  
ibi alia multa gigni concedamus dixerimus -  
grando ut in plurimum rotunda est sicut de aqua  
retulimus. cadit autem precipua uerus et autum-



et est etiam  
precipue in  
auctumnis  
humiditas co  
proscor

in tempore qz tunc media regio aeris frigida  
est et caliditas non ita uehemens ut dissipet  
vapores anteqz sursum eleuentur. inestate  
enim calor est uehemens et dissipat eos. et  
in hyeme media aeris regio minus frigida  
nubibus minus tamen etiamestate contingit  
aridam grandinem congelari et impetu se  
decidere

Nix gignit cum <sup>nubes</sup> ~~vapor~~ anteqz in aquam uer  
sas congelat. quare et nix compacta difficiliter  
dissoluitur a sole qz glacies

At si eleuat vapor modicus et subtilis rorifica  
bens sufficientem caliditatem ut possit ad media  
regionem ascendere. tunc in infima regione  
per frigus rorificationis generat quare sua  
por uertit in aquam. et sic contingit maximè  
uero tempore. quando minus est calor et  
frigus rorificationis sufficiens ad conuertendū  
pre dictum modicum et subtilem uaporem  
in aquam.

Si uero vapor prius congelat qz uertit in aquam  
habentis pruina. fit autem pruina tempo  
re durior flante borea potissimum. et uero  
contra flante austro.

qz si iuxta terram perideat sterilis uapor id est  
non satur humidus. ut ex eo possit aqua genera  
ri. neqz satis calidus ut possit eleuari sursum  
dicuntur nebulæ uel caligo. que solis calore dissipa  
ta presignat serenitatem diei. testimonium  
enim datur qd non sufficiat pro ceteris impresso  
nibus calor eleuatus. Ros autem ut pote na  
tura caloris uolentis segetes collectas par  
trefacit. calor enim omnis externus putrefaci  
uus est. omnis quoqz letalem fluxum generat  
ob humorem multum viscosum. nec satis colli  
vnde palures non prius oues educunt qz sol suis  
radijs rorem sursum graminiqz herbis qz figentē



dissipauerit. Pluina sepius folet ob terrestre  
admixtum frigore impediendo non consumpti  
quare aqua ex pluina dissoluta rocinna actual  
de. Pluina descendens serenitatis dei iudici  
cum est. sursum uero uolta oppositum pre  
figurat et preceudit.

## De Fontium et fluminum gene ratione.

Non debemus existimare fontes et flumina  
ex aquis tempore hyemis in caernis terra  
inclusis generari. neque enim est ista mate  
ria sufficiens. nec concavitates adeo capaces  
ut continerent fontium et fluminum fluxum suf  
fice sine satis.

generantur ergo secundum Aristotelem et pluri  
mos philosophos ex aere incluso in terram qui  
ob sui subtilitatem per poros eius illabitur et  
et per terrae frigiditatem condensatur et in aqua  
conuertitur. et hinc est quod ex montibus maiores fon  
tes et flumina et pro uia promanant quod poro  
siores sunt quod loca plana et humilia et inaequa  
quod facilius preberent ingressum aeri. et cum sint  
soli magis vicini ob sui altitudinem poros aperi  
unt et extendunt magis. et autem ut fontes  
et flumina perenniter et sine ulla intermis  
sione fluant quoniam semper et sine intermis  
sione aer caernas sine terrae uenas per eius  
poros ingreditur et materiam generandi fontium  
et fluminum subministrat. ac proinde etiam si ex <sup>decem</sup> pu  
gillis aeris sufficit nisi unum pugillum aquae  
sufficeret fluxui fluminum et fontium pro  
uideat. his tamen sic statuitur.

Longe ueritati conformius uideat dicere quod fontes  
et flumina precipue a mari manant et in  
de uentum accipiunt influxum. iuxta illud  
ecclesiastes .i. omnia flumina intrant in ma  
re. et mare non rediunt. ad locum unde exe  
unt



unum flumina revertuntur ut iterum fluant  
 ac proinde per secretos terre meatus quasi per  
 venas humani corporis aqua a mari manas  
 defluit et per fontes erumpit unde flumina  
 exoruntur, quod vel ex eo manifestum reddi-  
 tur quod fere ubilibet terra profundius effoditur  
 aqua invenitur ut in puteis constat. ad modum  
 corporis humani qui ubilibet scindat aut pun-  
 gat cupide sanguinem emittit. quin et per di-  
 versos terre meatus plura subterranea defluunt  
 flumina. quae sine eo quod exterius erumpant in  
 terra ad mare revertuntur. Et inde sicut  
 quae civitates submergi. Et fontes de his ad loca  
 cum naturaliter transferri. Loca montium  
 planari. et loca plana montibus cognari de aquas  
 subterraneas quae terram madefaciunt parum  
 stabilem et vituram reddunt. //  
 Factum quoque est profundissima de dispositione  
 ut ex aere regione nix, glacies, granis. ut pr  
 vna et pluvia descendunt pro terra pro  
 ditate descendunt. et similiter aegre pro  
 mium et animantium conservantur de  
 terra erant et ascendunt. //

De maris salitudine eiusque fluxu  
 atque refluxu

eiusmodi amaritudo causatur ex exhalationibus  
 adustus vaporibus humidus permixtus calidus <sup>salsus</sup>  
 et humidus permixtus. Cui patet in lexi-  
 cus et urina sapor em reddit amarum et  
 salsum. quod autem aquae pluviales ex vapori-  
 bus a mari elevatis geruntur salta rursus et  
 amara ex eo procedunt. quod elevati vapores pro-  
 res sunt. et puriores reddunt virtute celestis  
 influxus. Et inde etiam aquae fluminum quae  
 a mari procedunt dulces sunt. quod per meatus  
 teriq



terra colant ut saporum illum maris amittant. quoniam si aqua maris per porous uasis egredi solent potabiles reddi experientia docuit quidam dixerunt mare a suo conditum ne creatum fuisse amarum et salsum. sed hoc dictis non repugnat immo eius natura et qualitas primaria conditum dictis calidis exhalationibus et uaporibus conseruata. nona incrementa recipiet.

Deflexu autem et refluxu maris si causa requiritur ex luna eam oportet assignari. quae dominat humidis. Luna enim ascendente supra orientem inquit est mare. ab orientis puncto usque ad punctum meridies fluit mare. a puncto autem meridies ad occasum declinatice refluit. Iterum ea ab occidente ad angulum noctis pergit fluit. ab angulo noctis ad orientem refluit. quod autem fluxus nunquam eadem hora incipiat. sed quod tunc praesertim minus una hora serius Luna enim tunc quae ab occidente uersus orientem tendit est adscribendum. inde enim ex quo serius quod tunc oriat. conficit siquidem proprium motu quod tunc tredecim gradus cum undecim minutis. et gradus quindecim horam efficiunt quod autem maria uno tempore fortius fluant et refluant quod alio. praesertim ex uicinitate Lunae ad maria. quando enim luna directe respicit mare existens supra orientem multo fortius mouet quod cum est sub oriente quod uirtus reflexa est mare.

eadem etiam modo mare aliquando crescit et aliquando decrescit. nunc uidentur nunc reuertit. In insulis enim tam solis quam lunae lumen impedit ne ualeat aere subtili seruare quare ingrossatus in aquam magis tunc conuertit. propter quod in insulis mare substantia

g.



^ tam solis qz lunę  
lumen non im-  
peditur ~

Inter crescit et ex opposito impletur in  
la rarefacit aquas que per eius modis rarefac-  
tionem crescunt. non quantum ad substantiam.  
que et homines in semet ipsis si aduertant pro-  
terunt experiri.

Notandum autem est qz predicta de fluxu et  
refluxu maris de oceanis intelligenda sunt  
mediterraneum enim nec fluit nec refluit

### De Ventis et eorum generationibus ~ atqz diuersitatibus ~

venti generantur per uirtutem solis euapora-  
ta a terra exhalatione calida et sicca. que  
quęrens sursum ascendere. et a frigido domi-  
ante repulsa secundum diuersos occursus et  
repulsus diuersimode circa terram agitatur  
et mouet lateraliter. quicquid a regionibus  
a quibus eriguntur flatum habere uirtutem  
recipiunt. et naturarum suarum conditione  
diuersam

ex regione namqz orientali fluctu uentus orien-  
talis iuxta regionis conditionem calidus et sic-  
cus conueniens cum cholera. qz state. in uentu-  
te et igne in suis qualitatibus

Regio occidentalis cum suis uentis est humida  
et frigida conueniens cum flegma hyeme seruet  
tunc et aqua. Regio septentrionalis que a sep-  
tem stellis. que uirtutes a proptis uirtutibus sunt  
sive uocabulum sumpsit habet uentus frigidus  
 ma omnium passionum prosequens. us-  
 luptas. odium. fuga. et dolor. )

Solet etiam hic disputari utrum prae-  
 appetitum irascibilem et sensitivum sit  
 intellectivus appetitus admittere tan-  
 quā ab utroque distinctus. Et affirmati-  
 ve. quoniam enim sensitivus et intellecti-  
 vus appetitus sit idem obiectum in materia  
 sed non tamen eodem modo terminat-  
 neque est idem utriusque obiectum formale

Singula  
 re solvat.  
 et partem  
 Lazeboni

In cap. 12. Absoluta anima quattuor  
 partibus. tres anima species inter se confert  
 scilicet nutritivam, sensitivam et in-  
 tellectivam.

In capite denique 13. Et ultimo. quod dixe-  
 rit corpus animalis simplex esse non posse  
 hoc est ex uno elemento. id manifestat  
 et supponit. quibuscumque reperit aliquis se-  
 sus. necessarius debet reperiri talis. qui  
 supposito duas proponit rationes que in tex-  
 tu patent. et hinc breviter dicta sufficiunt  
 pro doctrinali notitia eorum. que Aristoteles  
 in tribus libris de anima. et interpretes super  
 ipsum longissime disputant. ~ ~ ~ ~ ~

quod



quoniam autem animi est in hoc opere  
sic brevitati inuenire. ~~ut~~ ut nihil de  
necessarijs sicut deo dante. omittatur  
que sequuntur de anima amedere opere  
precium existimamus. 11

capitulum primum

quid sit anima  
secundum defini-  
tionem

Anima a quibusdam desinit ut spiritus  
a quibusdam ut anima: a quibusdam  
vero ut spiritus et anima. in quantum  
igitur anima naturam habet spiritus de-  
finit ab Alexandro. sic in libro de mo-  
tu cordis. Anima est substantia incor-  
porea intellectualis, illuminationis ca-  
pax ultima reuelatione perceptiva  
ultima dicitur quod mediantibus angelis per-  
cipit. ex hac definitione cognoscimus quod  
spiritus humanus, qui est anima, inter  
omnes creaturas immediate post an-  
gelos illuminationis diuine sit percep-  
tiuus.

Anima uero in quantum anima sic de-  
finit a Remigio Anima est substan-  
tia incorporea regens corpus | ex hac de-  
finitione habemus quod anima est quasi cor-  
poris rector et motor. | Item anima ut  
anima desinit a Philosopho ut diximus  
sic. Anima est eidelechia corporis phy-  
sici organici potentia uitam habentis.  
est autem eidelechia. huc actus primus  
sive perfectus | ex hac definitione ha-  
berimus quod anima uerbilis est corporis non  
omnis sed solum organici et physici. id est  
naturalis. ad susceptionem anime ratio-  
nalis disposita |  
Item anima in quantum est spiritus  
et



Et anima sic definitur ab Augustino. Anima est omnium similitudo. Hec definitio data est per comparationem animae ad creaturas. Anima enim ex sui natura ad suscipiendas omnium rerum tanquam rerum spiritualium similitudines apta est. Sed advertendum quod quaedam habent intelligi per opposita. ut tenebrae per praesentiam lucis, incorporea per corporalia. Et sic dicit anima suscipere rerum spiritualium similitudines.

Item animae descriptio talis est. Anima est deiforme spirituum vita. Hec descriptio sumitur ex genes. 2. capite. et datur secundum quod anima comparatur ad Deum prout ratio ex traduce. vel naturali sive seminale ratione propagatur. sed a deo corpori creando infunditur et infundendo creatur.

Item anima sic definitur animam. anima est spiritus intellectualis ad beatitudinem in se. et in corpore ordinatus. Hec definitio datur in revelatione animae ad finem. secundum quod non solum separata beatificatur in se sicut angelus. immo et in corpore gloriose ipsius beatitudo ampliatur.

capitulum 2. quid sit anima secundum rem.

circum haec varia fuerunt Philosophorum placita. Plato enim dicit animam esse numerum seipsum moventem. Aristoteles exdelectiam. Pythagoras animam. Hyperocrates spiritum tenuem. Heraclitus lucem. Democritus spiritum ex atomis compositum. Aethiormus Hypericus ignem.



Vigorem / Parmenides eam dicit esse de  
 terra et igne / Epicurus autem ex aere  
 et igne / Tertias autem diversitates nos  
 sequimur dicta sanctorum . Et fidelium  
 magistrorum dicentium qd anima est subs  
 tantia spiritualis et rationalis ad iunif  
 candum corpus humanum de rebus circa  
 ta . est autem creata perfectibilis et im  
 perfecta quantum ad scientiam et virtu  
 tes . perfectissima tamen est quantum ad  
 potentias naturales . Et qd incorporea est  
 sensui non est subiecta . neq; secundum  
 dimensionem extensivam ; quantitatem  
 enim habet anima . ut dicit Augustinus  
 non dimensionem , sed potestativam et vir  
 tualem . Et qd simplex est anima id est ne  
 q; augmenti . nec decrementi est susceptiva  
 qd neq; in corpore maiori maior . neq; in  
 minori minor reperit . ut dicit Augustinus .  
 multitudo quoq; potentiarum in anima  
 non ponit maiorem in animis natur  
 sed multipliciter effectuum .

Anima etiam est vita perpetua scilicet  
 per memoriam . intellectum et volonta  
 tem ad imaginem dei factam . capax vir  
 tutis et vitij ; susceptibilis poenae vel premi  
 arbitrio libera . potentijs . habitibus et af  
 fectibus decorata . caret figura . pondere  
 et colore . passibilis . et mutabilis est . eo  
 magna . quae capax est qd aemulatio . eo recta  
 quae naturaliter appetens est bonitatis . eo  
 bona . quae participans est divinitatis .

caput . 3 . quid sit Anima secundum

Nomen .

Anima dicitur in quantum corpus animat . et



vivificat. mens in quantum recedit. animus  
 dum uult. ratio dum recte iudicat. spiritus  
 dum spirat. uel quia spiritalem naturam ha-  
 bet. sensus dum sentit. memoria dum re-  
 cordat. uoluntas dum consentit. Nec ro-  
 mina diuersa sunt animus. non propter es-  
 sentie pluralitatem, sed propter affectuum  
 multipliciter et operationem. dicit ani-  
 ma ab a. quod est sine. et noma quod est  
 sanguis. ergo, sic sine sanguine. uel dicitur ab  
 a. quod est uita. et nomen in quod est tribue-  
 re. ergo, anima uitam tribuit. uel dicitur A-  
 nima. quasi anemos. id est uentus. quia spiritus  
 est

caput. 3. De triplici  
anima.

Actus animus triplex est scilicet uergetare  
 sentire. et ratiocinari. et secundum hoc dicitur  
 triplex anime potentia triplex. scilicet ue-  
 getabilis. sensibilis. et rationalis. de quibus  
 dicit Ambrosius. q. anima uegetabilis appetit  
 esse. sensibilis bene esse. rationalis autem  
 optime esse. ac proinde nunquam quiescit donec  
 optimum conueniat. propter hoc in amoris in-  
 dem mouetur. tanquam ad centrum in quo su-  
 ma delectatione fruatur. Ne autem tres po-  
 tentie in diuersis substantijs tres anime dici  
 possunt. nam uegetabilis est anima in plan-  
 tis. sensibilis in brutis. rationalis in homini-  
 bus. In homine autem tres predictae anime  
 una sunt essentia. sed differunt in potentia  
 neque obstat quod successive ad diuersa tempora  
 in lumine manifestantur. hoc enim est a-  
 iutate formatua. que rationaliter prius  
 dicitur



d'ipponit ad vitam qz ad sensum. Et prius ad  
 sensum qz ad rationem. presertim cum na-  
 tura non instanti et subito sed paulatim  
 et successive operet. cum autem anima ra-  
 tionalis infundit corpori. tunc predictę pri-  
 mo infusa potentie non habent deinceps ac-  
 tiones suas a virtute formativa sed ab ipsa  
 anima. Anima quoqz duas primas potentias  
 vegetabilem trinitum. et sensibilem exercet  
 tantum in corpore: tertiam vero exercet et  
 habet etiam a corpore exuta. Anima Item  
 vegetabilis et sensibilis non debent dici animę  
 in homine, nec dividi ut animę, sed ut poten-  
 tię. Neqz anima vegetabilis in sensibilibz dice-  
 da est anima sed potentia. Anima autem  
 vegetabilis in solis vegetabilibz non potentia  
 sed anima vocanda est.

#### caput. 4. De Potentia anime Vege- tative.

Anima vegetabilis tres vires habet scilicet  
 generativam, augmentativam, et nutritivam  
 prima est ad conservationem speciei. Secunda  
 ad conservationem individui. tertia ad per-  
 fectionem subiecti. Virtuti autem nutritivę  
 quahtur de se virtutes. scilicet virtus attrahenti-  
 que assumit necessaria in nutrimento. dig-  
 gestiva que separat conveniens ab inconve-  
 niente in eodem alimento. retentiva que  
 tardius cibum retinet in visceribus, donec de-  
 bitam recipiat alterationem. Item expul-  
 siva. que expellit quod superfluum est in  
 nutrimento. sed ante omnes has est appe-  
 titiva

#### caput. 5. De potentijs appetiti- vis anime sensibilis.



Anima sensibilis duplicem habet potentiam,  
 scilicet apprehensivam, et motivam. Appre-  
 hensiva dividitur in apprehensivam de foris,  
 et in apprehensivam de intus. vires appre-  
 hensivae de foris sunt quinque, exteriores scilicet  
 scilicet visus, auditus, tactus, et potentiae exte-  
 res. vires autem apprehensivae de intus sunt  
 quinque potentiae animae sensibilis interiores.  
 scilicet sensus communis, imaginatio, estimatio,  
 phantasia, et memoria. Tradunt autem  
 peripatetici omnes vires istas organicas esse,  
 et quod per instrumenta corporalia suas opera-  
 tiones perficiunt. eoque sunt circa particularia  
 tantum. omnis enim forma particularis in  
 materia aliqua est. quoniam forma accepta  
 sine materia est universalis circa quam opera-  
 tur intellectus. ista facile est videre in sensibus  
 particularibus, quoniam illi non apprehendunt  
 nisi per rei sensibilis presentiam. de virtuti-  
 bus autem interioribus, quae sunt imaginatio  
 estimatio et tactus, idem est quoniam in illis o-  
 mnibus est apprehensio forma singularis, se-  
 cundum situm partium eius, lineamentum et  
 quantitatem. omnes istae potentiae passivae  
 sunt. et patiuntur a formis et individuis quae  
 sunt principia cognitionis sensibilis. sensi-  
 bilis inquam, quia duplex est cognitio intel-  
 lectivae, quae autem ex eo, quod proprie per in-  
 tellectum habet dignoset, ut formae communes  
 et huiusmodi sensibilis est quae provenit ex  
 individuis et subiectis sensuum particularium  
 quae sunt principia cognitionis sensibilis.  
 Sciendum autem quod nulla potentia appre-  
 hensiva sensibilis retinet id quod apprehendit,  
 immo id quod una apprehendit, alia retinet



232  
Notandum ergo est quod alia virtus est que  
bene tenet. et alia que bene recipit. et ista  
que bene tenet perficit frigida et sicca. at  
illa que bene recipit perficit humida.  
~ caput. 5. De sensibus Particularibus  
Sensus particularis in quinque dividitur scilicet  
in visum auditum odoratum gustum et  
tactum. qui in multis conveniunt et in  
multis differunt. conveniunt enim in hoc  
quod sunt vires passive. Sentimus enim intus  
susceptores. non extrahentes. Sensi-  
bile autem positum supra sensum non sen-  
titur. et sunt omnes sensus perceptibiles sin-  
gularium non universalium. ad quem  
hoc sensum extendunt duo verius. unus ad  
sentendum quod agit contra exteriora  
alius ad instrumentum voluntarium. qui agit  
ut vis anime interior. et ad organum diri-  
git intentionem. In omni sensu oportet  
esse proportionem sensibilis ad sensum. quod  
in medijs delectantur et in extremis corrumpuntur.  
Ad sentendum autem aliquid op-  
ortet obiectum esse presens. et medium dif-  
ferens et organum sanum. atque conveniens  
et anime intentionem actualem. omnes  
sensus unam habent originem scilicet se-  
sum communem. a quo velut a centro  
exerunt. Differunt etiam sensus particula-  
res in multis. nam quilibet habet speciale  
instrumentum. differunt in obiecto. differunt  
in medio deferente quod gustus et tactus  
habent medium intrinsecum. alij ex-  
trinsecum. differunt in apprehendendo ve-  
locitate. quod visus citissime quantumvis re-  
mo



mota apprehendit. differunt insitu. qz su  
 premus est visus. post auditus. deinde alij.  
 per ordinem. differunt utilitate. qz gustus  
 et tactus maxime necessarij sunt ad conser  
 uationem individui et speciei. gustus enim  
 discernit cibum. per quem animal a nocuo  
 servat in alium. et tactus percipit quali  
 tates sensatum. sicut calidum et frigidu  
 et huiusmodi ut animal declinet extrema  
 calidum qualitatum. ne corruptionem incur  
 rat. differunt generalitate qz tactus in  
 omnibz reperitur corporis partibus unde  
 terminans sibi organum speciale. differunt  
 etiam. et in impressionum retentione. sensus  
 enim gustus fortius retinet suas impres  
 siones sicut patet in tactu.

Notandum etiam qz videmus et visu. et  
 oculo sed differenter. quoniam visu videmus  
 effectus. sine formaliter. visu autem videmus  
 demus instrumentaliter. eodem modo di  
 cendum est de ceteris sensibus. Anima ve  
 ro alienat a sensibus tripliciter. Primo in  
 somno. Secundo in extasi magis. et tertio  
 in morte maxime.

### capitulum 6. De sensu communi

Sensus communis est potentia que omnium  
 sensuum particularium obiecta apprehen  
 dit. sicut enim diximus sensus particula  
 res ab eo tanqz a centro dimanant. et sensu  
 bus suis similitudines ad sensum com  
 munem reducunt. et transmittunt. quo  
 mediante de singulorum proprietatibz iu  
 dicant et discernunt. Unde sciendum qz se  
 sus communis est. foris a quo omnes sensus ex  
 ce



teriores occurrunt et ad quem omnis motus se  
 sibilium refert sicut ad ultimum finem.  
 Hec potentia quaedam habet in quantum se  
 sus. et quaedam in quantum communis est  
 in quantum enim sensus est. habet recipere  
 re rerum species sine materia. et tamen pre  
 sente materia. In quantum communis est ha  
 bet duo. quorum alterum est iudicium se  
 sibilium. per quod nos apprehendimus nos vi  
 dere quando videmus. et audire quando audi  
 mus. Et sic de alijs. nisi enim hoc iudicium  
 esset in animalibus non satis esset videre uti  
 le. et secundum alios sensus apprehendere.  
 Secundum est multa sensata comparare di  
 cendo unum esse dulce. aliud vero videmus  
 et hoc ideo sensus communis habet. quod ip  
 sum referunt sensata omnium sensuum  
 Hec virtus est in anteriori parte cerebri et  
 ipsa ubi videntur nervi sensitivi quon  
 iam sensuum. qui locus medullatus est et hu  
 midus

capitulum .7. De Vi imaginativa

Vis imaginativa potentia apprehensiva  
 est in qua imagines rerum sensibilium re  
 servantur. Hec autem virtus plus abstracte  
 quam sensus. quod sensus non suscipit formam nisi  
 presente re. ista autem formam conser  
 vat etiam re absente. In hoc etiam imagi  
 nativa differt a sensu communi. quod hic indiget  
 presentiarum exteriorum sicut et sensus parti  
 cularis. imaginativa autem non. Unde the  
 saurus formarum vocat quod eas a sensibus  
 ut diximus acceptas conseruat. Hec etiam  
 in anteriori parte cerebri post sensum commu  
 nem



nam habet eadem. Tubernator est dicitur ex  
frigiditate cerebri proveniens. ubi imagina  
tiva retinet species a sensu communi acceptas

Caput 3 De Virtute estimativa  
Estimativa que a forma acquisita intentio  
nes elicit, que sensu non percipiunt. qua fu  
git ovis lupum. et lupus miserum filium suum  
quod fieri non posset sine cognitione talis in  
dividui. scilicet quod filius suus; quem ad  
modum et ovis apprehendit lupum ut in  
micum et occisorem suum que per sensum fie  
ri non possunt. estimativa differt ab imagi  
nativa; quoniam imaginativa solum retinet  
formas apprehensas per sensum communiem.  
Et ad imaginativam solum non sequitur effec  
tus miserie vel tristitia, fuga aut persecutio  
ad estimativam autem statim sequitur quosdam  
lectos horum. Unde sicut intellectus practicus se  
habet ad speculativum ita se habet estimativa  
ad imaginativam. et ob id estimativa non pe  
nitentis apprehensiva est sed etiam motiva  
quod determinat animal ad aliquid appetendum  
vel fugiendum. cum enim animal movetur  
ad cibum oportet imaginem cibi esse in ani  
ma. sed estimativa non solum movet, sed et  
etiam apprehendit apprehendit autem inten  
tiones non rationis sed naturae. movetur ap  
prehendit quod sicut loquimur, nomen aut  
verbum vel amicitiam aut inimicitiam et  
modum aut in modum. ponit autem hec vir  
tus in prima parte medii cellule cerebri. que  
calida est ex multo spiritu ad ipsam.

### Caput novum de Phantasia

Phantasia est virtus vel potentia componens  
imagines cum imaginibus. et intentiones

etiam



238  
cum intentionibus. Imagines cum inten-  
tionibus. componit imagines cum imaginibus,  
ut est apprehendere aliquid esse album, uel  
nigrum, aut diversas formas componere. et  
fringere comeras. componit etiam inten-  
tiones cum intentionibus ut patet in oue. que  
apprehendit filium suum preberda esse ubera. et a  
lienum esse repellendum. componit etiam i-  
magines cum intentionibus ut cum ouis ap-  
prehendit formam lupinam esse fugiendam  
per phantasiam habet maiorem quibus que in  
animasensibus. Sabeis potest idcirco. per hanc  
enim non solum se uide presentia. sed etiam pro-  
uidere futura per hanc ridicant. et prouidet  
sibi decibo in futurum et tempora longinqua  
per hanc. id esse idem. et aliud diuersum magis  
curat ad modum quo scientia profert per modum  
affirmationis. et negationis. per hanc anima  
sua unum aliquem sive amplectant. et aliud  
respiciunt et auersant. ad electionem autem  
et refutationem per exigua scientia et discre-  
tu. ac prouide quidam affirmarunt phanta-  
siam esse aliquid rationis. sed reuera anima  
sensibilis non conuenit proprie eligere. sed  
similitudinariis. Hec a multis in homine  
caus cogitativa. cum tamen cogitare proprium  
sue rationis. Phantasia operatur in somno et i-  
am. sicuti et in uigilia. quatenus in somnis  
res presentes fiunt nascitur ex eo quod sit conuersio  
ad sensum communem.

ista potentia que in homine rationi est conuen-  
ta ab ea accipit agendi et operandi regimen.  
sed quoniam ratio diuersificat secundum di-  
uersa de quibus ratiocinatur fit. idem multi-  
plicari ualde in homine phantasie operatio-  
nes. In brutis autem animalibus phantasia  
regit secundum instinctum naturam. et quia



ra vero modo est in habentibus speciem unam  
 idae conceptus phantasie in talibus operatur  
 uno modo. Et modo est q. omnis mundo uno  
 modo fabricat mundum suum.

Dixerunt vero quidam philosophi q. in brutis  
 preedit virtutes potius agunt q. agant. Sed  
 in homine potius agunt q. agantur. q. bruta  
 moventur secundum impetum, et irregularem  
 appetitum naturalis. motus autem humanus  
 secundum regimen rationis.

Notandum autem q. melancholicus infirmus et  
 amentes multas habent phantasias. Sed hoc  
 non fit ex illustratione per imaginationes rerum  
 sensibilium. Sed ex passionibus natura. et confu-  
 sione spirituum ascendentium ad cerebrum  
 et caput contrahantur. tales enim spiritus  
 diversarum imaginationum inusuales ef-  
 ficiunt. et horribiles generant visiones et con-  
 ceptiones.

Secundum Insuper q. bruta citius recipiunt  
 influxa primi motus q. homines. sicut patet  
 in formica. que quando cibum colligit intratres  
 dies non pluit. Et gallus cantum suum per te-  
 pus variat. q. mutationem aures ex influxu  
 primi motus presentat. Huius autem ratio  
 est quoniam homines nimis occupant circa  
 conceptiones suas. conferendo, componendo et  
 dividendo. bruta vero non sic immo operantur  
 secundum instinctum naturae.

In homine autem huiusmodi virtus plurim-  
 um impedit intellectum. q. occupat animam  
 compositione. et divisione imaginum. non  
 solum acceptarum a sensibus. Sed etiam facta-  
 rum. maxime autem impedit intellectum  
 quando aliquid de celestibus et divinis impri-  
 mitur ei. et hoc idem q. tales conceptiones intul-



325  
Lectus subire et ferre non potest. nec sunt  
similes imaginatiombus et fictiombus phan-  
tasiae. Phantasia vero locum habet in medio  
in medio media cellula cerebri. cuius cen-  
trum inter memoratiuam et imaginatiua  
quod phantasia conuertit se tam super formas  
quas accipit imaginatiua per se ipsam: quod su-  
per intentiones, quas reseruat memoria. et  
tunc istas formas ac intentiones diuidit ac  
componit.

Capitulum Nonum de memoria  
memoria repositorium est praeteritorum re-  
seruat enim memoria intentiones per esti-  
mationem a figuris rerum elicitas. Anima  
per memoriam mediantibus rebus sensibilibus  
redit in ipsas res sensibiles, quae sunt extra ip-  
sam. et propter hoc oportet aliam memoriam  
duas praecedere operationes: quarum una est  
sive esse receptum; et haec est operatio sensus  
communis, et in hoc memoria incipit: secun-  
da est sive esse conseruatum apud nos, quod  
fit per imaginatiuam: oportet etiam, an-  
te memoriam, quaedam uirtus operetur quae ex  
figuris rerum diuidat rerum intentiones re-  
rum singulares.

In hoc autem differunt imaginatio et memo-  
ria. quod ista conseruat species rerum, haec conser-  
uat intentiones specierum.

Sciendum quoque quod memoria differat a reuer-  
centia. quod memoria discrete et distincte reuer-  
titur ad res componendo intentiones distinctas  
cum imaginibus. Reuercentia autem siue  
reuercentia est motus quasi interceptus, et  
absisus per obliuionem. et est cum illatio-  
ne



ne temporis loci et huiusmodi. Reminiscē  
 tū erigimur non est uniformis, sed causa  
 et ex pluribus principijs circumstantibus illud  
 cuius proprietas est reminiscibilitas, cum sit prin-  
 cipium multorum prius memoratorum, nam cum  
 per memoriam fiat rerum apprehensio q, eadē  
 res prius fuerit in se, uel in sensibus alijs cogni-  
 ta patet, qz si quis res totaliter est oblitus nō  
 potest per memoriam recordari se esse oblitum  
 sed si oblitus est in parte, tunc per id quod re-  
 mansit potest reminisci se quandoqz dimisse  
 potest etiam ad id quod oblitus fuerat redire cū  
 illius adiutorio, quod remansit in memoria, per  
 collusionem reminiscētia.

Alia etiam est differentia inter memoriam  
 et reminiscētia, qz memoriam multa par-  
 ticipant animalia, sed reminiscētia solius  
 rationis est, qz reminiscētia est quaedam in-  
 uestigatio, quę sine ordine inuestigationis  
 nescit liberari, perque antecedens or-  
 dinal ad consequens, sane cum quis reminis-  
 cit uoluerit ea quę sunt in mundo, quę per se  
 sunt, sed per intellectum apprehendit, hoc  
 nō fit per memoriam, qz memoria talia  
 non reseruat, sed intellectus conuertit se  
 super ea quę habet apud se, et ea reducit  
 ad alia, quę habet in habitu, iste autem  
 habitus manet actualiter apud intellectū  
 possibilem, qui est locus specierum uisibilium  
 sicut, unde et uniuersalia prius specu-  
 lata remanent apud ipsum, tanqz in loco  
 sui generationis etiam alii, quando illa  
 rē considerat. Intellectus autem possibi-  
 lis ad has species, quas se habet apud se uer-



uertit. uel ab eis auertit. quas id uult  
Ultimo notandum est q. memoria locat  
in posteriori parte cerebri. quibus est sic  
cuius de nervis motibus qui oriuntur ex  
ipso.

caput 10 De Visensibilibus et  
motiua

Sequitur de visensibilibus et motiua quae mo-  
uet quandoque spiritualiter. quandoque cor-  
poraliter. primo modo dicitur appetitiua  
et mouet dupliciter. aut diligendo. aut  
odiendo. et diuidit in concupiscibilem  
et irascibilem. per quas appetit anima  
bonum. uel irascitur contra malum. &  
ab his rebus duabus scilicet irascibilis et  
concupiscibilis oriuntur quattuor affectio-  
nes. scilicet gaudium. spes. dolor et timor.  
nam de bono presenti gaudemus. si absens  
est speramus. similiter si praesens est ma-  
lum de quo irascimur. & tremus. si absens  
est timeamus.

Sensualitas est uis animae sensibilibus mo-  
tibus et ad idem mouet ad quod concupis-  
cibilis et irascibilis. sensualitas enim ap-  
petit quae corpori delectabilia sunt. ac in-  
cuna refugit. differt tamen sensualitas  
a concupiscibilis et irascibilis. quia sensuali-  
tas magis coniungit corpori. et quoniam  
modum in brutis. ita in homine nullatenus  
se pertinet quia semper in appetitum  
rerum ad corpus pertinentium moueat  
sed concupiscibilis et irascibilis coniungit  
in rationi et prouet sunt in homine ratio-  
ne frenantur. ac reguntur uirtutibus quae

sub



Subiectum in ipsis. est enim temperan-  
 tia in concupiscebilibus. et fortitudo in irasci-  
 bilibus. et sic de alijs  
 sciendum autem quod vis motiva sensibilis  
 vel corporaliter. et sic dividit in virtute  
 naturalem, vitalem et animalem: quare  
 prima locum suum habet in epate. ut  
 in proximo principio cum primo principi-  
 um sit cor: Secunda in corde. tertia in  
 parte. ut in proximo principio. primam e-  
 nim principium est cor. virtus enim natu-  
 ralis est motiva humorum, vitalis motiva  
 pulsuum. et animalis motiva membrorum  
 Dicimus ergo quod virtus naturalis est motiva  
 humorum mediantibus arterijs. et venis  
 que radice in epate secundum galenum  
 sed secundum alios radice in corde  
 et hoc per spiritum naturalem: est autem  
 spiritus naturalis substantia subtilis et  
 aerea in calore in corde generata. huius  
 quoniam ad singula membra impellit. ex  
 quo corpus vegetat. virtus vitalis est mo-  
 tiva pulsuum in medijs arterijs que radice  
 in corde. spiritus naturalem vitalem est idem quod  
 et naturalis. idem in substantia. sed  
 differens in virtute. et quod naturalis est. hinc  
 per arterias ad membra corporis se diffun-  
 dens vivificat ipsum corpus tanquam instru-  
 mentum. virtus animalis est motiva mem-  
 brorum mediantibus nervis qui radice in  
 capite. et hoc per spiritum animale. est  
 autem spiritus animalis idem quod natu-  
 ralis et vitalis. sed animalis sicut cum ad  
 cerebrum devenit. et est subtilior. et  
 per nervos ad organa sentiendi dirigit. ut sen-  
 sus



123  
suis et motus secundum se cum ex inde  
generet in corpore animalis.

circa vires istas denique sciendum est quod cum  
virtutes animales interduuntur, tunc natu-  
rales remittuntur, et ob id in his in re de dicitur  
studio aut meditationibus, minus opera  
et virtus nutritiva, generativa, et aug-  
mentativa. ex quo patet quod concupiscentia  
carnis domatur in viro studio. et  
inde ait Hieronymus, anima scientiam scrip-  
turarum, et carnis vitia non amabat.  
Preterea quando virtutes animales re-  
mittuntur naturales interduuntur, sicut  
patet in somno, qui describitur esse quies  
virtutum animalium cum intermissione  
naturalium.

### cap. II. De Potentijs anime Rationalis

Treasunt in anima ut ait Philo-  
sophus, scilicet potentie, habitus et passi-  
ones. et potentie quidem sunt innate  
habitus autem sunt acquisiti, vel infusi  
passiones vero sunt illae, vel innatae,  
habitus sunt acquisiti ut patet in scientia  
et virtute politica, nam ex frequentibus stu-  
diis bonis acquiritur scientiam, et ex frequen-  
ti bene agere sic bonitas bonitas virtutis  
politice. sunt et habitus quandoque  
per acquisitionem, sed per infusionem si-  
cut sapientia sine infusa Sabonarum, et  
virtutes theologice conferuntur quibus die  
parvulis in baptismo et etiam poenitentibus  
in iustificatione. et ex actibus virgine  
necesse tales habitus, sed potius eorum  
ex tribus habitibus elicivatur bonitas expo-  
ter



centijs. Unde in habitibus acquisitis sequuntur  
 quales sunt habitus actus tales sunt et habi-  
 tus. sed in habitibus infusis e contrarium sci-  
 licet quales sunt habitus, tales sunt et actus  
 et tamen verum q. sicut habitus acquisiti  
 generantur per actus, ita et generantur affectus  
 sed non inordinas in quantum tales passio-  
 nes sunt illarum ad extrinsecas. vocat autem  
 passiones philosophus ipsas receptiones obiecti  
 viz: summorum et aliter passiones, ut dicat  
 tur affectus, sicut dolor, timor, spes, et gau-  
 dium

### caput. 12. De divisione Potentiarum Animæ.

Nunc ad divisionem potentiarum animæ  
 accedamus. Philosophus ergo principaliter  
 dividit animæ potentias, in cogitativam et  
 vegetativam, quas ~~intellectus~~ appellat intel-  
 lectum et affectum. ipsum ducem affectus  
 intelligit voluntatem. Potentia autem  
 animæ tunc dicitur intellectus dicitur ap-  
 prehensiva. et dicitur voluntas dicitur motiva.  
 Item quædam sunt vires animæ  
 separata a corpore, ut velle et intelligere  
 secundum quas animæ non sunt corporum sed  
 sunt in corpore sicut phantasie, quæ  
 sic se habet ad intellectum sicut color ad vi-  
 sum ut ait Philosophus.  
 quædam vero sunt vires inseparabiles a cor-  
 pore ut sunt vegetabiles et sensibiles, et  
 quantum ad essentiam, et quantum ad ope-  
 rationem, ut in brutis: sed in brutis sepa-  
 rantur vires istæ a corpore quantum ad essen-  
 tiam sicut anima operationes earum extra  
 corpus exercere non possunt. in brutis vero sim-  
 pliciter



placiter peruenit quantum ad utrumque  
Item anima potentias quasdam communes  
habet cum brutis. ut est sensualitas. Sen-  
sus particularis. sensus communis. imagina-  
tio. estimatio. et memoria. quasdam uero  
habet non communes cum illis. ut est ratio. in-  
tellectus. et huiusmodi.

Item anima habet uires quasdam quoad  
se. ut est ratio uoluntas liberum arbitrium  
quasdam habet quibus corpus corpori per-  
miscet. ut est uis naturalis. uitalis. et ani-  
malis. de quibus dictum est supra

ex dictis patet potentias quasdam esse or-  
ganicas. quasdam non. Item colligitur quod a-  
nima rationalis habet omnes potentias ani-  
mae vegetabilis et sensibilis. Sed nunquam  
cum rationalis est. ut sic enim habet intel-  
lectum. et liberum arbitrium et huiusmo-  
di.

et hoc est quod dicit gregorius. omnis in-  
que creatura aliquid habet huius. habet  
namque huius commune esse cum lapidibus. ui-  
uere cum arboribus. sentire cum animalibus  
intelligere cum angelis. quod quid enim  
bilitatis habent natura inferiores habent  
superiores. sed perfectiori modo et nobiliori  
et similiter quod possunt inferiores poss-  
unt et superiores. sed perfectiori et nobiliori  
modo et propter hoc manifestum est quod omnes  
uires quibus communicamus cum brutis dif-  
ferunt specie prout sunt in nobis. et in eis.

caput. 13. De Potentijs cognitibus.  
quattuor assignant differentie virtutis in-  
tellectiva. prima secundum diuersitatem  
natura. et sic intellectus diuiditur in agente  
et possibilem. Secunda dat secundam differ-  
entiam



nam obiecti. Et sic intellectus dividit in spe-  
culativum, et practicum. tertia assignat  
secundum differentiam dignitatis, et sic di-  
vidit in partem superiorem, et infe-  
riorem. quarta considerat secundum com-  
parationem ad alium, et sic dividit intellectus  
in habitum et actum; in habitum quidem ut  
possit intelligere quando vult; in actum vero  
quando actualiter ad intelligere se conuer-  
tit, et ad intelligibile. differentia vero intelec-  
tus in effectu, et eius qui dicitur adeptus sumi-  
tur secundum maiorem et minorem per-  
fectionem ipsius intellectus possibilis. nam  
cum ipse intellectus possibilis recipit speci-  
es mediante lumine intellectus agentis, tunc  
dicitur intellectus in effectu, et etiam in habitu  
intellectus vero cum recipit perfecte lumen  
secundum formalem considerationem, tunc  
dicitur intellectus adeptus.

Diligenter autem animadvertendum est  
quod omnes differentie intellectuum prædictæ  
sumuntur vel secundum actum, vel secun-  
dum habitum, vel secundum modum intel-  
ligendi. Et nulla sumitur secundum divi-  
sionem potentie cognitivæ, nisi prima tantum  
secundum quam dividit intellectus in a-  
gentem et possibilem.

caput. 14 De modo cognoscendi  
Res aliter cognoscuntur a deo, aliter ab ho-  
mine, et aliter ab angelis. ipse quoque homo  
aliter cognoscit deum, aliter creaturas  
intellectus ergo divinus cognoscit res esse  
ipso, intellectus autem angelus cognoscit res  
per species eorum sibi concreatas. sed intel-  
lectus humanus per species sive similitudi-  
nes



258  
res a rebus ipsis acceptas et abstractas per  
sensationem prius cognititas. Unde sciendum qd si  
cui sensus cognoscit res presente obiecto  
et sicut imaginatio cognoscit absente ob  
iecto et tamen cum appendicijs materialibus  
ita intellectus cognoscit sine appendicijs  
materialibus sub intentione universalibus.

Anima igitur per intellectum aliquantulum  
omnia cognoscit et attingit cognoscit ete  
rum deum supra se et se ipsam infra et  
angelum infra se, et quidquid est in ambi  
tu continetur infra se.   
quis sit autem modus cognoscendi deum si  
cogit. Nota qd intellectus humanus non  
cognoscit deum per abstractionem sicut a  
lias res. et hoc ideo qd similitudo abstrac  
ta simplicior est illi a quo fit abstractio  
deum autem nihil simplicius est. abstrac  
tatio est qd in abstractione oportet esse v  
niversale et particulare. particulare qui  
dem a quo fit abstractio. universale ve  
ro ipsum abstractum. huiusmodi autem vi  
sibile cadit in deo. cognoscit igitur deus ra  
tionali cognitione, qd intellectus possibilis  
informatur lumine intellectus agentis  
quod est similitudo propria sui. in hac si  
militudine cognoscit lumen quod est  
deus. Sciendum etiam qd per sensum cog  
noscerimus particularia sed per intellectum  
universalia. Et quando intellectus conuer  
tit se ad particulare, ut ipsum apprehen  
dat tunc similitudo abstracta a particu  
lari esse universalis. Et non particularis  
Item nihil venit in intellectum nisi per sen  
suum



sum de hoc fit duobus modis scilicet vel sim-  
pliciter vel per accidens. simpliciter quide-  
cum intelligimus sensibilia prius per sen-  
sum apprehensa. per accidens autem quan-  
do intelligimus sensibilia per effectum.

Notandum est etiam quod aliud est rem per cog-  
nitivum in intellectu venire, et aliud in-  
te iam intellecta versari quod tunc cognitio rem  
per sensum venit in intellectu sicut dictum  
est. sed cum intellectus iam rem apprehen-  
dit delectat in illa, et negociat sine sen-  
suum admittendo.

Ad plene autem scierendum hoc adverte quod  
et per particularia cognoscitur univ-  
ersa. et e converso per universalia cognos-  
cuntur particularia. et hoc sic patet quod dup-  
lex est univ-ersale, alterum scilicet abs-  
tractum, et alterum confusum scilicet pro-  
ut est in particulari. Divinus ergo quod ad  
cognitionem universalis abstracti veni-  
mus per particularia. Sicut in pueris in-  
quibus prius operatur sensitiva quam intellecti-  
va virtus, quod prius intelligunt particularia  
per sensum, et postea universalia per in-  
tellectum, et sic etiam philosophi inveni-  
unt modum syllogizandi per intellectum  
et concludendi per inductionem, cum ex  
multis particularibus unam inferunt uni-  
versalem propositionem. Sic Plato est ani-  
mal. Aristoteles est animal et Cicero est  
animal, ergo omnis homo est animal.  
E converso est in universalis confuso, quo-  
niam per talem universalem venimus in  
cognitionem particularium, ut patet non  
videmus hominem a zentibus, tunc enim



non percipimus nisi q. corpora substantia est. Deinde per nos non cognoscimus esse animal. Deinde cum magis appropinquat percipimus esse hominem. Et tandem proprius accedente cognoscimus esse Petrum. Contingit autem plura sicut ut dicit philosophus q. scire dicit habitum manentem in intellectu. sed unum intelligere quia intelligere dicitur ad unum se unum intellectus qui non potest esse duplicatus. intellectus enim ad unum solum se potest actualiter convertere. et forte est q. quando quis habet simul duos actus rationis. alter est intellectus, alter memoria sine consuetudine. N. q. recitat quis horas et eodem tempore simul querit concordantias. vel denarios enumerat. vnum librum scilicet numerare denarios vel querere concordantias est actus intellectus. sed recitare horas est actus memoriae. sicut etiam animal b. utem sine cogitatione intellectus redit ad domum in qua nutrit et cibum sicut consuevit. Item nota q. ad intelligentiam rei non requiritur rei intelligibilis presentia. sed tantum presentia similitudinis eius. q. res non cognoscitur per essentiam. sed per similitudinem suam et e converso. et inde est q. intellectus apprehendit remota sicut per pingue.

cap. 15. De intellectu agente  
et possibili.

Intellectus agens est qui abstractus species ab imagine sive phantasia. et sua irradiatione facit universales. Et ponit res in



intellectu possibili. nam sicut ad visionem cor-  
 poralem exigitur lux abstracta intentione  
 colorum. id est similitudines a colorato. et po-  
 nit eas in aere. non quidem secundum speciem  
 sed secundum intentionem; id est similitu-  
 dinem. Sic intellectus agens, qui est lux ani-  
 mae ponit species abstractas aphantasia in  
 intellectu possibili. non quidem actualiter  
 sed secundum intentionem. id est similitudi-  
 nem / quare ~~autem~~ inter imaginariam et  
 intellectum possibilem videtur potentia  
 eiusdem speciei. quoniam altera est potentia  
 animae sensibilis, altera animae rationalis  
 Intellectus autem possibilis dicitur quod potest re-  
 cipere tales species. sed nondum recepit eas  
 cuius exemplum est tabula nuda nullam  
 picturam habens quamcumque tamen potens  
 habere / Sane cum intellectus possibilis ta-  
 les species receperit, tunc sicut habes supra  
 viscat intellectus in effectum vel in habitu  
 cum vero illustrat multitudinem specierum  
 sensibilium tunc est intellectus adeptus ~  
 qualiter autem eiusmodi species remane-  
 ant cum intellectu possibili. vel qualiter  
 ad eas fiat per reminiscendum conversio  
 et reversio supra diximus in capite de me-  
 moria. Porro intellectus agens et possibi-  
 lis differunt sicut lux et illuminatum  
 et sicut perfectus et perfectibile. quod di-  
 cit philosophus intellectus agens est omnia  
 facere. sed intellectus possibilis est omnia  
 fieri. Et plenius immotescat notandum



q. sicut ad hoc q. per speculum aliquid unde  
 atur. tria sunt necessaria scilicet specu-  
 lum quod aptum nature est recipere im-  
 pressionem corporum obiectorum. colorau-  
 tem in corporibus obiectis. et lux qua in-  
 uenit color corporum obiectorum. quibus  
 luminis influxu quantumcunq. obijci-  
 tur non sunt receptibiles ab speculo: sic  
 similiter ad hoc ut aliquid intellectu per-  
 cipiamus. requiritur intellectus possibilis  
 aptus recipere species. et species speculatur  
 apud intellectum possibilem. et tandem ten-  
 etur lumen intellectus agentis irradiantis  
 super phantasmata. ut producantur speci-  
 es quibus fiunt intelligibilia in actu.

cap. 16 De intellectu specula-  
 tivo et practico

Sequitur de intellectu speculativo et practico  
 quia ambo in cognitione consistunt  
 sed differunt in hoc q. speculativus cognos-  
 cit verum in ratione veri. practicus au-  
 tem cognoscit verum in ratione boni.  
 Item intellectus speculativus vocatur spe-  
 culativa cognitio. practicus dicitur cognitio  
 affectiva. Item finis speculativus est ve-  
 rum finis autem practici est opus. Item  
 per speculativum intelligimus recte sed  
 per practicum recte vivimus. Intellectus  
 practicus vocatur operativus. q. dicitur a pro-  
 xi. quod est operatio. Item practicus divi-  
 ditur in rationem et synderesim. Ratione



et dividit in superiorem et inferiorem de  
quibus per ordinem est dicendum.

caput. 17. De Ratione et de  
Partibus ipsius.

Ratio est vis animae sive solutio cogitativa  
sed etiam motiva. ratio autem cum iudicat  
aliquid esse bonum vel malum et ibi sistit  
dicitur cogitativa: si autem ulterius procedit  
et iudicat esse bonum ut fiat sic dicitur moti-  
va. si versus adhuc ulterius procedit ut non  
solum iudicat esse bonum ut fiat sed etiam  
ad appetit dicitur liberum arbitrium, quo-  
niam liberum arbitrium includit ratio-  
nem et voluntatem. Ratio etiam ut se  
habet ad bonum particulare dividit in par-  
tem superiorem et inferiorem. superius  
sive dignius ac interiorius intendit, inferior  
de transitorijs iudicat et ea disponit. Itē  
superior pars accipit rationes per leges di-  
vinas, ut hoc est faciendum quod deus praece-  
pit, pars autem inferior accipit rationes per  
leges humanas, ut hoc est faciendum quod  
homo est iudicium vel quod expediat Republicam  
Item superior pars rationis dicitur virtus  
quae succedit quod ad contemplationem et ter-  
minum se extendat, differt tamen ab intel-  
ligentia, quia intelligentia negotiat in ter-  
nis per modum rationis vel intentionis  
ratio autem non sic sed conferendo et rati-  
onando. differt autem ratio et alio modo  
ab intellectu quoniam intellectus apprehen-  
dit esse rei absolute, ratio autem cum illa  
tio



hinc unius ad alterum / inferior pars ra-  
 tionis dicitur multipliciter, quia quae circa  
 res corporales versatur communita est sen-  
 sualitati, et sepe allicitur ab ea, videtur ete-  
 nim semper sibi porrigi potum id est ille-  
 cebram vicinam. Ratio tamen inferior  
 et superior idem sunt in essentia, sed dif-  
 ferunt in officio, exemplum in oculis. Sic  
 sum et deorsum aspiciente // // //

CAP. 18 De potentia animae moti-  
 vis

Vis motiva animae rationalis dividitur in im-  
 perativam et consiliativam affectivam, et  
 consiliativam simul et affectivam. vis im-  
 perativa est liberum arbitrium et syndere-  
 sis. Consiliativa est ipsa ratio quae dividitur in  
 superiorem et inferiorem vis autem affec-  
 tiva est voluntas quae dividitur in thelism-  
 et bilism. Vis quae simul est affectiva et  
 consiliativa est ipse intellectus practicus

CAP. 19 De Voluntate

Inter dictas potentias primus dixerimus de  
 de voluntate inter motivas enim primam  
 tenet locum est enim generalis motor  
 omnium virtutum cum enim intellectus  
 apprehenderit aliquid ut bonum, voluntas  
 imperat viribus affixis ipsi organo sicut  
 visui ad videndum auditui ad audirendum  
 et sic de alijs sensibus. Similiter in motu  
 localis voluntas imperat virtuti animalis  
 quae est in nervis et in musculis et utamur  
 nec ad ambulandum vel currendum et ad



Similia fallit tamen hoc in potentij animi  
 inq. vegetabilis. in quibus voluntas suum  
 imperium non exercet. nutritiva enim ge-  
 nerativa & augmentativa non secundo  
 voluntum arbitrium, sed naturaliter ope-  
 rantur. Voluntas autem in duas dividitur  
 partes scilicet in thelison. et bulison. i.  
 id est voluntatem naturalem et delibera-  
 tivam. quarum prima scilicet voluntas  
 naturalis dirigitur per synderesim. Secunda  
 vero scilicet deliberativa per rationem.  
 Notandum vero quod voluntas proprie est  
 stulte tantummodo rationalium est, sed  
 large dicitur etiam esse in brutis. improprie  
 vero & quasi metaphysice dicitur esse vege-  
 tabilium. Unde voluntas primo modo ac-  
 cepta proprie voluntas dicitur. Secundo au-  
 tem modo proprie est brutorum vocatur pro-  
 prie desiderium. Et tertio modo proprie est  
 vegetabilium vocatur appetitus.

Inter potentias autem nulla est libe-  
 rior quae voluntas, quae neque obligat organo.  
 Sicut imaginatio, quae formatio et huiusmodi  
 nec cogitur a bono sicut intellectus cogitur  
 a vero. Vires etiam affixae organo immu-  
 tantur necessario immutatis organo, quibus  
 omnibus voluntas caret ut ait Augustinus.  
 nihil adeo in nostra potestate est sicut vo-  
 luntas. Si autem sicut volueris, quare vo-  
 luntas non cogitur a bono, sicut intellectus  
 a vero? ratio est quae citra primum bonum, nisi  
 sit est itabnum, quod sit aliquid imperfec-  
 tum habeat, ac aliquid ita est verum quod ni-



152  
Sed falsitatis continet. ut patet in hac pro-  
positione, quod libet totum manere in sua  
parte. unde talis vero cogit intellectus ac  
sentire.

Item interdum voluntas videtur cogi per  
ordinatum appetitum prout voluptas quae  
ardore tractu hominem et alliciat in bo-  
num perinat incommutabile. et rebus muta-  
bilibus adhaereat. Sed in eiusmodi voluntatis  
modo libertas est. Unde Augustinus omne  
peccatum adeo est voluntarium, quod si non est  
voluntarium non est peccatum.

### cap. 20. De Synderesi

Synderesis vis est motiva quae semper na-  
ta est, figi in superioribus, naturaliter mo-  
vens et stimulans ad bonum, et abhorrens  
malum, et in istis nunquam errat, neque secun-  
dum synderesim est peccare.

Sciendum etiam quod synderesis nunquam extinguitur  
quae totaliter etiam in damnatis, et in  
damnatis, remanet enim in illis aliquis e-  
ius actus. Synderesis enim quantum ad in-  
directum bonum, et quantum ad discipli-  
nam malae culpa absolute considerata, ex-  
tinguitur in damnatis. Secundum  
autem quod culpa comparatur ad poenam, sicut  
est extinguitur in illis synderesis. Et in hunc  
modum remanet in eis ad poenam. Usque  
quod verius eorum non movet, habent tamen  
et duplicentiam malae, in comparatione et  
relatione ad poenam.

### caput. 21. De Conscientia

Hoc nomen conscientia componitur ab hac



prepositione Con. Et sic nomine scientia  
 ac proprie dicitur duo. scilicet scientiam et  
 secundum hanc scientia est habitus natura  
 su non solum cognitivus sed etiam mobi  
 lis inclinat enim animam ad prosecu  
 tionem boni et fugam mali. Alio modo con  
 scientia dicitur acceptioem ex parte rationis  
 quod constat ex hac prepositione Con. Primum  
 igitur modo prout conscientia includit scie  
 ntiam in se. habet se sicut superioris. et con  
 iungit synderesi, et semper est recta. 2<sup>o</sup>  
 modo coniungit magis rationi, et sic se  
 habet sicut inferiori. hoc modo recipit errorem  
 et conturbationem. In conscientia enim ex  
 parte inferiori bene potest accidere error  
 nam ratio cum conscientia. cum parte infe  
 riori iungit habet versari circa particularia  
 in quibus semper contingit errare. sicut pa  
 tet in sequitis conscientia. in qua synderesis  
 proponit maiorem sic. nullum malum  
 est faciendum, ratio subsumit minorem  
 sic. hoc est malum. et conscientia conclu  
 dit ergo non est faciendum. circa primam  
 non est error, circa secundam quandoque est  
 error. et ex hoc quandoque oritur falsitas in co  
 clusione. Cavenda est conscientia nimis lar  
 ga et nimis stricta: nam prima generat pre  
 sumptionem, secunda desperationem.  
 Item prima dicit sepe malum bonum. se  
 cunda contra bonum malum. Item prima  
 sepe salvat damnandum. secunda contra  
 damnat salvandum.  
 Et nota quod aliud est conscientia, et aliud est



timor conscientie. Tunc enim est conscientia. cum quis sententialiter iudicat aliquid esse faciendum vel vitandum. Et contra talem conscientiam facere, etiam si sit erronea peccatum est. Sed contra timorem conscientie facere non semper est peccatum. quia talis timor non est semper ex definitiva sententia rationis, per quam iudicat se tenere ad aliquid. Sed ex eo, quod vacillat inter dubia nesciens quid sit melius, vel ad quid teneat potius. cum tamen non committet quod quid sciret non esse placitum diuino iuranti.

De conscientia quoque sciendum, quod quandoque respicit preteritum, quandoque presens, quandoque futurum. Conscientia enim accusat de preterito, remurmurat de presenti, et precauet de futuro. quod autem se extendat tam ad faciendum quam ad vitandum potest colligi ex definitionibus conscientie quibus sunt. Dicit enim Ioan. Dama. quod conscientia est lex intellectus nostri. Basilus autem dicit esse rationale iudicatum. Definitiones istae magistrales sunt conscientia est cognitio sui ipsius. Item conscientia est habitus animi agendorum et non agendorum. Item conscientia est habitus animi boni et mali discretivus. Item est credulitas intentionis ad aliquid faciendum vel non faciendum a animi deliberatione firmata.

error conscientie causas ex obo Primo. ex ignorantia, quando nescit quis, quid eligendum sit, vel declinandum. De tali errore dicit. 1. paraly. 20. cum ignora-

mus



mus quid agere debeamus huc solum re-  
 sidui habemus. ut oculos nostros dirige-  
 mus ad te. Secundo ex negligentia  
 ut cum quis negligit conscientiam discen-  
 tere: vel nescit se expedire negligit tra-  
 men ab alijs querere. Tertio ex superbia  
 ut cum quis non humiliat intellectum  
 suum ut melioribus et sapientioribus se  
 velit credere. contra quos ait Apostolus  
 2 corint. 10. captivantes omnem intel-  
 lectum vestrum in obsequium Christi.  
 hoc est dicere q. quibus in credendis plus  
 debet fidei consentire q. sibi. Et magister  
 plus debet alijs credere q. sibi. quarto ex  
 singularitate qua quis nimis adhaerens se  
 sui proprio non se conformat alijs. nec se-  
 quitur communes vias bonorum. De his dicitur  
 numer. 25 extrema castrorum consumpsit ig-  
 nis. quinto ex affectu inordinato qui sepe  
 inclinat conscientiam ad id quod appetit  
 et sic facit eam a sua rectitudine deviare  
 Seneca perit omne iudicium, cum res tran-  
 sit in affectum. Sexto ex pusillanimitate  
 qua quis timet non timeri da secundum  
 rectum iudicium rationis. Isai. 65. dicit  
 pusillanimes confortamini, nolite timere  
 Septimo ex perplexitate qua quis credit se  
 esse positum inter duo peccata, quorum  
 alterum sit impossibile declinare.

- .1. Sed sciendum q. perplexitas nihil est sim-  
 pliciter. potest autem quis esse perplexus  
 secundum quid scilicet secundum errorem  
 conscientiam, qua deposita erit liberatus.



22  
Octavo ex humilitate cordis et puritate  
unde gregorius ait bonarum mentium  
est ubi culpam agnoscere ubi culpa non  
est. error primus septem modis reprehē  
sibilis est. octavus autem modo laudabilis  
immis neque error dici debet, sed humilis  
defectum suum recognitis, dum modo  
invenit nimis.

caput. 22. De operationibus anime  
Anima secundum diversas potentias mul  
tas et diversas habet operationes ipsa ete  
nim cognoscit verum per intellectum spe  
culativum, affectat bonum per intellectum  
practicum. Discernit conferendo inter bonum  
et malum, verum et falsum per rationē.  
discernit simul et eligit per liberum arbi  
trium, consentit per voluntatem, invenit  
medium per ingenium. Stimulat ad bonū  
per synderesim. Anima Item in actibus  
suis ordinem habet. nam quod sensus per  
cipit, imaginatio representat, cognitio for  
mat ingenium investigat, ratio iudicat  
memoria servat, intelligentia compren  
dit et ad contemplationem adducit.

Item anima cognoscit res presentes per sen  
sum, absentes per imaginationem, res im  
materiales per presentiam sui in semet ipsa  
et se ipsam per reflexionem sui supra se.  
Habet et anima alios actus pertinentes ad  
corpus, sicut est vegetare per virtutem na  
turalem, sentire per virtutem animalem  
et vivificare per virtutem vitalem. de qui  
bus omnibus dictum est supra.

caput. 23. De Quantitate anime  
Anima cum simplex sit quantitatem non ha  
bet



bet dimensionem sed virtuales. unde patet ut quidam dicunt q  
 secundum essentiam non est in toto corpore  
 sed in parte corporis determinata. Et  
 inde influit virtutem toti corpori et ad-  
 huc potest calidius exemplum de aranea  
 que in medio telis sua residens sentit que  
 libet motum, siue interius siue exterius  
 in tela factum. Et eodem modo anima in  
 centro cordis sita sine sui distensione totum  
 corpus sibi unitum sustentat, vivificat  
 ne movet / neque simplicitati animae obs-  
 tat q. vegetabilis sensibilis et rationalis  
 simul sic esse dicat ut explicuimus.  
 differet etiam anima quamvis simplex sit  
 in eo quod est et quod est. sicut et angelus  
 ut bene explicat Boetius de omni esse cre-  
 ato. que omnia differunt secundum ratio-  
 nem particularis et universalis. // ~ //

capitulum 24 De immortalitate anime

Animam esse immortalem auctoritates  
 terdit et ratione dicit enim in libris sapi-  
 entis iustorum anime iustorum deus sunt  
 et non tanget illos tormentum mortis et  
 infra. et spes illorum immortalitate ple-  
 na est. Item in euangelio querebat ho-  
 mines mortem et vitam invenerunt. Item  
 gregorius loquens de malis inferni ait. i-  
 bi mors semper vivit, finis semper incipit  
 et defolius deficere nescit. Item Joannis  
 6. qui manducat carnem et bibit  
 meum sanguinem habet vitam eterna  
 Item petratorres sic probat. Primum o-  
 mnis corruptio ex contrarietate causat  
 nihil autem est quod substantie anime  
 contrariet / Deinde Anima est capax bea-  
 ti



titidinis. Deus autem ut ait Augustinus  
ingenti Liberalitate replet omnes crea-  
turas pro captu earum. ergo conferat om-  
ni beatitudinem. ad beatitudinem au-  
tem spectat vita eterna. et gloria perpe-  
tua. Preterea si anima moreret cum  
corpore. homo non timeret mortuus. Si  
autem nec lupus, nec canis. ergo aliquid re-  
linquit vivens post mortem hominis quod  
dicitur et hinc est anima. Preterea cum  
deus sit iustus habebunt iusti premium  
et mali poenam. Sed hoc non potest in hoc mun-  
do cum mali videantur florere ducentes in  
bonis dies suos ut dicit Iob. boni vero tri-  
bulentur. ergo fiet aliud. sed hoc non potest  
esse nisi anima sit immortalis. unde Au-  
gustinus transiit in presenti tribulati-  
onibus. et prospera cum tempore. sed cancell-  
latis manibus more Iacob eadem redeunt gen  
49  
sine fine mensura. ut sic tribulati et af-  
flicti sine fine gaudeant in curdati vero  
et ditati poenas eteras sustineant. Iob  
6. 1. Omne gaudium existimati fratres  
cum in varias tentationes incidistis  
superque verba sic Beda ait, ne indigne  
muni fratres mei si mali in mundo florere  
et videri patimini, quia non est Christianus dig-  
nitatis in temporalibus exaltari. sed po-  
tius deprimi. mali nihil habent in vobis  
vobis nihil in mundo. sed peccatis bonis ad  
quod tenditis quidquid in vobis contingat gau-  
dere debetis. Hieronimus. difficile immo  
impossibile est ut presentibus bonis. qui  
finat et futuris. ut sic dicitur illic-  
men



mentem reficiat, ne de delictis ad delicias  
transcat, ne in vobis et in terra gloriosus  
appareat; Postea deus animam fecit  
ad imaginem et similitudinem suam, sed  
deus est immortalis, ergo et anima.

**Capit. 25 De libero arbitrio**

Liberrimum arbitrium ut ait Augustinus est  
facultas rationis et voluntatis qua eligi  
et bonum gratia existente, malum vero  
gratia desistente. In hac definitione poni-  
tur simul ratio et voluntas; ratio quidem  
ut consiliarius ratio vero ut imperator  
nam ratio dicit aliquid esse bonum vel ma-  
lum voluntas vero dicit fiat.

Notandum autem quod Liberrimum arbitrium  
liberrimum a causa sufficienti, nullo  
enim modo exterior est causa sufficientis  
ut aliquid fiat. Sicut quandoque sit efficiens  
ut patet in multis qui volunt sine regere  
Christum perturbant; quoniam in sua  
virescenti causa voluntas voluntas est, ut  
ait Augustinus. neque destruit libertas ar-  
bitrii cum peccato retrahit a gratia, quia  
cum extrahit a fine inquam cecidit et  
cuius aut claudis illud non fit eorum.

Libertas liberi arbitrii triplex est scilicet  
a necessitate a peccato, et a miseria. Prima  
libertas est naturalis, secunda gratie, tertia  
glorie. Item prima est bonorum et malorum  
secunda est tantummodo bonorum. Tertia est  
regnantium in vobis. extrinsecus patet quod libertas  
malorum est velle peccare, et etiam posse.

pec



peccare Libertas in paradyso fuit posse  
non peccare. et etiam posse non turbari  
Libertas vero patris est nolle et non pos-  
se peccare, neque posse turbari. patet ergo quod  
liberum arbitrium liberius est in bonis  
quam in malis, quia bonus est tantummodo ser-  
vitus misericordiae in malis autem est servi-  
tus misericordiae et peccati ac in Patria est li-  
berum. quoniam omnis talis servitus  
destruitur. )) )) )) ))

Nota q, quoniam deus non potest male  
facere et similiter angelus et animus bonus  
vel beatus tamen in eis est liberum arbitri-  
um, quia bonum eligunt et declinant malum  
non ex infirmitate necessitate, sed libera vo-  
luntate. Sic e converso ducendum est de  
diabolo qui liberum arbitrium cum habe-  
re bonum semper respicit, et malum eligit  
sed hoc non facit in eis incoercita voluntas, sed  
involuntaria obstratio.

Libertatem arbitrii habet se in quibusdam  
indifferenter ad bonum et ad malum. ut  
in primis parentibus ante lapsum. in quibus  
visum plus se habet ad malum, quam ad  
bonum, ut in regeneratis post baptismum  
et in quibusdam plus se habet ad bonum  
quam ad malum ut in sanctificatis in ute-  
ro. In quibusdam necessario se habet  
ad malum ut in infidelibus non regene-  
ratis. In quibusdam necessario se habet  
ad bonum, ut in confirmatis, qualis fuit  
beata Virgo Maria post conceptionem  
filij. caput. 26. De natura corpo-  
ris humani

Thom



Homo grece Anthropolos dicitur. id est arbor  
 inuenta. habet enim caput cum capillis  
 ad modum radices. brachia uero cum cru-  
 ribus sunt quasi rami. Solus etiam ho-  
 mo est longi et lati corporis. Item solus  
 est erecti corporis. cuius ratio duplex est  
 scilicet naturalis, et moralis; naturalis  
 ratio est quod in alijs animalibus abun-  
 dat in capite materia terrea deprimens  
 et deficit color erigens, quod non contin-  
 git in homine. Est et ratio moralis, ut  
 scilicet rectitudo stature corporis atque  
 rectitudo inem mentis sursum adice-  
 lestia tendentis. Accidentia animi tria  
 mutant corpus quod forma delectabilissima  
 ginata induit corpus sicut tritabilis. et  
 ideo dicitur Avicenna quod multum erubescit a de-  
 pram timens. et aliquando leprosus. Si-  
 cut et corruens quod corporis passiones reducant  
 in animi turbationem, sicut pater in som-  
 no. Item partes humani corporis ha-  
 bent similitudinem totius mundi. quod tan-  
 ta est distantia inter extremitates duo-  
 rum longorum digitorum utriusque manus  
 quantum est a uertice capitis usque ad plan-  
 tam pedis. sicut tanta est distantia a ce-  
 nitis capitis ad oppositum tropicum in coe-  
 lo, quantum est ab oriente in occidentem  
 corpus humanum ex quattuor componi-  
 tur elementis, sed apparet terra in ossibus  
 et carne. aqua uero in humoribus scilicet  
 sanguine. flegmate. cholera. et melan-  
 cholia. aer continetur in pulmone. et hinc  
 patet quod semper in motu est; Nam pulmo  
 uentilabur in corde est ne nimis calore  
 dissoluatur. ignis continetur in corde. et idem  
 inferius est Saturnus superius acutum, quia  
 for



formam ignis tenet. membra corporis  
triplicia sunt. sunt enim quaedam radica  
lia. Hepar. cor. cerebrum genitalia, in  
ter quae tria prima sunt esse individui. in qui  
bus (ut dictum est) sedem habent spiritus  
naturalis, vitalis et animalis. Sed membra  
genitalia sunt ad conservationem speciei.  
Alia sunt vera deservientia ut uena et  
arteria et nervi per quos uelunt illi spiritus  
tres modo dicti. Alia sunt membra officiosa  
ut pedes manus et istiusmodi. Sunt etiam  
et membra tam artificialiter ordinata ut  
mutuo sibi deserviant, nam superiora  
inferioribus administrant gubernationem  
ut patet in pedibus et cruribus, quae totum  
poridus aliorum membrorum sustinent.  
Item media parturunt utriusque defensionem  
et necessarium conquisitionem, ut in  
manibus constat et brachijs. Item ita sibi  
sunt connexa ut mutuo sibi condoleant  
aliquis dolente aly. Item sic serunt, ut  
uana ut unus deficiente alia eius defectum  
suppleant. Et sic uidemus aliquos carentes  
manibus cum pedibus comedere, et e conue  
so alios carentes pedibus imitantes manibus  
ambulare. Item sic se mutuo diligunt ut  
unum membrum se exponat periculis pro  
alio ut in manibus constat quae caput ope  
rentur imminente percussione eius. Item  
magnus dolor in uno membro facit minus  
rem dolorum in alio consentiri. Item me  
bra quae subdunt sibi arbitrio tam prom  
ptam obedientiam seruant, ut inter impe  
rium uoluntatis. Et executionem operis nul  
la fere mora interueniens uideat et hanc obe  
dientiam uidemus seruare oculum in uiden



do, linguam inloquendo, os in comendo  
manus inoperando. & similia.

cap. 27. De Physiognomia Ho-  
minis.

Diversae membrorum dispositiones secun-  
dum artem Physiognomiae, diversos effectus  
inclinatiores ac mores indicant in homini-  
bus. non tamen sic quod nullam moribus necessi-  
tatem inducant referat enim ratio effor-  
ventes impulsus & inordinatos motus.  
Sequamur igitur in hoc tractatu magistros ut  
sunt artis magister scilicet Aristotelem A-  
lexandrum, Constantium, Philemonem, Le-  
xum, Palemonem incipientes a complexi-  
onibus. Melancholicos igitur tristes et graves  
esse dicimus; sanguines autem huiusmodi op-  
posita habere videmus. Cholericis faciles sunt  
ad iram, flegmatici pigri sunt et somnolen-  
ti. Physiognomia sexus est quae masculus ani-  
mus acerbior est ad impetum. Studiosus et  
animosus. Foemina autem misericordis  
sunt et timida. Capillimores et rari habes  
proloquuntur ingenium. Item capilli crispis  
minimam pronunciant timidum. Tunc cupi-  
dum. capilli nimium depressi et fronti immi-  
nentes ferum animum produnt. Tunc con-  
cordat capitis versus capillatura. Item capil-  
li flavi crassi et albi indicant indociles. Ca-  
pilli vero subnigri sunt moderate tenues  
mores declarant bonos et bonam hominis  
complexionem. caput nimis magnum homi-  
nem stolidum ostendit. Caput autem globos-  
sum et breve est sine sapientia et memoria  
caput simile Superius est quasi planum inso-



22  
Sentię et dissolutionis dat iudicium caput  
oblongum aliquantulum et malle simili  
le hominem iudicat prouidum et circū  
peltum. Frons angusta hominem irroci  
lem et iracem. Lata uero paruitatem sig  
nificat discretiōis. et rotunda designat  
iracundum. Item humilis et demissa de  
notat uerecundiam. et non admittentem  
recipia. Item quadrata et moderata mag  
nitudo magnę sapientie et magnans  
mitatis est iudicium.

Supercilia arcuata que coniungunt usque ad  
cornuasi significant subtilem. Et stolidum  
in omnibus operibus suis; si autem ibidem  
occurrit tristitiam et parum sapientem homi  
nem demonstrant. Si autem arcuositas de  
clinat ad tempora et gibbositatem genarū  
significant negligentem. Item super  
cilia si sunt longiorum et multorum pilorum  
significant ferum. et magna meditante  
oculis qui tanquam guttule uiridis nitide  
relicent mores compositos iudicant. et  
quando uarie mouent ut modo currant  
modo quiescant significant mala reuel  
ui tam in animo. sed ueridum esse perpe  
trata. Oculi glauci sed tamen splendo  
re micantes significant audacem. et ad  
maliciam peruiuentem. Oculi magni tre  
mentes et obscuri significant potestate  
uicij. Et inemperantiā ueneris. Oculi  
pure nigri significant imbecillum et sine  
uirtute animum. Et Turci aurum. quā  
do autem guttule aliquantum rubentes  
ibj



ibi sunt & nigrae apparent animum iustum  
 probum et ingentisum ostendunt. ubi  
 autem in nigris oculis guttae uehementē  
 ter rubent. et aliquae tendunt ad quadrata  
 teram. et quaedam sunt pallidae. quaedam  
 glaucae. et circuli qui foris eius ambiunt  
 pupillas sunt sanguinolenti. et sunt ma  
 gni oculi. et rubor pupillae moueat uenae  
 uel palpebra tales oculi significant an  
 imum. qui omnium excedit morem fe  
 rarum. quidquid enim nefario cogi  
 tari potest talibus oculis perpetrabile est  
 neque etiam a domesticis cessabunt sangui  
 ne. Oculi nimium prominentes. rubicun  
 di et parui linguam effrenatam produunt  
 et corpus instabile. Oculi acriter intue  
 tes si sunt humidi indicant hominem ue  
 recundum. ac inagendum uelocem et pro  
 uidum. Oculi qui frequenter clauduntur  
 & frequenter reserantur timidum ac im  
 becillum declarant. Oculi multo apertio  
 nis hominem rotant stultum et inuise  
 cundum. Si autem multo clausurae sunt  
 significant mobilem et inconstantem in  
 constantem in omnibus factis suis. //

Aures prominentes et ualde magnae  
 significant soliditatem garrulitatem. et  
 imprudentiam. & parua ualde maligni  
 tatis sunt indica. Aures nimium restron  
 dae hominem indocilem significant. Au  
 res oblongae et angustae inuadi signa sunt.  
 Aures iucentes et super caput applicatae &  
 sig.



Signant pigritiam, genna crasse sig-  
nificant insaniam, et somnolentiam, rj-  
mum autem tenues malignitatem, gé-  
na rotundæ iruudæ arguunt.

Nares patulae alacritatis et fortitudi-  
nis dant iudicium, longæ uerò tenues mo-  
bilitatem et leuitatem demonstrant. Na-  
rum autem pars, quæ iuxta frontem est  
si nec alta, nec humilij, sed equali linea  
descendat uirile signum est, et prudentiã  
et constantiam significat. Nares minus  
res debito furibus assignantur  
omnis vultus cum plenus est et crassus  
ignauum et uoluptatibus deditum signi-  
ficat. Vultus deperdens cogitatorum in-  
dicat subdolum. Labia tenuia in ore ma-  
iorij si superius labium aliquantum ex-  
superet super inferius magnanimus  
indicat et fortem, tenuis uerò et parui-  
oris imbecillam animum, et uersutum  
indicat. Labia uerò aliquantulum soluta  
ab ore deperdentia inestem demonstrant  
ut in asinis et antiquis equis cernimus  
OS paruum conuenit tam uultibus ma-  
liciosis quæ turribus effœminatis, sed quæ  
uod ultra modum dilatata uiracem indi-  
cat inmitem et impium talis enim oris  
uultus marinus monstris conuenit.  
Mentum prolixum aliquantulum de-  
monstrat minus iracundum. Et minus per-  
urbatum, qui os paruum et breuementiã  
habent inmitessunt et iruudj. Hoc ete-  
nim Plato ad serpentes referebat. Vtilius  
est



est mentium inmensuratum secundum,  
aliquid ad quadraturam accedens. Men-  
tum si longe re prolixum distendatur  
dolis astutium ostendit.

Vox similis exultans voci ovium aut ca-  
prae stultitiam profert. qui autem in  
modum avium usum intendunt de-  
facili sunt leues. Vox tenuis et quasi  
legibus tristis indicat, et suspiciosum  
quorum vox in nares incurrat ita na-  
res consonant mendaces sunt et maleus  
G. ac malis alienis gaudentes.

Cervix longa et tenuis evanescit  
qui maligna meditat. Cervix stunda  
probat animi virtutem, et corporis firmi-  
tatem. Cervix brevis indicat audacem  
cum temeritate. Cervix nimis erecta  
leneem et constantem dicit.

Pectus quod multis carnibus est conges-  
tum insidiosum et ignaros indicat. Pectus  
longius quod venter prudentem demonstrat  
Pectus si cum ventre prolixum nimietate  
tegat significat hominem instabilem, et  
animum sine religione et pietate. cum  
autem solum pectus capillus profert animo  
suum designat.

Humery tenues et qui in acumine erecti  
sunt insidiosum produnt hominem.

Brachia quando in tanta prolixitate ex-  
tenduntur, ut ex alto corpore extremas me-  
dij digiti appropinquent ad genua licet forte  
a mensura quattuor digitorum deficiat. In



55  
huiusmodi homines habiles et fortes dicit  
cum auctem prolixitas fige ad femur de  
sit: ut parum ultra declarat homines  
maleuolos, et malis gaudentes alienis.  
Manus nimium breues et exigua de  
signant fortes et sagaces. crasse manus  
si digitus breues ultra modum habeant  
terguerem exprimentur furent. et  
insidiosum. Manus indomitae. id est  
intorta et tenues loquaces et uoraces  
significant.

Ungues albi plani et molles tenues  
rubentes et bene perlucidi optimum in  
genuum produunt. Ungues inflexi et  
curui imprudentes indicant et rapaces  
Ungues breues rurius declarant ma  
lignum.

Digiti ueluti et globati auarum dicit  
et malignum. Digiti parui et tenues stul  
tiam demonstrant. Digiti parui et grossi  
inuidum et audacem.

Satera tenuia et angusta timiditate  
indicant. Satera referta carnibus et du  
ra ostendunt hominem indocilem. fige  
enim ad raras secundum Platonem  
referunt.

Pars cruris que sub genu est et uocatur  
Sura quando plena est et quasi granda  
intemperatam hominem et imprudentem  
denotat. Molles sura effeminatis assi  
gnant.

Pedes crassi et breues ualde infirmum  
hominem indicant. Pedes nimium pro  
lixo ad hominem dolosum referuntur  
Pedes per tenues et breues pretenduntur his



minem malignum. qui longis passibus  
 incedunt magnanimum esse solent et effi-  
 caces. qui celeriter incedendo se cum  
 primo et uultum deducit, atq; tutum  
 corpus implicat. signat timidum, par-  
 cum, et uersutum. qui breues passus ha-  
 bet eundemq; accelerat malignus dicitur  
 atq; imbecillus.

Color cutis niger uersutum indicat  
 color albus et rubens fortes et animosos  
 ostendit. color refertimenter albus cum  
 pallore defectum uirtutis significat  
 ex humore uulso a flegmatis. color igni-  
 tus lucentibus oculis ad insaniam uer-  
 git. color medius inter nigrum et albu  
 qui declinat in brunnum, si clarus est  
 ostendit uirum boni generis, et bonoru  
 morum.

### Capit. 23. De Regulis gene- ralibus Physiognomicæ.

generaliter constat ex dictis teneridum  
 esse q; membra que in proportione sunt  
 naturalis quæ ad figuram, colorem, qua-  
 titatem, situm, et motum. indicant me-  
 tus bonam habitudinem naturalem. me-  
 bra uero que non habent proportionem  
 debitam in figura, quantitate, situ, et  
 motu peruersam indicant mentem. et  
 propterea dicebat Plato, q; quæcumq; si-  
 militudo hinc in infirmis reperita  
 significat eos in moribus prædictis brutis et  
 simulari.

Nota insuper q; licet per signa naturalium  
 mem



282  
membris rursus hominum cognoscantur. minime tamen eis necessitatem imponunt. Sed ostendunt ut dictum est inclinationem naturae. nec semper denunciant affectus hominum. Sed frequenter et probabiliter. Ac proinde propter eiusmodi signa non statim proferendum est iudicium, quod forte signum est per accidens. et non per naturam. et unum potest (ut contingit saepe) per contrariam consuetudinem. et frenum rationis teneri. Unde narrat Aristoteles quod discipuli Hypocratis detulerunt Philomeni excellenti physionomia pedum imaginem Hypocratis. qui promiserant (imagine contemplata) illum esse virum luxuriosum illis autem indignantibus et culpantibus Philomenem. quod de optimo tale protulisset iudicium. retulerunt hoc Hypocrati. qui confessus est Philomenem recte se iudicasse. sed ex amore philosophiae et honestatis se concupiscentias cordis sui vicisse et studium fuisse assecutum. quod naturae fuerat denegatum.

Deinde adverteendum est quod signa exteriora non referunt nisi ad eas passiones quae homini naturaliter insunt. sicut est ira concupiscentia et huiusmodi non autem ad eas quae sunt animae solae sicut est musica geometria et similia. Scierendum quoque quod oculus principaliter consistit in omni perfectio Physionomiae et si oculorum signa confirmant iudicium ceterorum membrorum tunc ratum dicitur



Locus Aristotelis fuisse iudicium. Si autem  
contrariantur, tunc praevalent iudicia ocu-  
lorum: propter quod omnes physici nos  
affirmaverunt oculum esse verum cor-  
dis iudicium

Ad Libros de Anima solent addi quaedam  
animadversiones quas philosophi de  
parvis naturalibus iudicant. N. g. de me-  
moria et reminiscencia. De somno et vi-  
gilia. de somnijs. de longitudine et bre-  
vitate vitæ. de respiratione. de morte  
et de causis. quæ cum totitas sufficiens  
ex dictis iam in hoc opere et alibi descan-  
te in eisdem diceretur constabit sufficien-  
ter. Et iterum iam de memoria et remi-  
niscencia diximus explicantes quomo-  
do differant. nunc addentes q. reminiscen-  
tia est res antea acta. prout antea acta est  
iterata cognitio / ordinem specierum pos-  
tulans. unde quibus reminscuntur  
acuti sunt ingenij. cum ut in plurimum  
qui memoria pollent magna, minus vi-  
geant ingenio. ad breviter autem et fa-  
ciliter apprehendendum Similitudo et fa-  
cilitas precipue faciunt sicut videmus  
q. in cera liquida facile sigillum imprimi  
attamen ad retinendum succitas et  
aptiores sunt unde in lapide ubi difficile im-  
primi imago diutius durat. et senes et  
pueri imbecilliores pro illo stultissimi me-  
morij. senes q. obscuritatem et duriciem non recipiunt imagines

Vigilia est sensuum libertas et solu-  
tio. Somnus autem sensuum maxime  
exteriorum ligatio quantum ad suas ope-

203. Pueri contra  
q. obtruncantiam  
distatam retinet  
que facile suscipiunt  
sitamen retinere  
ita iudicatio cum ado-  
les



788  
Sensum cerebri fir-  
missime res conser-  
uant. Et ita quae  
bene infantes didi-  
cimus tenaciter in  
senectute retinemus

Ad iudicium deo  
quantecubum

Ad iudicium in  
tua a cerebri  
membris comu-  
nicari potest

rationes. dicimus sensuum quatuor  
ut ait Aristoteles anima rursus dormit  
quantum ad omnes suas operationes et poten-  
tias. sicut patet in digestiva et nutritiva <sup>et poten-</sup>

dicimus etiam esse ligamen sensuum  
praecipue exteriorum quatuor sensus  
interim saepe liberi sicut in somno et  
inde contingunt insomnia.

causa ergo somni ex obstructione  
meatum ~~causata~~ a vaporibus ex  
tractis ad cerebrum ascendentibus et  
ubi frigore concreta praedictis meatibus  
sensus operari secludentibus. quae requirunt  
spiritus a corde ascendere. et ita sensus com-  
munis et aliorum sensuum exteriorum  
operationes cessant. <sup>in</sup> ~~quae~~ quaevis sensuum

eiusmodi ligatus somnus appellanda est  
sed illa dumtaxat quae quies est qua vires  
reficiunt. alias etiam appoplexia et som-  
nus morbi somni uocandi essent quod omni-  
no falsum est. quia tunc vires naturales so-  
mno reficiuntur inde prouenit quod una aut plu-  
res animae potentiae remissius operantibus  
aut omnino cessantibus ab operatione aliqua  
vigorousius sua ministeria complent. ut constat  
ex perentia inegeris qui acutus audiunt  
Et ita contingit nutritivus et digestivus in so-  
mno sensibus animae sopore detentis.

Deserunt igitur somnus nutritivus, generativus  
et sensuum reparativus

Insomnia autem contingunt in Anima  
et praecipue in homine ex eo quod ligatus sen-  
sibus exterioribus interiores soluti manent  
et commiscunt phantasmatum species unde  
diverse rerum imagines et phantasma som-  
ni



niantibus apparent. q. autem certo sibi somni  
 antes persuadeant insomnia vera esse inde  
 quidam asserunt provenire. qz cessat opera  
 tio sensus communis, qui aliter inducat ex se  
 satis per alios sensus non se habere res sicut se  
 pe vigilantes phantasiamur et componimus  
 Sunt autem insomnia in triplici differen  
 tia. Nam quaedam sunt naturalia, quaedam  
 animalia, quaedam vero supernaturalia //  
 Naturalia ex naturalis complexionis precipue  
 e originem ducunt. Et ita melancholicis in  
 terram e sublimi precipites descenderere. fleg  
 matici a quibus suffocari. Sanguineis per aera  
 volitare. et cholerici rixari se ut in plurimum  
 somniare consueverunt. Insomnia anima  
 lia contingunt ex his que in die trahamus et  
 videmus aut mente revolvimus. Et hinc est  
 qz etiam evansomniamus volitare bovem ex  
 sensibus in die promanant. videmus enim bove  
 et avem volantem, et postea in dormientibus  
 confundunt et commiscunt species bovis cum  
 avis.

Somnia supernaturalia providentia et pre  
 destinationis etiam nunciari prorsum varie  
 tate solent. sic Iacob somniat. Et interpretis  
 septis. sic Pharas et alij in scriptura sancta  
 et Joel propheta aut filij vestri visiones vide  
 bunt et somnia somniant.



*[Faint, illegible text in the left margin]*

*[Faint, illegible text in the left margin]*

*[Faint, illegible text in the left margin]*

*[Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]*



Utrum deus cognoscat et formet entia Rationis. Additiones.

Solent negativi disputare num deus cognoscat et formet entia rationis. et videtur q. sic. qz deus cognoscit intellectum humanum comprehendens uice. et omnia que in eo sunt. ut in eo sunt entia rationis. Chimera etiam et deliria

2. qz deus cognoscit omnia attingens a fine usq. ad finem fortiter. ergo cognoscit et entia rationis. alias aliquid eius subterfugeret cognitionem.

3. qz totum esse entis rationis consistit in hoc. q. obicitur intellectui. sed. ens rationis obicitur intellectui diuino ergo cognoscit ab illo

In hoc dubio quidam dicunt deum minime formare entia rationis. hoc enim pertinet ad intellectum qui aliter cognoscit qz est in se ipsa. hec autem cognitio perfectissima est nec aliter qz resseut eas comprehendit. Dicunt ergo auctores huius ~~opinionis~~ q. sicut totum esse entis rationis consistit in eo q. obicitur intellectui. attamen non bene colligitur q. omni intellectu cognoscente ens rationis formatur illud. esse enim seu forma rei supponit ad eius cognitionem

Aliam sententia est deum entia rationis cognoscere et formare seu fingere immo et chimera et deliria. et

intelligere quidem sed.







tu cognoscens. Et probat sic opi  
 nis argumentis primis supra in  
 quibus adductis. sequitur enim ne  
 cessarium. deus cognoscere deliria ergo  
 non illa. que formata et perfectas  
 propter dissensum. dicentes enim et  
 cognoscere merdaciis uterque eandem  
 propositionem, et terminum unio  
 nem attingit, alter ut constituat, al  
 ter ut destruat, alter ut pugnet, al  
 ter ut impugnet. rursus solum ergo  
 manus intellectus. sed et angelicus. et  
 divinus (immense eorum voluntates  
 et ~~immense imaginatio~~) relativi  
 formant rationis hinc enim dicit potentis  
 propter specialem rationem sunt com  
 parativis et solum illi. quoniam et  
 de imaginativa hinc posset forsitan  
 sustineri.

ex his duabus sententijs prior mihi ma  
 gis aridet. etsi neutra omnino place  
 at. Respondet ergo iuxta primam sen  
 tentiam Argumentis in quibus adductis.  
 Ad primum quod duplex est  
 ratio altera immediata ut cum ab  
 speculo videtur Petrum. et mediata cum  
 quod mediantem imagine cognoscit imperato  
 rem. cognoscit autem deus extra rationis  
 cognitione mediata. scilicet mediantem  
 nostro intellectu. et hoc non sufficit ut  
 di



752  
dicat formare aut fingere illa. et tunc  
patet ex eo q. quodammodo Petrus qui imme-  
diate enunciat falsum mentit. non ta-  
men mentit. Iamnes quando refert  
mercedarium Petri. et ita phibet. Sphar-  
dum est de intellectu dicitur cognoscer-  
e in intellectu extra rationis. non enim  
illa fingit sed cognoscit ea. et causam  
fictivus.

Ad. 2. patet ex dictis. cognoscere ergo  
deus ut in se sunt. et cognoscere illa que  
non implicat contradictionem ut cognos-  
cere <sup>omnia</sup>

Ad. 3. R. q. obicitur mediate et utri-  
us. et si replices q. licet <sup>non</sup> obicitur im-  
mediate idem dicitur respicit illud ens ra-  
tionis vel monstrum. et subsistit in eius  
cognitione. Respondes q. dupliciter alij  
quid potest obicitur intellectui. scilicet  
aut subiective solum. aut obiective et  
subiective simul. primo modo obicitur  
res intellectui solum in representando  
secundo modo ut representatio facta ab  
ipso intellectu et intelligitur illi et tunc  
pactus ens rationis est in intellectu huius  
non mundi. immo neq. in intellectu  
angelico obicitur aduersus. eodemq.  
modo satisfacit argumentis adductis  
defendendo angelum non fingere extra  
rationis. que Responsione. et p. intell-  
ectui diuino.

In



In hac ego questione ut quid sentia  
dixeris. Die primo ipsam inutilem  
provisus et otiosam esse quod enim tibi  
vale querere. necdum affirmare. q  
dus formae et fingat entia rationis chi  
merica. et deliria.

Dieo secundo contra primam opinionem  
q, in rigore theologicis manifestatione  
divinum intellectum a nullis obiectis  
creatis in sui cognitione moveri (sed  
a sua divina essentia in qua omnium  
entitatis eminenter emittant) necdum  
ab entibus rationis et chimeris que  
mirumque aut nullius sunt entitatis

Dieo tertio q, dato entia predicta ratio  
nis sunt cognoscibilia cognoscuntur ad  
per modum sui eminentissimae cog  
nitionis et modo quo cognoscibilia sunt  
et rationem entis participant

Dieo quarto q, entia rationis proprie  
loquendo (tamen nec improprie si rigo  
rose loqueridum est) sunt formabilia  
si eternum sunt relationes accedent  
de intentiones. sunt quaedam diminuta  
entia si entia dici possunt. non forma  
bilia sed resultantia et ad eundem mo  
dum proportionabiliter loqueridum est  
de privationibus. et negationibus: si au  
tem sunt entia chimerica formaliter  
nihil sunt. sed mera signenta

Dieo quinto. et sequitur ex quarto q, non  
pos



possunt mouere ad sui cognitionem  
ullum intellectum etiam humanum  
mouere enim per aliquam sui partem  
quod cum necessarium (ut potest in  
intellectu immediate recepta) deberet  
esse realis. non possit talia entia se  
presentare ~~per~~ ~~ab~~ ~~entitate~~ ~~realy~~ ~~longe~~  
distare

ab eiusmodi entibus  
rationis causari nul-  
lum habentibus  
esse reale //

Dico sexto quod eiusmodi rationis entia  
possunt terminare cognitionem cuius  
libet intellectus. aut diuini ut dixi  
(et idem de angelis) aut humani  
quatenus per speciem fundamenti  
cognoscunt. sicut et negationes per  
formas negatas.

Et colliguntur  
ex sexto -

Dico septimo quod entia rationis di-  
cuntur esse obiectiva in intellectu et quod  
totum esse eorum consistit in hoc esse  
obiectivum. non sic intelligendum est  
quod ipsa per se intellectui obiciant. sed  
fundamenta quae denominant aut  
ex quibus consistunt aut in quibus esse di-  
cuntur ut consistat in relatione generis  
quod factum est mortis arietis (ubi est unum  
per se mortem et arietem) et in negatio-  
ne aut privatione similiter. nec eti-  
am sunt (si proprie loquendum est) sub-  
iectiva in intellectu. quod in eo nec per se  
nec per propriam sui speciem esse pos-  
sunt in se sine.

Dico octavo quod late sumpto vocabulo for-  
ma



mationis cuiusmodi entia possunt dici  
 formata (non quidem ab intellectu di-  
 uino aut angelico) sed formans quate-  
 nus ex eius operatione resultant in-  
 diuidi autem resultantque modus ex-  
 plicat facile in secundis intentionibus  
 etenim ex negotiatione intellectus cir-  
 ca naturam specificam in qua fundat  
 relatio speciei nihil intellectu potest  
 circa indiuidua operante resultat in eis  
 relatio indiuidij ad suam speciem. Et  
 sic dicebamus. q. secunda intentio est id  
 quod conuenit rebus qz mente apprehen-  
 dum aut aliquo modo ab intellectu tra-  
 ctant. quz patet in casu dicto indiuidua  
 indidit. et ueluti ex latere ab intellec-  
 tu tractari uidentur.

1. circa materiam etiam de Universalibus  
 nota q. quidam non uerentur admittere Deum  
 universale esse ad tres diuinas personas sed  
 enim inquirunt de ratione universalis q. est  
 q. multiplicet in suppositis in quibus reperi-  
 tur sed satis esse q. sit unum in multis illis  
 Et de multis



ergo  
circa existentiam materię nunq[ue] pro  
pria et distinctam illam habeat ab  
existentia forme. Respondemus affir  
mative. q[uod] quicquid res illa sit est ip[s]o  
quod existit extrinsecas <sup>causas</sup> et abesse possibiliter  
existens redditur. a se proxime extrinsecas  
id esse dicit quod rem extrinsecas causas  
constituit. et tunc dicitur verbo tunc di  
citur res existens cum transit de non esse  
ad esse.

hęc autem conclusio probatur q[uod] materia  
habet existentiam a forma presenti q[uod] est  
subiectum ~~formę~~ eius. et subiectum est  
prius materia q[uam] forma adveniens illi.  
neq[ue] habet existentiam a forma prece  
denti q[uod] quidquid forma tribuit subiecto  
est effectus formalis qui perit perente  
forma. materia autem perit existentiam a  
tertia forma transacta. neq[ue] habet  
existentiam a forma futura. q[uod] non  
dum adest neq[ue] informat.

Secundo probatur q[uod] materia secundum  
se habet esse extrinsecas independen  
ter produci a forma. et confirmatur  
q[uod] materia producat a deo actu creativo  
tunc forma vero actu generativa  
excepta rationali.

q[uod] si arguas ex Aristotele ubiq[ue] dicen  
te q[uod] materia non est ens actu. et tunc 2<sup>o</sup>  
q[uod] ex duobus entib[us] in actu quales sunt  
materia et forma non posset fieri unum  
ens per se. Responsum et preterea tertio q[uod]



iuxta hanc sententiam in uno compo-  
sito essent tres existentie scilicet <sup>alio</sup> totig  
et alia materie et alia forme. quod non  
videtur dicendum.

Respondemus ad Primum Aristotelem  
quod de actu completo quod dicitur non est.

Ad 2. Res ex dictis in actibus actu com-  
pletis non posse fieri in numero per se. se-  
cundum si sunt incompleta.

Ad 3. Similiter. q. non implicat in eo-  
dem composto esse duas existentias in-  
completas cum una completa totius.  
nec adversarij negabunt admittunt  
reperi duas existentias in quovis com-  
posito alteram innumeratam. et  
alteram totius. ubi ergo fuerint di-  
versae essentiae erunt et diversae existen-  
tiae. non autem amittunt materia et for-  
ma suas proprias essentias ex eo q. sunt  
incompositae. ergo neque existentias. esse  
ita enim et existentia non distinguuntur  
realiter

Sed dubium est An materia  
habeat propriam substan-  
tiam

In quibus verbis sic conclusus materia pri-  
ma habet propriam substantiam.  
ut probet hanc conclusus supponendum  
est q. substantia nihil aliud est q. mo-  
dus quidam positivus. qui res extrinsecu-  
sas constituita existit per se. aliud enim  
est existere in rerum natura. aliud per  
se



se existeret. ad primum etenim solum  
requiritur q. res sit extra causas. quod  
etiam accidentibus necesse a partibus  
constituit. et tunc ad hoc ut aliquid  
perse existat. requiritur ut non dependeat  
at ab alio tanquam a subiecto infirmitatis  
Secundo supponendum est ex praedicta  
mentis substantia constitutum illi  
esse aptitudinem ad existendum perse  
et consequenter nullam substantiam  
dari quae ad naturaliter non existat perse  
his positus probatur conclusus. materia  
prima est substantia. ergo existit perse  
Secundo probatur q. materia saltem pri  
oritate naturae antecedit formam. et  
unum in compositi.

Sed arguitur q. substantia ultra id quod  
reddit substantiam existentem perse  
reddit illam incommunicabilem alteri  
at materia prima et forma ad invicem  
communicantur. ergo nulla earum habet pro  
priam subsistentiam.

Respondetur q. subsistentia est duplex  
partialis scilicet et totalis et haec est  
que praestat incommunicabilitatem  
et tunc est q. de potentia absoluta ma  
teria potest ab omni forma nudari. et  
sine illa existere. et hoc sine ulla de  
concessu ut ipsa conservaretur. quamvis  
sic non existeret status compositus.  
q. si rursus inquiras an deus fiat  
I Sub



Subsistentiam aliquam noua actione  
 producat in materia. an ab ipsa mate-  
 ria fiat. Per q. si noua deus actione  
 producente ab ipsa materia essentia  
 dimanat. non enim actiones sunt si-  
 ne necessitate multiplicandi. Sicut et  
 proprie passiones ab essentia dimanant  
 et potentia. V. g. intellectus et uolun-  
 tas ab anima. existere autem perse  
 proprie est quarto modo substantia.

Substantia  
 quod  
 impet  
 diman-  
 tam

An autem (posito q. materia esset si-  
 ne subsistentia) sine noua dei actione  
 proueneret in subsistentiam suam  
 quidam dicunt q. sufficeret uis sua  
 prima productio. Alij si auferretur  
 impedimentum. Alij negant q. tunc  
 ille nouus modus subsistendi inciperet  
 de nouo et ex consequenti deberet produ-  
 ci per nouam actionem efficientis. Et  
 confirmant q. in tali esset noua muta-  
 tio positua. ergo noua actio uel effice-  
 tia.

### De subsistentia composita

Substantia  
 quod est

Substantia ~~totalis~~ ~~sive composita~~ ut sic  
 consistit in existere perse positive. im-  
 portando in obliqua negationem existe-  
 di in alio in se. Sic autem ut con-  
 stat ex dubio precedenti diuidit in tota-  
 lem et partialem. totalis tamen exclu-  
 dit compositionem cum alio. et sic uoca-  
 tur per se existas. Sive est existentia per se  
 est autem subsistentia composita utamq.  
 ter



terminus naturae ultra quem iamul  
terius progredi non potest. sicut in pre  
dicabilibus individuum est ultimum  
ad quod terminatur predicatus generis  
et speciei.

Notandum uero q. compositum uel  
subsistentia completa in rationalibus  
dicitur hypothesis. siue personae. in  
irrationalibus uero suppositum nunc  
cupat.

querimus igitur An eiusmodi subsis  
tentia composita consistat ex duplici sub  
sistentia partiali materiae scilicet et for  
mae. uel utrum sit <sup>in</sup> diuisibilis in se.  
et sit conclusio. q. talis subsistentia est  
~~composita~~ completa composita phy  
si <sup>q.</sup> est diuisibilis. ut autem correspondeat  
pars materiae. et pars formae. et probat  
q. nec materia nec forma amittant in  
composito suas subsistentias partiales.  
et confirmat q. si esset indiuisibilis se  
parata anima rationalis uel remanere  
cum <sup>sua</sup> totali subsistentia uel non. si pri  
mum habemus intentum. q. eadem ra  
tio currit in materia. si non. ergo uel  
tota subsistentia manet in materia uel  
tota in anima. non tota in materia. q. r  
non diceret ordinem ad compositionem  
quod esset contra sententiam theologi  
dicentium animas beatorum semper postu  
lare a deo remanere cum corpore.  
propter ingenitum ordinem. quem ad  
il



illud habent. immo sequitur q. neq. de  
 potentia dei possent iterum retineri. q.  
 ens completum. ut completum est dicitur  
 ex natura rei repugnantiam ad com-  
 positionem. Unde licet angelus et animi  
 rationalis conveniant in ratione spiritus  
 q. tamen angelus est substantia com-  
 pleta non potest componere unum ens  
 perse. cum materia.

Confermat deinde. q. non potest dici  
 q. tota subsistentia remaneat in mate-  
 ria. q. iam non diceret ordinem ad formam  
 neq. haberet potentiam receptivam il-  
 lius. et consequenter perderet totum es-  
 se. Item etiam q. si tota subsistentia  
 maneret indivisibiliter in materia  
 et nihil informata. iam forma existeret  
 per alium. et consequenter transiret de  
 esse substantie ad esse accidentis quod  
 est absurdum.

Sed dices. Hoc non sequit q. etiam qua-  
 ntitas caret inherencia in sacramento  
 altaris. et nihilominus non transit ad  
 esse substantiam miraculose enim sus-  
 tentat existentia negativa. ergo simi-  
 liter quamvis anima rationalis non  
 subsistat non sequit illam transire in  
 naturam accidentis. q. poterit deus for-  
 mam illam conservare cum existentia  
 negativa. Contrarie tamen insuadet q.

ita



122  
Status separatus anime non est pre-  
ter naturalis. immo potius in probabi-  
liori fore sententia Status separatus  
non est anime comaturalis. sicut et sta-  
tus univrsus. que ratio non militat in ac-  
cidente existente miraculose et preter  
naturaliter.

quod si Respondeas ad fundamentum  
conclusionis subsistentiam compositi-  
esse indivisibilem. dum materia et for-  
ma univrsus. exterum in separatione  
anime dividit. hoc est falsum quod si que  
libet pars univrsus materis scilicet et for-  
me dum univrsus tribuunt particularem  
rationem illi. sequit quod quando separan-  
tur que libet illarum auferat suam esse  
substantiale et proprium

At. contra conclusionem arguitur pri-  
mo. Subsistentia est idem quod suppositio  
hypostasis seu personalitas. sed non dan-  
tur personalitates partiales. ergo neque  
subsistentie partiales. et consequenter  
subsistentia completa non dividit in  
illas. immo probat. nam anima ratio-  
nalis. non dividit in media personalitas ne-  
que in suppositum.

Respondet quod latius patet subsistentia  
quod persona. vel hypostasis nam hec duo  
tantum conveniunt entibus completis  
subsistentia vero etiam in completis con-  
ue



uenit. Unde licet inueniri non possit per  
sona. aut hypostasis sine subsistentia, be-  
ne tamen e contra. ut patet in materia  
et forma. ac proinde licet anima ratio-  
nalis non possit dici media personalitas. be-  
ne tamen subsistentia partialis.

Arguitur 2<sup>o</sup> Ratio subsistentiæ excludit  
modum existendi per aliud. ergo exclu-  
dit compositionem cum alio. igitur non diui-  
ditur subsistentia completa in partiales.  
alias huiusmodi compositum existeret  
per aliud. scilicet per materiam. et for-  
mam.

Respondet. q. huiusmodi compositum  
non existit per aliud tanquam accidens sed  
habere ad materiam et formam sicut  
ad hęc et eis adhęc. quemadmodum  
diximus de materia respectu forme. scilicet  
licet q. licet unum illud non existit per  
aliud. nam huiusmodi unum non est tan-  
quam ad subiectum in hęc unum. sed uelut  
ad partem componentem cum illa

Est iam aliud Dubium. Vtrum  
det aliquod accidens cognum  
materie?

Hic quæritur solet utrum de forma substan-  
tialis e qua materię. sed q. totalis resolu-  
tio huius pendet ex hoc dubio et sequenti  
ides ante inquirere de accidente.

Pro cuius declaratione aduertendum

est



est hanc questionem a doctoribus dispu-  
tari sub varijs titulis. aliqui inquirunt  
vtrum fiat resolutio in generatione usqz  
ad materiam primam. Et vtrum mane-  
ant eadem accidentia in genitis et in cor-  
ruptis. quod idem est ac dicere an quan-  
do aliquid compositum mutatur vel cor-  
rumpitur tunc mutantur vel corrumpuntur  
etiam accidentia, que immediate subie-  
tantur in materia. vel an omnia mutentur  
et preter ipsam. N. g. in materia formi-  
tus immediate subiectas quantitas. et  
in quantitate cetera accidentia. Reus  
illa quantitas est dispositio ad intro-  
ductionem forme rationalis.

Inquirunt ergo An quando separat ani-  
ma rationalis non solum succedat compo-  
situm humanum vivens in cadaverem  
et album in nigrum. verum etiam  
corrumpatur ipsa quantitas, que est im-  
mediate in materia. et sic qui affir-  
mant quantitatem corrumpi consequen-  
ter aiunt fieri mutationem vel res-  
olutionem usqz ad materiam primam  
et consequenti dari aliquam for-  
mam accidentalem eque materię si-  
quidem ipsa manet non manente quan-  
titate. de vero qui affirmant dari formam  
accidentalem eque materię negabunt  
eiusmodi resolutionem usqz ad materiam  
primam. hoc est corrumpi omnia acci-  
denta. Sic igitur conclusio. dat forma acci-  
den



dentalis coequa materis prima. Et wise  
 quenter in corruptione compositi non fit,  
 resolutus usque ad materiam primam  
 ad hoc probandum suppositum est qua  
 titatem esse in materia prima perquam  
 extensive existit in se. et habet partes ex  
 tra partes quantitativas. quod esse verum  
 constat ex hoc. quod agentia naturalia non  
 possunt introducere dispositiones in mate  
 ria nisi mediante contactu quantita  
 tivis. quare quantum angelus iuxta me  
 existat non possum illum tangere. quia  
 caret omni quantitate. Et agentia natu  
 ralia solum habent vim circa materiam  
 corpoream quantitativam. itaque quanti  
 tas est necessaria dispositio ad introducti  
 onem cuiuslibet forme. sive accidentalis  
 sive substantialis in hoc enim omnes con  
 veniunt.

Hoc supposito probat conclusio  
 quantitas est forma accidentalis mate  
 ris in se perquam materia disponit  
 ad recipiendas formas. ergo huiusmodi ac  
 cidens in nulla mutatione corrumpitur  
 consequenter patet. quod omnis mutatio  
 fieri debet in subiecto habente partes ex  
 tra partes quantitativas. sed nullum sub  
 iectum has partes potest habere. nisi sit  
 affectum quantitative. ergo / dices. tunc  
 corrumpitur quantitas. quando agens cor  
 rumpit vel mutat subiectum. et tunc a  
 lia quantitas introducit. Unde per prima  
 mu



mutacionem fecerit usque ad materia  
primam. Sed contra arguitur Primo. uel  
materia prima est determinata a quantita  
te. quando agens introducit aliam qua  
ntitatem, uel non. non primum quod agens  
naturale solum habet uim operatiuam  
circa subiectum quantum. Si secundum  
dicat. ergo non mutat quantitas.  
Et ulterius Praeterea probat conclusio. quan  
do aliquid agens intendit formam in sub  
iectum introducere tantum expellit for  
mas contrarias resistentes eius operationi  
N. g. quando ignis intendit materiam calefa  
cere non intendit expellere albedinem si  
ue nigredinem. nam iste forma nullam  
dicunt repugnantiam cum calore. at  
quod quantitas non habet contrarium  
ergo a nullis agente expelli potest. ergo  
nunquam separatur a materia. si uult  
consequenter patet. quod nulla forma subs  
tantialis. siue accidentalis relinquit pro  
prium subiectum. nisi expellatur a contra  
rio. Deinde quoniam experientia con  
stat multa esse accidentia in corruptis que  
erant antea in generis. ergo non sunt resolu  
ta usque ad materiam primam. at si non.  
remaneret quantitas talia accidentia ibi  
non fuissent. Praeterea quod si materia in  
generatione nudaretur ab omni accidente  
et omni dispositione. non esset maior ra  
tio quare sic quod illa forma introduceret  
ad generatum. nec satisfacies si dixeris suff  
fice



facere q, eiusmodi accidentia et dispositio-  
nes immediate precesserunt. quod nam  
sive solum importat quamdam relatio-  
nem rationis. que nihil conferat ad veram  
et intrinsecam determinationem. Et  
etiam q, non potest intelligi qualis sitis  
ta determinatio materis. Nam nec rea-  
lis est. sive est per aliquid accidens reale.  
neq, manet aliquid accidentis rationis q,  
sive a parte rei non potest determinare  
materiam ad recipiendam formam

Sed Arguunt doctores contrarie sententia  
q, existentia accidentis supponit existen-  
tiam substantie. ergo prius forma substā-  
tialis existit in materia q, accidentis. De  
inde q, quando subiectum aliquid potest  
recipere alius ordine servato inter ipsos  
prius recipit alium illum qui prior est q,  
posteriorem. //

Respondet verum esse accidentia sup-  
portere existentiam substantie. nego ta-  
men materiam illam non habere seclusa  
forma. ut supra probatum est. Et cum qua-  
bitas inherere materie prius supponit  
illam extra causas et consequenter eum  
suo esse substantiale. Unde non est neces-  
sarium esse substantiale et existentiam  
positi requiri ad existentiam accidentis.

Ad aliud R, q, materia ordine intentionis  
prius respicit et recipit alium substantia-  
lem. in tantum ordine executionis. aliud  
enim est respicere rem, aliud respicere ad  
eius introductionem. hęc enim est mediū  
ut



ad rem introducendam quod fit in execu-  
tione media quantitate.

Sed ulterius cum Thomus instat quod  
sequitur potentiam receptivam materia  
esse accidentalem cum potentia ab aliis  
quod recipiunt sumant speciem / Deinde  
sequitur quod essentia quattuor principia entis  
naturalis / Ad. Primam sequentiam res-  
pondeo negando illam. nam quando pote-  
tia specificat per actum. est dum illum  
respicit tanquam ultimum finem. materia  
autem non respicit formas accidentales  
quantitatem. N. g. tanquam finem. sed tan-  
quam dispositiones ad unionem conformem  
est autem ad alteritatem non esse sensum  
in presenti quod forma substantialis ut sit  
in materia medijs istis accidentibus. ut ac-  
cidentia mediant inter informativam  
formam substantialis. et materiam primam  
sic enim non posset resultare unum per  
se. nisi quatenus mediat quantitas inter  
materiam et formam substantialem  
Sicut inter materiam. et accidentia. sed  
solum se habet ut quaedam dispositio pre-  
parans materiam ad hunc immediate  
recipiat formam.

Sed ides cetera ac-  
cidentia unum  
materiam primam me-  
diante quod est infor-  
mata quantitate

Sed argues forma substantialis advenit  
materia. postquam est informata quantita-  
te. ergo similiter forma substantialis si  
supponit quantitatatem unum materiam  
mediate. Respondet negando minus  
non enim solum quod materia est informa-  
ta



ta quantitate unum cetera accidentia  
 mediate, sed qz ipsa accidentia talis na-  
 tura sunt, ut non possint subiectari in  
 substantia nisi in mediâ quantitate. Et sic  
 nulla accidentia materialia præter quan-  
 titatem attingunt substantiam loquendi  
 rigore. nam sola quantitas est que de  
 alba, quamvis totum subiectum substā-  
 tiale unum album, at uero forma sub-  
 stantialis nullam repugnantiam habeat  
 cum materia prima, immo potius mutuo  
 ad inuicem dicunt ordinem, et ides for-  
 ma tanque immediate materiam quan-  
 titate dispositam, sine hoc q. quantitas  
 ad aliud deseruiat, nisi qz ut probauimus  
 materia non potest esse sine illa //  
 explicat exemplis supponamus me nō  
 posse tangere uinum, nisi sit dispositum  
 aqua. tunc si tetigeris utrumq. simul et  
 immediate. Similiter igitur forma substā-  
 tialis non potest tangere materiam sine  
 quantitate ex quo non sequit q. mediate  
 unum. Et ratio a priori est qz forma acci-  
 dentalis tantum petit subiectum præsen-  
 dens ab hoc uel ab illo, et sic dulcedo et  
 albedo comaturaliter extant in sacra-  
 mento eucharistie in quantitate, licet qua-  
 ntitas existat miraculose, qz huiusmodi ac-  
 cidentia iam habent subiectum scilicet  
 ipsam quantitatem, at uero forma sub-  
 stantialis non respicit subiectum ut sic.  
 Sed ut subiectum substantiale affectum  
 talibus dispositionibus, ex quo sequitur

tangam

1.

e.



Evidens disparitatis ratio | Ad. 2<sup>m</sup> in  
conuenientis supra adductum ex Thomae  
Respondemus q. quantitas non est pri-  
mum principium entis a materia distinc-  
tum. q. habet se ut dispositio necessaria  
ad introductionem forme. dispositio enim  
principium non est sed facultas principij  
sicut unum compositi non est principium  
Sicut sit conditio.

Ultimo arguit ab aduersarijs ex Aristo-  
tele in predicamento substantiarum ubi ait  
q. destructis principijs omnia corrumpun-  
tur. q. certum est q. si destruantur forma  
et materia etiam debent destrui accide-  
ntia quae inherere illis. Sed hoc non habet  
unum contrarium. non enim dicimus q. ma-  
net quantitas destructa materia. sed q.  
in corruptione compositi manente ma-  
teria quantitas non auferit. sed manet  
materie esqua

Est aliud Dubium Vtrum in  
una materia possint esse  
plures formae substantia  
les?

Hoc dubium etiam sub alijs titulis  
set uentulari. idem enim est querere V-  
trum fiat resolutio usq. ad materiam in  
omni ortu et interitu. hoc est Vtrum  
quemadmodum ablata forma rationali  
remanet accidentis in materia ut mater



probatum etiam remanet aliqua forma  
forma substantialis. que solet appellari  
forma mixturae uel corporeitatis. unde  
si talis forma deest sequitur dubium in se  
supposito. nam si est alia forma substanti-  
alis praeter rationalem, sequitur esse duas for-  
mas simul.

Supponendum est igitur tanquam certum siue  
mediate, siue immediate tandem fieri re-  
solutionem ex parte formarum substanti-  
alium usque ad materiam primam. Siquidem  
in nulla sententia admittit formas subs-  
tantiales coequa materiae. <sup>ne.</sup>

Sic iam conclusum in corruptis uiuentium  
non sit resolutum ex parte formarum subs-  
tantialium usque ad materiam primam  
sed remanet forma mixturae; que prius  
erat cum forma uiuentis, et ab illa re-  
ipsa distincta. Et consequenter affirma-  
mus, quod deest simul in uiuente plures  
formas substantiales. Pro cuius intelli-  
gentia aduertit Scotus, quaedam esse sim-  
plicia corporis, que elementa uel carnis, ex  
quibus omnia tam uiuentia, quam non uiuen-  
tia constant. Et quaedam dicuntur ex his co-  
posita, que dicuntur mixta: haec autem mix-  
ta sunt in duplici differentia, quaedam e-  
nim habent formas ita perfectas, ut non  
ordinentur ad alias formas, huiusmodi sunt  
formae lapidis, auri, et gemmarum, reliquorum  
que metallorum; quae quidem forma ita ma-  
ta



teriam complent, ut non ordinentur ad a-  
lias formas recipiendas. Aliae uero sunt  
quae dicuntur ordines ad alias formas per-  
fectiores, qualiter se habet forma mixtu-  
ris ex elementis, et generante producta  
et reperta in materia ante aduentum for-  
mae rationalis, uel alterius uiuentis, et  
hinc forma, quamuis substantialis sit in-  
uenitur in materia simul cum forma ui-  
uentis distincta realiter ab illa. ut scilicet  
in 4. distinct. 11. q. 3. art. 2. Durā-  
tus in 3. distinct. 25. q. 1. ubi inquit qd  
sententia opposita est modus erroris  
loquendi in materia de incarnatione.  
quibus suppositis probat primo conclusio-  
nem quodlibetque duo ita se habent ut unum  
sint, quando alterum non est distinguunt  
sed quando anima rationalis separatur  
a corpore manet mixta sine illa, ergo  
non quodlibet perit compositum resolu-  
usq; ad sua principia. proba minore  
quod non est manifestum qd accidentia  
sequuntur formam mixturis, et patet ex  
sententia separata anima rationali illa  
remanere, manet enim idem calor et  
color et vigor in carne, quae multo tempore  
perseuerare solet, ergo manet forma cuius  
sunt accidentia, patet consequentia quia  
impossibile est sic inueniri risibilia  
ubi non est rationalitas eo qd sic passibile  
ergo



ergo sicut calor et vigor sunt accidentia  
 dimanantia a forma mixtura erit im-  
 possibilis existentia illorum sine existen-  
 tia forme mixti. Respondet Caietanus  
 1. p. q. 55. art. 4. illa accidentia non intē-  
 di ab agente sed provenire ex dispositione  
 materiae. uel quod sunt nimis radicata in ma-  
 teria, uel quod forma existit in ipsa. ceterum  
 hoc impugnat ex doctrina huius doctoris  
 si separata anima corrumpuntur omnia  
 accidentia. ergo nulla remanebunt accide-  
 tia, neque dispositio in materia radicata sed  
 potius eradicata, siquidem abeunt abeunte  
 forma in sentia ipsius.

Secundo probatur conclusio. nam quod inhu-  
 mine videmus contingere in huiusmodi for-  
 ma idem debemus admittere in omnibus  
 uiuentibus. Sed in humane anima rationalis  
 non potest tribuere esse corpus aut  
 mixtum. ergo esse mixtum est independens  
 ab anima. probatur minor, quod nihil aliud  
 est causa formalem communicare effectum  
 quam ipsam se exhibere subiecto. Albedo ete-  
 nim est ipsa quae infigitur parieti reddere parietem  
 album, sed anima rationalis exhibendo  
 se subiecto non potest prestare gradum cor-  
 poris aut mixti. cum ipsa sit spiritualis ergo  
 forma substantialis rationalitatis, et forma  
 substantialis mixturae distinguuntur rea-  
 liter. et consequenter in omnibus uiuentibus  
 debent concedi duae formae substantiales  
 distinctae realiter. Respondet Caietanus lo



in citato indubio quod non uet circa primū  
argumentum dicitur Thomae in resolutione 3<sup>a</sup>  
quod anima rationalis communicat materiam  
primam esse mixtam non requiritur quod in illa  
contineat formaliter rationem mixtam: nequē  
sed satis est si contineat ut quod: quoniam  
modum diximus de substantia quae reddit  
subiectum incommunicabile formaliter. Si  
cet ipsa sit incommunicabilis, quae est incommu-  
nicabilis ut quod.

Sed contra. nam quaecumque aliqua forma potest  
sit producere effectum, quem in se formaliter  
ter non habet, tamen eius modi effectus  
debet esse eiusdem ordinis cum forma. ac a  
anima rationalis non solum non est corpus  
rea, nec mixta formaliter et ut quod, ne  
rum etiam est diuersa species cum forma  
ista mixtionis, ergo nequē ut quod, nequē ut  
quod potest esse causa istius mixtionis. sub-  
stantia autem composita est eiusdem ordinis  
cum incommunicabilitate illius. Unde et  
sol quamuis non sit uitalis, est tamen cau-  
sa efficiens omnium uiuentium; quoniam  
tra et sol sunt eiusdem ordinis materialitatis.  
ceterum idem sol nequē totaliter ne-  
quē partialiter potest concurrere ad productio-  
nem angelus, uel intellectus potentiam  
mae. Ratio est quod sol angelus et anima diuer-  
se ordinis sunt.  
Ultimo probat conclusum ab inuenienti a  
lias enim non potest dici idem corpus et mixtum  
esse



esse nunc in coelis, quod fuit in triduo mor-  
 tus, neque iacuisse eodem in sepulchris cum  
 eo, quod peperit in ligno, nec habere nunc  
 in coelis easdem plagas quas in passione sus-  
 tenuit. Si quidem animarum rationalium separato  
 non manserunt eadem, neque potest ostendi  
 quod redierint cum nullam habeant conexio-  
 nem cum anima beata. nec dici quod, si in aliq  
 plagis numero cum nequeat agens assigna-  
 ri a quo fuerint denuo producta.

Sed contra nostram conclusionem arguit pro  
 Caetano ratio sumpta ex dicto Thoma  
 articulo citato in corpore. per generationem  
 requirit res esse simpliciter, ergo non suppo-  
 nitur in materia aliqua forma substantialis  
 alias enim iam in materia supponeret esse  
 simpliciter, et per generationem non produce-  
 ret ens simpliciter. Sed secundum quid, et  
 accidentarium, aut per accidens. 〰

Respondet omnem formam substantialem  
 communicare materiam esse simpliciter pro  
 ut distinguitur contra esse secundum quid  
 communicatum ab accidentibus, non ~~omne~~ om-  
 nis forma substantialis dat esse substantia-  
 le ultimum et completum. hoc enim acqui-  
 rit per generationem non tamen sic quod tota for-  
 ma substantialis completa materiae sic ipsa  
 anima rationalis cum praesupposita producta  
 mixtura et corporeitatis forma. quod si inferas  
 ergo suppositum genitum (ut potest habere du-  
 as formas distinctas specie) non erit unum in  
 specie. Respondet quod unitas specifica sumit  
 a

et spiritu  
 Poly

unde



a forma substantiali ultimo dante esse. et  
non a forma substantiali disponente. nam  
et in predicabilibus est unus forms secundum  
speciem quamvis plures rationes differen-  
tiales de illo predicentur. nec fieri unum per ac-  
cidents nisi supponat forma mixtionis immo  
unum substantiale et perse. Unde dicimus  
q. forma substantialis dat ad esse. forma ve-  
ro accidentalis ad posse.

Notanda uero est differentia inter alteratio-  
nem et generationem ut aliquibus obulsi-  
bus fiat satis. etenim in alteratione cum  
forms ex albo fit niger supponit et natura <sup>prae-</sup>  
et tempore subiectum substantiale comple-  
tum. at in generatione. sumptu nomine  
generationis pro ipsa instantanea forme in  
productione in materia non supponit mate-  
ria prius tempore existens cum tali for-  
ma mixtionis. sed prius tempore quadam natura  
per eam disposita ad formam dantem esse com-  
pletum substantiale. et uitale. forma autem  
accidentalis que per alterationem acquiritur  
subiectum ut cuiusq. perficit et ornatur.  
q. Aristoteles dicit in generatione nullus  
subiectum sensibile remanere intelligitur  
de habentia formam substantialem ultimo-  
dante esse. et ad hunc modum intelligen-  
dum est commune illud axioma scilicet q. ge-  
neratio unius est corruptio alterius. id est  
corruptio seu separatio forma ultimo dan-  
tis esse. Nam si uero se intelligeretur  
etiam esset necessaria corruptio mate-  
rie prima quae tam est pars compositae <sup>essentia</sup>  
sup. h.



rupti. Dices forsam quando duo distingu  
 tur realiter non possunt ad invicem essen  
 tialiter predicari. ergo si forma corporeita  
 tis et rationalitatis realiter distinguunt  
 non possunt predicari ad invicem. At ista  
 est vera predicatio. si corporeum est ra  
 tionale. sicut ista si rationale est cor  
 poreum. ergo. Respondes. distinguere  
 antecedens. quod dicendum est ad hunc ordinem  
 e ad unam compositionem. secus vero si  
 ad illam ordinem. Rationalitas et visi  
 bilitas realiter distinguuntur et nihilominus  
 sic in abstracto non predicantur ad invicem  
 ut dicamus visibilitas est rationalitas. in  
 concreto tamen predicantur. dicimus enim  
 hoc rationale est visibile. et hoc visibile  
 est rationale.

Sed arguitur cum Caetano nam si separata  
 anima rationalis non introducit novam formam  
 corporeitatis. ergo natura per se tendit ad ma  
 lum operandum. quod est contra communem  
 sententiam philosophorum. probat sequen  
 tia. supponendo. q. quando agens (ignis v  
 g) intendit in ligno introducere formam  
 similem sibi. primarius finis illius non est  
 ex pellere humiditatem. hoc enim esset te  
 dere ad malum. scilicet ad corruptionem sed  
 tantum primaria intentione tendit ad  
 suam formam producendam ad quod sequi  
 tur destructio contrarii. Sed si in materia  
 iam supponere forma mixtus. sequere  
 tur q. in desitione compositi. natura solum  
 ter



uel alterius vi  
uentis.

tenderet ad corruptionem viventis. igitur  
uel admittendum est quod natura perse ten  
dit ad malum. quod est absurdum. uel quod  
forma corporeitatis de novo introducit  
patet hęc ultima consequentia. quod in de  
situr ne hominis in uenire dicitur forma  
substantiales. scilicet forma rationalis  
que separat. et hanc non producit natu  
ra in interitu hominis. et etiam in uenire  
forma mixtorum. et similiter hanc non  
producit natura. siquidem in nostra sen  
tentia iam supponitur.

Pro solutione notandum est quod modo ani  
mal deueniat ad mortem. Aliqui enim in  
ter quos est Plato in dialogo de natura uide  
tur opinari calorem naturalem deuastare  
proprium materiam: atque ita tempore de  
cursu consumptione humiditatis radicalis se  
ipsam interimescere. Sed eiusmodi senten  
tia tenenda non est. ut conuincit Galenus  
dico ergo breuiter aliam esse rationem caloris  
naturalis. et ignis. is enim consumit per  
se corpora omnia que preparat ad naturam  
ignis: calor uero naturalis viventis non est  
ignis. sed proprius illius. id est quod non consu  
mit. sed conseruat. Unde dicendum est quod na  
tura non tendit ad malum. sed potius conser  
uat unum compositi quoad potest. mor  
bus uero est causa effectrix interitus. quod nul  
la res se ipsam occidit. quod potius communiter  
dicitur interitum esse eius sententiam omnibus rebus  
Ultima enim dissolutio fit a causis que natural  
te /



teram dissipato et dissoluta calore naturalis  
et humido radicali que cause dicuntur a me  
dicis non naturales. huiusmodi sunt aer  
ambiens,ustus et quies cibus et potus, vi  
gila et somnii, nistigui naturalis intendit  
corruptionem compositi physici, immo potius  
conseruat contra eiusmodi calamitates op  
pimentes illud.

Est iam aliud dubium An ma  
teria sit principium indi  
uiduationis?

Prima opinio asserit individuationis  
principium esse collectivum omnium acci  
dentium, que sic reperiuntur in hoc individuo  
quod non alio quam uidee tenere Porphyrius  
capite de specie. et probat quod alias differen  
tia individuali, esset essentialis et specifi  
ca, et individua ut sic essent definita  
quod negat Aristoteles. / et deinde species non  
esset totum essentialis respectu individui  
ceterum hęc sententia displicet quod illa acci  
dentia neque in communi sumpta, neque in par  
ticulari constituant individuum, nisi in  
communi ut consistat, neque in particulari quod de  
eius individuatione redit eadem questio  
si dicat ea individuari per substantiam ergo  
substantia est iam prius individua /

2<sup>o</sup> quod substantia prescissa quocumque accidente  
est singularis est enim subiectum omnium  
et ex consequenti secus omnia accidente e  
rit prima substantia et singularis / Por  
phi



plurimus ergo et alij doctores loquuntur a  
posterius et accidentaliter. Ad ratione  
vero dicit differentia individualis intrin  
secas et essentialis esse individuis. Aris  
toteles vero eas non appellasse essentia  
les quoniam sunt communes, sed utriusque  
individuis, et ob id non definiunt a me  
taphysicis, et sic solum a posteriori eius  
modi definiunt.

2<sup>a</sup> sententia affirmat materiam desig  
natam quantitate esse individuationis pr  
incipium in materialibus substantijs.  
Hanc ubique docet divus Thomas precipue  
opresentib. 29. et de ente et essentia cap. 1.  
Sed ex discipulis ipsius alij aliter ~~et aliter~~  
eius mentem exponunt, quidam enim di  
cunt nomine materis signatam quantitate  
intelligunt materiam et quantitate. De  
quibus numerus est Suarez in metaphysica  
q. 23. cc. 34. Ferrara. et alij.

aggregatione ex

Alij inter quos Casetanus. 1. p. 9. 70. art  
2 intelligunt materiam in quantitate  
radix quantitatis, et illam veluti preha  
bet.

Tandem Baries. 1. de generatione cap  
5. q. 3. art. 8. dicit quantitate tantum  
esse conditionem sine qua materia non es  
set individuationis principium, cui senten  
tia videtur favere Aristoteles. 5. meta. cap. 6  
et. 1. de celo. cap. 9. ubi ait id non posse  
esse plures celos siue est mundos quibus mundus  
com



completive omnem materiam que potest  
esse in re natura /

Secundo probat qd esse indivisum in se. et  
divisum a quolibet alio convenit substan-  
tis ratione materię dicentis ordinem ad  
quantitatem: Et confirmat qd materia sig-  
nata quantitate est principium subiectivum  
omnium accidentium, ergo et individuationis

Sed et huiusmodi sententia non placere qd

5. meta ut ait Fonseca refellens primam ex modis  
cap. 6. qd citatis vel loquitur de quantitate in communi  
et hoc ad individuationem esse non potest.

4. sic enim conveniret pluribus, vel et sermo  
de materia et quantitate in singulari, et hoc  
etiam non, qd quantitas non est singularis  
ut ipsi dicunt, ergo prius natura est singula-  
ris et individua, qd sic signata quantitate est

Deinde impugnat modus dicendi Carretarij  
qd vel materia intelligit signata sola qua-  
ntitate, et sic non est magis principium indi-  
viduationis Petri, qd equi, aut signata cum  
dispositivis, et sic iam non sola quantitate  
immo ut sic iam signat, sive informet for-  
ma substantiali

Tandem modus dicendi Barres impugnat  
qd conditio ad aliquid prius intelligit exhi-  
bitum qd sequat effectus, ut approximatio  
ligni ad ignem precedit calefactionem ipsius  
ergo si quantitas requiritur ut conditio prius  
debet reperiri in substantia, qd intelligat  
substantia singularis, at materia prius natu-  
ra qd adveniat quantitas supponit individua-  
nam



nam accidens physicum ut probatur et  
non potest subiectari nisi in subiecto in-  
diuiduali.

Ad fundamenta uero in contrarium. Res-  
ponde. Primum ad auctoritatem Aristotelis  
ipse enim in libro quod de principio indiui-  
duationis primo. Et in essibus malum pr-  
incipium. sed a posteriori et quoad nos as-  
signauit principium secundarium. Cuius  
et enim generaliter de Unitate. nec facit  
mentionem de prima substantia indiuidua  
q; nec de prima et intrinseca ratione  
indiuiduationis.

Ad Rationem R<sup>a</sup> quantitatem esse princi-  
pium indiuisibilitatis quantitatis. et esse  
causam quare substantia habeat partes dis-  
tinctas a partibus in ordine ad locum. non ta-  
men esse principium indiuisibilitatis. hoc  
est distinctio indiuidualis unius rei ab  
alijs. quae consequitur differentiam indiuidua-  
lem. nam alius angelus carens quantita-  
te non haberet principium indiuiduationis

Ad confirmationem. non ideo sequitur ma-  
riam esse principium indiuiduationis. q<sup>uod</sup>  
sic principium subiectonis. sicut ~~et~~ partes  
quamuis sic principium subiectonis albedinis  
q<sup>uod</sup> in illo subiecto. non tamen est principium  
indiuiduationis illius. neq; sui esse intrinse-  
ci. Ultima sententia et tenenda affum-  
at principium indiuiduationis esse quamdam  
dif



differentiam positivam habentem pro pri-  
marum effectum incommunicabilitatem. quae ad  
inventa species perse constituit individuum  
huiusmodi sunt differentiae, quibus Petrus  
et Paulus differunt inter se prius natura  
quae aliquo accidentali discrimine distingua-  
tur. et istae differentiae vocantur eccitates  
ab Soto. cuius est haec sententia in 2. dist  
3. q. 6. ita etiam Molina. l. p. q. 50. ar. 4  
quam sententiam sequuntur omnes discipuli  
subtilis doctoris /

Et probatur a sufficienti partium enumera-  
tione. quae nec natura. nec materia. nec  
forma sunt principium individuationis. ~~ne~~  
~~quod aliquid in se habet~~ <sup>et enim</sup> quae in  
natura (ut per se videtur) potius individualis  
veniunt. materia vero indifferens est ad o-  
mnes formas. et forma accidentalis etiam  
si sit quantitas ~~et indifferens~~ non efficit materia  
determinatam ad hanc individuum formam  
substantialem. per formam autem substan-  
tialem (qualis est rationalis anima) non  
potest prestari effectus materialis. qualis est  
individualis Pauli differentia / igitur ad al-  
quod aliud recurrendum est quod erit reali-  
tas quaedam unitatis resultans ex unitate  
compositi. quae nominabitur eccitas

1. Sed Argues contra. quod quemadmodum nec so-  
la forma. nec sola materia sunt unum ho-  
mo. sed ex utraque unita resultat Petrus: ita  
similiter nec sola forma. nec sola materia  
sunt principium individuationis sed mate-  
ria



201  
ria et forma simul. itaq; ex ipso q; in ista  
materia introducere siq; forma composita  
ex illis resultans per suam merentiam  
dicitur individuum. Sed contra. uel ratio  
individui addit aliquid posituum supra  
rationem substantia; uel non: siue secun-  
dum dici non potest q; manifestum est subs-  
tantiam sine individuatione esse inmu-  
nicabilem alteri. et postea reddi inmu-  
nicabilem per individuationem. Si dicas  
q; addit aliquid posituum. inquiri. siue  
posituum per quod materia est inuicem  
cabilis alteri, dum habet istam formam subs-  
tantialem. prouenit a materia. uel a for-  
ma. an ab illis simul. dices q; ab illis si-  
mul. Contra q; quod tres uel quatuor effec-  
tus formales resultat ex unione forme et  
materie, necessarius presupponit in mate-  
ria. aut in forma ille effectus. ut supradictum  
est. N. g. si ex materia et forma resultat  
subsistentia totalis. id est q; tam mate-  
ria q; forma habent subsistentiam. sed ma-  
teria. seu forma nullam habent inuicem  
nicabilitatem. ergo quamuis iungantur ad  
inuicem non resultabit ex illis inuicem  
cilitas. et ex consequenti neq; individuat  
ergo materia et forma unite non sunt princi-  
pium individuationis.

Respondetur hanc impugnationem non ob-  
tare, ~~quia~~ q; argumentum est uerissimum pro  
bat



hae enim plusq[ue] intendit. q[uo]d ex eo sequitur  
 ex materia et forma non resultare subsiste[n]tia[m]  
 totalem q[uo]d totalis subsistentia reddat  
 subiectum incommunicabile. Et tamen nec  
 materia, nec forma sunt incommunicabiles  
 nec substantia[e] totales.

Sed contra q[uo]d licet effectus formalis incommuni-  
 cabilitatis proveniat a subsistentia, tamen  
 est effectus secundarius respectu illius. q[uo]d ef-  
 fectus formalis primarius subsistentia[e] com-  
 pleta. et reddere subiectum existens per  
 se complete. forma autem licet debeat con-  
 tinere effectum primarium, non tamen se-  
 cundarium. quod legitur contingit in indi-  
 viduatione. Nam primarius effectus illius  
 est reddere subiectum incommunicabile alte-  
 ri. et sic forma a qua talis effectus pullu-  
 lat debet habere in se incommunicabilita-  
 tem saltem ut quod. Notanter diximus  
 forma a qua talis effectus pullulat, nam cau-  
 sa efficiens non debet prehabetere in se effec-  
 tum ut constat in exemplis solis respectu in-  
 talitatis.

Sed Rogabis in quo genere causa proveniat  
 h[uius] incommunicabilitas. An in genere cau-  
 sae efficientis, vel formalis. videt enim q[uo]d  
 efficiens; q[uo]d ad hoc ut causa efficiens produ-  
 cat effectum non est necessaria coniunctio cu[m]  
 effectu, ut constat in patre separato a filio  
 ac uterq[ue] non potest reddere subiectum in-



diuiduatum & incommunicabile nisi sit  
semper iunctum cum illo ergo in genere  
re causae efficientis. videtur etiam q, neq, in  
genere causae formalis. nam ut dictum est  
debet etiam hae eccitas habere incommu-  
nicabilitatem formaliter, quam patet no  
habere, si quidem actualiter communicatur  
subiecto.

Respondetur modum hunc neq, esse causam  
formalem, neq, causam efficientem perfec-  
tam, sed quamdam imperfectam entitatem  
ut dicitur de alio quocumq, modo; modus e-  
nim alius rei non est ens perfectum  
et sic dici potest q, concurret in genere cau-  
sae efficientis, quatenus non continet forma-  
liter, et eminenter effectum; et aliquo mo-  
do in genere causae formalis, quatenus semp  
adhaeret subiecto; qualiter se habet anima  
rationalis respectu cuiuscuq, alius vitalis  
que quamuis concurret in genere causae effici-  
entis ad elicendam intellectionem, semper  
est unita cum potentia intellectiva, et volun-  
ta, et etiam concurret in genere causae forma-  
lis, quatenus semper adhaeret ipsius potentijs  
licet ipsa non sit formaliter intellectiva pro-  
xime, sed radicaliter, ita in presenti dicere pos-  
sumus de eccitate modo reah, que se habet ut  
causa efficiens <sup>in</sup> communicabilitatis compositi  
quatenus illam efficit, et etiam se habet ut  
causa formalis, q, semper adhaeret composito  
reddens illud incommunicabile, quamuis eam



modi causalitates non insunt in modo perfecti  
ori ut manet dictum.

Contra conclusionem arguitur. uel iste modus  
cuius eecitas est ipsa res. uel aliquid distinctum  
ab ipsa ante operationem intellectus. non pri-  
mum, quod si esset affirmare quamlibet rem  
esse individuum per suam me entitatem quod  
iam est impugnationem cum neque a forma  
neque a materia in quibus tota res consistit pro-  
batur non posse prouenire. Si autem di-  
cat hunc modum esse aliquid ante operatio-  
nem intellectus. uel iste modus est prior aut  
posterior quam ipsa existentia compositi. non pri-  
or, quod sequitur aliquid intelligi in re sua na-  
tura individuum et singulare, et tamen non  
existens, quod uidetur absurdum: nec similiter  
est posterior, quod intelligeret ex sui existe-  
ntia rem esse in re sua natura. Et tamen non  
esse individuum, quod etiam implicat, quia  
quod intelligi extra causas nisi uere sit ter-  
minus alieuius uel actionis, at non potest  
intelligi terminus uel actionis sine singu-  
laritate. ergo hic modus non potest esse prin-  
cipium individuationis.

Respondet concedendo imprimis hanc eeci-  
tatem esse aliquid ante operationem intel-  
lectus, et existens a parte rei distinctum ab  
entitate rei et ab eius existentia, quod patet  
a posteriori. Si quidem individuationis separata  
est a materia in separatione animarum rati-  
onalium. Et nihilominus materia manet cum  
existentia. //

Ad.



Ad 2<sup>am</sup> interrogatorem dico. q. subloquamur  
in genere entis, & in essentia. prior est exis-  
tentia q̄ individuatō: nam e ipsa q̄ rem  
concipimus est illam esse existentem. et  
terum si consideremus rationem individua-  
tionis, quatenus individuum est prius con-  
cipimus individuum cum hac eccitate et  
incommunicabilitate, quod est manifestū  
in consideratione hominis. Licet enim ho-  
mo essentialiter sit rationalis et animal  
si tamen concipiamus illum quatenus dis-  
cursus est, prius intelligimus rationem  
rationalitatis, q̄ genericam animalitatis  
et tunc si consideremus hominem quatenus  
vegetativus est, prius concipimus rationem  
animalitatis, q̄ rationalitatis; utique a  
parte rei prius homo sit rationalis, q̄ ani-  
mal, vel e contra, sed q̄ differentia ratio-  
nality maiorem convenientiam habet cum  
discursu, q̄ ratio genericam animalitatis, ita si-  
militer dico in presenti Petrus a parte rei cōs-  
titutus simul et semel habet subsistentiam  
et individuationem, et tunc si consideret  
quatenus subsistit prius concipimus illum  
cum subsistentia, q̄ cum eccitate; q̄ sub-  
sistentia maiorem connexionem habet  
cum substantia, q̄ eccitate; siquidem potest  
dari substantia sine eccitate, & nullo  
modo sine subsistentia, ut patet in mate-  
ria; et tunc si Petrus consideret quate-  
nus individuum est, prius intelligimus  
in illa eccitatem, q̄ subsistentiam, q̄  
ra



ratus eccitatus maiorem connexionem ha-  
bet cum individuo q̄ subsistentia.

Adhuc tamen arguitur q̄ non sunt multi-  
plicandae eccitates absq̄ necessitate urge-  
te, sed sola subsistentia completa compo-  
siti sufficit ad reddendum illud incommuni-  
cabile, ergo modus vel eccitas est super-  
fluus. Probo minorem, eo ipso q̄ Petrus est  
p̄ se subsistit, non potest non esse individuum  
ab alijs, ergo ob ipsam subsistentiam com-  
pletam redditur incommunicabilis, et indi-  
viduum.

Respondet q̄, immo eiusmodi mo-  
dus ad individuationem compositi est om-  
nis necessarius. exempli causa, quomodo  
modum siccit̄ ignis sit causa sufficiens ad  
expellendam humiditatem a ligno, non  
tamen esset superflua causa, quae prius re-  
moveret humiditatem, adhuc ut facilius  
introducatur forma ignis. Et sic quotidie  
tingit q̄ ligna comburenda ponantur ad ca-  
lorem solis ut humiditas ab eis facilius ex-  
pellatur, ecce ubi iam datur causa per se ad ef-  
fectum aliam secundarium, ut similiter  
siccitas concedere q̄ subsistentia ex se suffi-  
ciat ad reddendam substantiam comple-  
tam incommunicabilem: tunc tamen esset  
secundaria, et in secundo conceptu, quod  
inveniens est in ratione individuali  
ubi primarius conceptus est incommuni-  
cabilitas, quapropter ut hoc inveniens  
eniter ponit praedicta eccitas: perquam



707  
primaria intentione reddat individua  
Et incommunicabilis substantia

Dubium tamen est Num  
materia sit generabilis  
et corruptibilis.

Notandum q, in generatione aut corrup-  
tione et considerare subiectum ex quo  
fit aliquid quod est materia, et terminu  
ad quem scilicet compositum ipsum qu  
od generat aut corrumpit ut .N.g. Les.  
Deinde advertendum q, eadem per quam  
ex subiecto fit aliquid compositum qua  
tenus considerat ex parte subiecti dicitur  
mutatio q, et transitus de uno in aliud  
Et sic dicitur materia mutari, q, transit de  
una forma in aliam, ac ex parte terminij  
et producti, et ut sic et acquisitio ipsij  
esse. Unde homo producit sed non mutat  
per generationem. materia uero mutatur  
sed non producit, quare cum dicimus subiec-  
tum generat loquimur de termino. Et cum  
dicimus subiectum mutat intelligimus de  
materia.

quo supposito sic conclusio materia prima  
est ingenerabilis et incorruptibilis perse  
id est in generatione non accipit suum esse  
neq, illud perdit in corruptione. probatur  
ex Aristotele dicente q, omni generatione  
oportet q, subiectum antecedat; si ergo ma-  
teria est generabilis, necesse est ut aliud sub-  
iectum constituat ad illam generandam  
ergo



ergo materia prima non est generabilis. ne  
q3 ex consequenti corruptibilis, quod enim  
non est capax generationis neq3 corrumpi  
potest

Secundo probat conclusio, quod ex aqua  
fit aer aut tota aqua perit, ut aut in aere  
nihil remaneat ex quo fiat ipse: aut aliquid  
id maneat; si hoc secundum ergo non corrumpi  
potest materia. Si uero tota aqua corrumpat  
ex nihilo fit aer. Et in nihilum redigetur  
aqua, quod naturaliter esse non potest.

Sed Arguitur quod motus determinat suum sub  
iectum, ergo cum subiectum generationis sit  
materia, ipsa dicitur genita. Respondetur  
ex dictis q3, ~~non~~ dicitur subiectum termina  
tione. quamuis Responderi etiam posset  
materiam quodammodo generari per accidens  
quatenus est pars totius geniti per se

sed est subiectum  
generationis qua  
tenus mutatio  
est.

Secundo Arguitur quod si materia non generat  
et q3 totum esse perfectius q3 forma saltem equi. Nq3 aut  
compositum alterius rei corruptibilis, eiusmodi enim for  
ma generari minus et q3 totum compositum  
q3 incorruptibile quicunq3 corruptibile per  
fectius est. Respondetur tamen non esse  
inconueniens admittere, q3 in genere rei ma  
teria (in quantum scilicet incorruptibilis)  
sit nobilior q3 forma corruptibilis, secus autem  
in genere entis, quemadmodum gratia gra  
uidius spirituale et supernaturale, in ge  
nere rei est nobilior q3 substantia creata, a  
qua excedit in esse entitativo



Circa privationem & du-  
bium utrum sit in re na-  
tura. Et an in materia  
invenitur.

Notandum primum Cum materia dicat ordinem ad omnem  
formam quam recipere potest. et ad hanc  
v.g. immediate in ea generandam duplex  
in ea privatio reperit. prima nimirum ad  
~~omnem~~ formam. et secunda ad hanc. incom-  
muni  
se enim nullam includit

Secundo Notandum q. in materia sunt tria  
(que distinctionem inter se cum quadam  
sui presuppositione important) scilicet po-  
tentia que cum ea identificat. secundo pri-  
vatio que est vacuitas forme. et tertio ap-  
petitus ad formam. quia adveniente <sup>ad eam</sup> et pri-  
vatio <sup>immo</sup> et appetitus <sup>indit</sup> cessare ~~cessare~~  
aut ergo appetitus ex privatione. et priva-  
tio supponit potentiam.

Sed inquirent quidnam sit eiusmodi appe-  
titus materie. Et quomodo ei tribuitur. an o-  
mnimaterie conveniat. an quibusdam  
eius partibus tantum. quidam enim affir-  
mant materiam semper formam appe-  
tere quous aliam habeat. quoniam nulla satiatur  
et tamen videt q. cum habeat unam formam  
non habeat appetitum ad aliam. aut enim  
appetit formam quam habet. aut aliam qua  
caret. non quam habet. quia appetitus cessat  
in consecutione rei. neque enim qua caret. quod op-  
taret spoliari iam habita. Presertim si sit  
impossibile. ut forma cadaveris et vita



Et consequenter esse insensita sub forma  
quam habet. quod dici non potest. cum nihil  
sit insensibile quod appetit naturaliter  
ergo materia nulla tenet appetit formam  
quando informat ab altera.

Præterea tamen notandum duplicem  
esse appetitum. scilicet elicitum qui proprie  
conuenit creaturis rationalibus. et innatum  
qui dicitur naturalis sine primum nature ut est  
in lapide ad centrum. Sic autem non est ali-  
ud quod ipsa natura rei capax illius perfectioris  
quam non habet illi tamen debetur. et huius  
modi appetitus reperit in quavis potentia  
aut natura. quæ ad aliud ordinatur. et sic  
per quamdam analogiam dicimus res inanima-  
tas amare ea quæ suis congruunt perfectiori  
v. g. q. terra amat aquam.

Hæc supposito ad verbum de materia  
secundum se appetere omnes formas appetitum  
innatis indistincte. ut aut non potius appetat  
perfectiorem. quæ imperfectiorem. quando au-  
tem habeat aliquam formam probabiliter di-  
ci potest esse satiata. neque tunc esse in ma-  
teria appetitum aliarum formarum. Prima  
pars huius conclusionis probat. quod materia  
considerata secundum se habet priuationem  
omnium formarum indistincte. equaliter  
enim omnes formas recipere potest. sed ex  
priuatione nascitur appetitus. igitur est. que  
in dum unam formam habeat aliam non ap-  
petat probat. quod vel appetere formam perfecti-  
orem. et hoc non. quod alias omnes formas exci-  
tarent ad appetendam formam celestem, vel  
ra



rationalem, quod ridiculum est. tum quod  
h' appetitus essent frustra ac in naturam  
70. sed est frustraneum. Deinde quod sequitur  
materiam appetere intentionem omnium  
formarum ignobilium patet sequella quod  
non potest per se appetere nobiliores, nisi  
per se appetat privationem deteriorum formarum  
Tandem quod vel appetitus qui dicitur esse in  
materia respectu formae quam non habet  
consequitur primam privationem, vel se-  
cundam. non primam, quod illa est omnium  
formarum. et non huius in particulari, neque  
consequitur secundam privationem, quod qu-  
ando materia est sub aliqua forma recte di-  
posita non invenit ibi secundam privatio-  
nem quod privatio est carencia formae debi-  
ta subiecto, ac materia affecta una forma  
non solum non debet altera. sed potius re-  
pugnat. quod ergo materia sciet qualiter  
forma ex se constituit quod materia nihil aliud  
optat quod formam, neque naturaliter sine illa  
esse potest. cuius signum est quod si unquam in-  
troducerentur dispositiones contrariae unquam  
solventur a forma praesistente  
Sed dices. ergo falsum dixerimus quando as-  
serimus materiam appetere omnes formas  
patet quod nunquam illi carere, immo semper sub  
illis est. ergo non illas appetit immo nunquam  
appetit. Per appetitum vero dicitur de materia  
ut nunc est in rerum natura cum in actu  
forma sed ut considerat secundum se et  
per omnes formas. Haec autem ut sic  
nihil



nullibi est sed intelligitur. Et si per poster  
 nam de ab omniforma demerere optaret  
 omnes formas et non magis hanc q̄ illam  
 est tamen rebus minus aduertendum  
 q̄ materia sub una forma potest habere  
 dispositiones ad alias. N.g. grandioribus  
 per equitatem acquirunt dispositiones lega  
 les tunc et illa materia habet secundum  
 unam rationem privationem quatenus ha  
 bet dispositiones ad formam cadaveris quā  
 non habet. et etiam est sociata secundum  
 aliam rationem quatenus habet formam ra  
 tionalem: Et cum arguitur ergo simul esse  
 mel habet formam et privationem secundā  
 distinguitur secundum eandem partem et ra  
 tionem nego. secundum uariam rationem  
 Et circa diuersam partem subiecti concedo  
 quod non solum est uerum per nostrum conceptum  
 sed etiam a parte rei. quia cum materia sit af  
 fecta quantitate perquam est diuisibilis et  
 mensurabilis potest optime secundum partem  
 correspondentem stomacho. N.g. habere dis  
 positiones letales: et secundum partem cor  
 respondentem cordi habere dispositiones resis  
 tentes morti. quapropter medicis remedia co  
 lida et frigida in summum applicant et gustā  
 tibz  
 Rogabis tamen tuum in materia una tantū  
 sit an plures privationes? sed Respondemus in  
 materia secundum se esse unam tantum  
 privationem respectu omnium formarum. sicut  
 unica tantum est potentia essentialis ad om  
 nes



nes formas recipiendas at uero considerata  
cum potentia secunda. hoc potest dici habere  
re primarias. quae sunt in illa dispositio  
ries: itaque multiplicantur per multiplicata  
tem dispositionum concurrentium ad for  
marum receptionem.

Quaestio De Forma - et  
Dubium insurgit Primo an sit fir  
ma. et An generetur. ?

Ad primam dubitationis partem facile o  
mnes responderent affirmative. et q. det  
forma substantialis constat ex ipsa rez  
naturalium constitutione. qz res natura  
les consistunt materia prima duntaxat. a  
lias enim omnes essent eiusdem nominis  
u essentis nullumqz esset principium illar.  
nulla generatio aut corruptio. nulla disti  
nctio proprietatum. quae sequitur distinctio  
essentialem ac prout de quolibet res omnes  
proprietates aut nullas haberet. illud uero  
quod praeterea includunt nobilitas et qz ma  
teria. cum ab illo proveniat non solum dis  
tinctio proprietatum. sed etiam omnis uis a  
gendi. ergo si materia prima est substantia  
multo magis illa alia pars quam totum in  
cludit. complet enim materia per se  
aduenientem.

Deinde conformatur qz singulae res proprie  
berit modum et operationem. uirtus autem  
operandi manat ab essentia rez. cum in ma  
teria tantum reperiat uis patendi. Tunc etiam  
qz



quod alia omnia que conveniunt in materia eandem vim haberent. quod experientia constat esse falsum.

Circa secundam partem dubij de generatione forme substantialis. certum est ordine intentionis. et principitatis terminum generationis esse compositum, forma autem ordinat ad compositum, tanquam ad perfectum et tanquam ad finem propter quod est ut docet Aristoteles multis in locis.

Deinde certum est in composito preter materiam et formam deum esse unionem a materia et forma distinctam. querit igitur de his tribus quodnam sit quod primitus terminat generationem. quando compositum producit. an scilicet ad unionem. vel ad formam vel ad totum compositum?

Ultimo notandum est formam spirituales vel rationales. non produci per generationem, sed per creationem: atque ita prius natura est anima rationalis, quam materia non ergo queritur procedit de anima rationali. Respondendum ergo est si loquamur de prioritate generationis prius natura et per se forma simul cum unione terminant generationem, tanquam quod productum per illam unice tamen actu non divisibile. Prima pars huius conclusionis probat quod forma materialis non differt a spirituali quod producit independentem a subiecto. illa autem cum dependentia ab illo quod illa actu qua fit forma est cum unione materialis.

sub



024  
Subiecti quod simul cum ea actu est  
dependentia actualis formae a subiecto  
atque ad unionem

Secunda pars conclusionis nimirum quod  
actus sic divisibilis probatur sicut in prima  
unita distinguimus in factis esse formam  
et unionem: ita necesse est ut in ipsa ac-  
tione distinguamus illam entitatem  
ut tendit ad formam et unionem quod  
actus nihil aliud est quam fieri rei ut ab a-  
gente procedit ergo eiusmodi actus non est  
omnino indivisibilis ~~quod dicitur~~

Sed arguetur quod unus partium supponit  
existentiam illarum ergo non producit  
unum et partes eadem actu antecedens  
probat quod nisi existerent non unirentur  
Ad hoc tamen Respondet cum dicitur  
in Socrinatus lib. 7. metaphy. q. 22. in  
responsione ad primum argumentum quod  
a parte rei eodem instanti temporis pro-  
ducuntur forma et unus in eo tamen ins-  
tanti temporis est considerare duo instan-  
tia naturae in quibus primum intelligitur  
forma unionis



circa secundum Librum

Dubium est quidnam sit necessarium ut alicui conveniat ratio naturalis.

in hoc loco -

Non loquimur in presentij de natura ut sic sed de natura physica que consistat materia et forma. nam obiectum ad eam quod philosophus non est natura ut sic, sed natura consistens materia et forma quod colligitur ex Aristotele. nam in primo libro tanquam ex obiectis partialibus loquitur de materia prima, forma et privatione ergo subiectum quod non est capax forme et materie, non est capax nature entis naturalis physici. Unde angelus aut deus non dicuntur entia naturalia, quia materia et forma non constant.

Dices. Angelus aliquid operatur circa exterioriam materiam, scilicet movendo corpora localiter. et demonstrandum est in corpore humanam vires preternaturales illi prestare. Insuper etiam obicit et recipit actionem intellectuam, ergo si sufficit aliquid a gere, vel recipere ad rationem entis naturalis, multo magis agere et recipere simul ergo natura angelica dicitur etiam ens naturale.

Respondes q. quomodo dicitur angelus licet sit rationalis non dicitur habere defectum rationis generis scilicet animalitatis, ita desinit esse ens naturale defectu materiae quod est primum principium ex quo



quod omne ens physicum sit / Dices ani-  
ma rationalis <sup>in se</sup> constat materia et forma  
et tamen est ens naturale ergo et ange-  
lus. Respondet qd dicit ordinem ad mate-  
riam, et est pars compositi physici, unde  
si deus crearet aliquam animam sine or-  
dine ad materiam non diceret esse ens  
naturale.

Ex quibus colligitur hinc regula generalis  
scilicet quodlibet quod constat ex mate-  
ria et forma est principium alicuius ope-  
rationis. Et ens naturale completum phy-  
sicum

Secundo colligitur qd omnis operatio procedit  
a tali ente, ut a principio intrinseco illi  
sine auxiliis supernaturalibus.

Sed contra actus intellectiva hominis pro-  
cedit ab ente physico, et tamen non est  
operatio physica, probat minor qd ad  
actum intellectivum requiritur qd procedat  
ab ente constante materia et forma  
at actus illa intellectiva est spiritualis  
ergo non procedit a principio materiali  
et formali. R. actum intellectivum  
hominis vere et proprie esse actum  
physicam, qd sit cum dependentia a sensi-  
bus materialibus / qd si intellectus hominis  
fiat per species infusas a deo ut contingit  
in primo homine, illa potest dici operatio  
naturalis, neqz intellectus hominis et ange-  
li eiusdem sunt speciei, si certum a ratione  
tantummodo intellectiva dependet.  
qd si inferas ergo saltem cognoscit anima gra-  
tu



naturalis separatq a materia rōndūstr  
 gēet ab angelica cognitione. R negan  
 do sequellam qz cognitio anima pcedet  
 a principio partiali naturalis phisici: a  
 Sia vero minime ut diximus supra  
 uel Respondes secundo qz illa anima in  
 tellectu rōndūstr pūprie phisica qz eiusmodi  
 ut diximus necessarium qz pcedat ab  
 ente constante materia et forma.

Circa disputationem de causis  
 Dubium ē An causa distinguat  
 realiter a suo effectu. et sit prior  
 illi?

In hac questione quamuis quidam causā  
 solam efficientem realiter concedant ab ef  
 fectu distingui. Dicendum est omnem  
 causam realem distingui realiter ab effectu  
 probat qz ratio principij realis ex natura  
 sua postulat distinctionem realem ab illu  
 re cuius est principium adeo qz in diuinis  
 ubi una simplicissima natura tribus com  
 municat personis. inter se realiter distin  
 gunt qz pater est principium filij. et pa  
 ter et filius principium spiritus sancti. ac cau  
 sa omnis habet rationem principij respec  
 tu sui effectus.

Secundo probat qz causa est que alteri  
 bene entitati quod efficere nequit rei  
 sebi omnino identificata. et hac ratione ex  
 dit etiam eorum solutus qui dicunt idem  
 secundum diuersas rationes posse esse causā  
 sui. nam ille rationes debent habere definiti



onem ante omnem alium intellectus //  
Sed contra quae causa finalis coincidit cum  
effectu ut patet in generatione hominis  
in qua primarius effectus est consecutus  
filius et est effectus ipse filius genitus  
Respondet quod aliud est filius genitus ab  
id filius apprehensus ut possibilis per ge-  
nerationem. hoc enim secundo modo est  
filius et procedit se ipsum in genitum effectum  
circa secundam partem dubij Soto q. 3  
agens de causa formalis dicitur non esse vera  
tione causae in omnium ut sic prorsus ef-  
fectu sed id solum inefficente et mate-  
riali requiritur.

aparte rej -

Sic tamen conclusio omnis causa realis et  
prius natura suo effectu. ut a Socrate. 5. me-  
taphys. et probat prius ex Aristotele  
in post predicamentis. capite de modis prius  
ubi ubi aut prius esse remesse. quod verum  
sic asserere quod sic. Deinde quod principium  
omne ut sic aliquis modo est prius princi-  
piat saltem ordine naturalis emanatio-  
nis ut contingit in personis divinis

Est Aliud Dubium utrum  
in causis devenierit ad a  
— Si quam primam?

Supponimus causam dividi in primam et  
secundam. Prima est quae a nullo depen-  
det in esse et operari sed potius ab illa om-  
nia dependent in utroque quae propter om-  
nibus modis assignatis in logica dicitur prius  
sej



scilicet ordine, natura, dignitate et tempo-  
re. et hinc colligitur quod nam dicatur causa  
secunda.

1.  
p. questio  
ista.

Deinde aduertendum potest exciteri sub  
aliis titulis inquirendo rimirum Vtrum  
ex cognitione causarum secundarum pos-  
simus devenire in cognitionem primae causae  
insecus ac ex cognitione naturalis fumus  
devenit in cognitionem ignis: quae cogni-  
tio terminatur ab effectu, siue a posteriori  
et quamvis hae quae sunt theologiae videantur  
aliquid tamen deca rationibus physicis  
vobis pertractandum est.

Ac prout sit conclusio. in omnibus cau-  
sis efficientibus deveniendum est ad unam  
primam. probatur quod substantiam esse a se  
et alteri non inniti, dicit summam perfec-  
tionem, at in tota natura nihil a se est  
nec potest alteri non inniti. ergo necessarium  
dicendum est extranaturam dari aliquid  
ens a quo cetera entia trahant originem  
hic autem ens vocamus Deum, qui est  
causa prima. maior est evidens, firmus pro-  
bat quod inter entia naturalia perfectissimum  
est homo, qui tamen cum quotidie generetur  
et corrumpatur, et pendeat a multis alijs en-  
tibus, non potest esse a se: quod quidem dicitur  
dum est de reliquis entibus corporeis quae ip-  
so lumine sunt imperfectiora.

Secundo probatur ex ordine operandi omnium  
causarum secundarum. Nam quamvis natu-  
ra consistat ex tamquam diversis rebus omnia  
tamen inter se talem unitatem habent  
et unitatem, qualem membra corporis cum ca-

parte



127  
pate. sed omnia membra corporis subdunt  
capiti et ab illo mouentur ergo omnia entia  
creata alicui debent capiti subiectarij

Sed si dicas coelum a nullo uideri perire er-  
go ipsum erit causa prima et caput. ~~Idem~~  
Respondet q. coelum neque esse caput ne-  
que prima causa uniuersi. non caput quod quibus  
in magnitudine quantitatis excedat ceteras  
partes uniuersi partes imperfectius tamen  
est uiuentibus. et precipue quod homo in quo  
uiget discursus et ratio. Non etiam cau-  
sa prima quod sic perfectius esse debet quod quibus  
causa secunda. Deinde quod causa uel causa  
est debet eminenter saltem continere ef-  
fectum. coelum autem non continet emi-  
nenter omnes partes uniuersi neque enim  
continet hominum perfectiores quoad par-  
tem formalem que spiritualis est.

Præterea quod prima causa dicit omnimoda  
independentiam ab alio. coelum autem di-  
cit dependentiam a deo a quo fuit creatum  
ergo / dices forsam. sed est causa uere et  
proprie aliquorum uiuentium. et ipse non  
est uitalis in se. igitur est. Sed Respondet  
quod quamuis admitti possit ratio cause præ  
dicta in sole respectu perfectionis eiusdem  
generis. N. g. uitalitatis ut sic. non tamen  
respectu perfectionis diuersi ordinis scilicet  
finis uitalitatis hominis. quod dependet a  
principio uitali spirituali. quod differt gene-  
re a sole et ceteris qui materiales sunt.  
Tertio specialiter probat conclusio ex cogni-  
tione quam de prima causa ex effectibus na-  
tu-



et cognoscibilibus acquiruerunt philosophi et ver  
 tute cau/bis sententijs qz notate dignissimus prodi  
 sarum) dicitur. ut constat in seneca epistola. 102  
 sic dicitur. quid tibi videbitur diuina lux in  
 illam suu locu uideris. quam nunc per angu  
 stissimas ocularum rimas obscurè intueris  
 Et tamen admiraris illam prescul. Hec co  
 gitatio nihil sordidum sinit in animo. nihil  
 crudelè. ))

Sed Argues contra qz causa prima est Deus  
 ac deus est omnino supernaturalis ergo nō  
 potest cognosci ab intellectu humano. patet  
 consequentia qz quamuis intellectus intelec  
 tus sit ens sublatiue uerij. et uoluntatis sub  
 ratione bonij. tamen neqz intellectus potest  
 cognoscere supernaturalia sine habitu super  
 naturalij. neqz uoluntas diligere deum super  
 omnia sine charitate supernaturalij. ued  
 cere theologi. 1. p. q. 12. et. 22. q. 23.

dupluciter Respondeo qz in deo in ratione cause prime  
 potest ~~dupluciter~~ considerari. scilicet et pr  
 ut est auctor naturę. et prout est auctor sup  
 naturalis rerum supernaturalium. non solum  
 quantum ad modum. (sicut cum restituit  
 visum cęco) sed etiam quantum ad substanti  
 am rei productę ut cum producit et causat  
 in anima habitus supernaturales fidei. x.  
 q. spei. et charitatis. quod nullum agens na  
 turale potest producere immo nec natura  
 liter perfecte cognoscere.

Hoc supposito Respondeo ad argumentū  
 qz deus potest cognosci ut auctor naturę.  
 Si urgeas. qz intellectus productus statu non  
 potest aliquid cognoscere. nisi per species acqui  
 si



Sitas a rebus naturalibus. sed deus etiam  
ut auctor naturae est spiritus. ergo ne  
quod ut sic ex cognitione causarum effu-  
rentium potest a rebus cognosci. Respon-  
deo. q. etiam anima rationalis est spi-  
ritus. et nihilominus de ea habemus  
aliquales species et notitiam. quod ut in-  
tellectus notandum est duplicem esse  
cognitionem. scilicet quae ad An est rei. et  
quae ad quid est. Prima est rei secundum  
existentiam. prescindendo ab hac et ab  
illa essentia. quae pertinet ad cognitionem  
Sicut cognoscimus rem existere. ignora-  
mus tamen quid res illa sit. N. q. cum ab-  
ge videmus venientem. et ignoramus quid  
nam sit. ceterum cum appropinquat non  
solum videmus et cognoscimus venien-  
tem quatenus veniens. sed secundum spe-  
ciem rationem illius. Et ita cognoscimus  
Petrum esse. qui veniebat. et huiusmodi  
cognitio vocatur quae ad quid est. naturali  
ergo cognitione et per species causarum se-  
cundarum cognoscitur deus ut causa natu-  
ralis quantum ad An est. Habemus ergo spe-  
cies naturales representantes deum quan-  
tum ad An est. immo necesse quatenus ad  
quid est.

Secunda conclusio in causis materia-  
libus etiam de necessitate est ad aliquam  
primam. probatur quod in rebus natura repe-  
riuntur formae quae per se non possunt exis-  
tere. ergo assignandum est subiectum  
cui



cujus inherereant, quia rationes si una forma  
accidentalis subiectat in alia, ut albedo  
in quantitate, etiam ipsa quantitas sub  
iectat in substantia, quae est primum  
subiectum omnium formarum, ergo in  
subiectis sicut in causis materialibus, etiam  
deveniendum est ad aliquam primam  
a qua omnes aliae causae materiales depen  
deant ipsa uero a nulla.

*ecimmi  
tabiles* Nota uero quod ratio causa materialis nullis  
modo deo conuenit quia summe stabilis est  
causa uero materialis mutatur et uariatur  
per sibi aduenientes formas

Sed dices deus in Sacramento eucharistiae  
gerit uices causa materialis, ergo est, pro  
bo antecedens quod tunc deus dicitur ~~se~~ gerere  
uices causae efficientis quando uices illius  
supplet. p. g. quando creauit Adam nullis  
formis concurrentibus, ergo tunc dicitur  
deus causa materialis, quando sustentat  
formam nulla concurrente materia ut  
est in Sacramento altaris.

Respondet negando uires sequentiam est  
enim dispar ratio quod gerendo uices causae  
efficientis nulla sequitur imperfectio in deo  
immo potius ei conuenit propter ratio  
nem potentiae creandi quae de se est producti  
ua ac si gereret uices causae materialis se  
queretur imperfectio mutabilitatis in deo. et  
sic conseruatur accidens in Sacramento sine  
inherencia. Et consequenter facit illud  
existere sine subiecto, quod nullam arguit  
re.



214  
repugnantiam in Deo. quin immo est  
conservatum sua omnipotentia. que non  
alligatur legibus nature. sed operatur quan-  
do et quomodo vult. Sicut quando in for-  
nae ignis conservavit sine calore. quam  
vis ignis secundum suam naturam cal-  
orem deponat. Sicut et quod vices generet calo-  
ris ad conservationem substantie ignis  
Sed queres quare homo deum non autem  
gelus non poterunt conservare accidentis  
sine subiecto. Respondet quod deus omnes cre-  
aturas certis legibus adstrinxit. quas na-  
ture non possunt. at ipse ut supremus o-  
mnium legislator et artifex nullis legibus  
coartatur. Sicut neque Princeps legibus a se latas ut iuratus  
Tertia conclusio in causis formalibus ponitur  
non est deveniendum ad aliquam primam  
in hoc omnes conveniunt. probatur quod for-  
mae potius sunt principia diversitatis es-  
sentialis si sunt substantiales. Et primi-  
pia distinctivus accidentalis si sunt forme  
accidentales. ergo in aliqua forma supe-  
riori et prima non possunt omnia entia  
convenire. patet quod alias omnia entia es-  
sent eiusdem speciei; nam constituerent eis  
dem partibus essentialibus. Et si daretur eis  
modi forma communis indistincta non distin-  
gueret forma particulares inter se; quod  
falsum est ut docet experientia  
4<sup>a</sup> conclusio in causis finalibus deveni-  
endum est ad aliquam primam probatur quod  
nullum agens potest operari nisi propter  
alij.



aliquem finem ergo ab uno ad alium deueniendum erit ad ultimum. et consequenter probat. nam omnia entia inferiora sunt ob conseruationem uel delectationem hominis. iuxta illud omnia subiecti sub pedibus eius. homo autem non habet se pro ultimo fine. ergo deueniendum est ad ultimum. quod est deus cui omnia referri debent tanquam primo creditorum. Quarta conclusio supposito q. omnia finem iuxta aliquod exemplar. necessarium est affirmare q. etiam ad unum primum exemplar in quo omnia entia creaturae representantur. quem admodum in mente artificis supponit prototypum. aut ego de pingat de pingat aliquam imaginem. Hoc autem exemplar debet esse in aliquo mente, sed nullum ens creationis habet in mente esse presentationem omnium rerum. ergo in sola causa prima inuenit, et uocat eam de qua. Dicitur Thomas 1. p. q. 15.

### Dubium An inter causas inueniat mutua dependentia

— Ita —

Duplex est dependentia altera a prioria posteriori altera a priori antecedit effectum a posteriori potius illi subsequitur. Et q. materia prima potest considerari dupliciter uno modo antequam habeat formam substantialem. uel accidentalem; et etiam postquam illam habeat. Si considerat primo modo

id.



id est secundum suam essentiam ut su-  
pra tetigimus non solum a forma acci-  
dentali, verum neque a substantiali de-  
pendet ac subinde tenemus quod licet na-  
turaliter non fiat resolutus usque ad mate-  
riam, supernaturaliter tamen posset  
fieri, quare a priori, hoc est ex sua essen-  
tia non dependet a forma, sicut homo a  
rationali, a posteriori vero quatenus de-  
albata est, vel vitalitatem necessarium depen-  
det a causa formali, quod quamvis albedo  
accidentaliter conveniat Petro, tamen  
Petrus ut albus reduplicative necessarius  
et essentialiter est albus, et ita a poste-  
riori dubium non est quod materia prima  
sive causa materialis dependeat a for-  
ma, sive causa formali, et similiter for-  
ma a materia etiam si fiat sermo de ra-  
tionali, quod ut unita est materia necessa-  
rium dependet ab ipsa, si vero sit sermo de  
alijs formis que de potentia materiae edu-  
cuntur non solum a posteriori sed etiam a  
priori dependent ab ea.

Ceterum de causa efficiendi et finali diver-  
sa ratio est, quod non solum dependent ad in-  
vicem hoc est una ab alia, ut autem neque de-  
bet efficiens actu sine fine, neque finis in actu  
sine efficiente, verum et a posteriori mutu-  
am dependentiam habent, ita ut essentia  
causae finalis, ut finalis est, dependeat for-  
maliter ab efficiente ut efficiens est, et e-  
converso, quod patet in actu poenitentiae pro-  
pter



propter deum summe delectum. ubi deus est  
 finis illius actus contritionis. et animam  
 rationalis cum supernaturali auxilio cau-  
 sa efficiens.

De causa efficiente est specialiter dubium  
 an prius producat effectum quod expellat  
 contrarium vel e contra. N. g. quando ignis  
 introducit suam formam in ligno hu-  
 mido. utrum prius expellat humiditatem  
 quod expellat calorem. vel utrum prius ca-  
 lorem introducat. et suam simul formam  
 quod expellat contrariam. que est eadem  
 questio cum illa que a dno Thoma dis-  
 putatur de expulsiōe peccati per gratiam  
 iustificantem (quod tam scilicet sic patet  
 1. 2. cum de Iustificatiōe disserit  
 Est ergo prima sententia affirmans quod in  
 eodem instanti temporis. calor et frigus  
 inveniuntur simul in eodem subiecto. Et  
 post primum instans ignis introducit  
 calor in subiecto expellit in secundo ins-  
 tanti humiditas. cuius fundamentum in-  
 hac potissimum ratione consistit. omnis  
 causa realis antequam aliquid operetur debet  
 existere in reum natura. sed expulsio  
 humiditatis est effectus ignis. ergo prius  
 existere debet in ligno. quod dicitur talis ex-  
 pulsio. maior est evidens alias enim effec-  
 tus precederet causam. minor probat quod  
 humiditas conaturaliter existeret in  
 ligno. ergo non daretur illud nisi ab alio  
 quo extraneo de pellat. ut non est forma  
 alij



aliqua contraria humiditati nisi forma  
ignis. ergo expulsio humiditatis provenit  
ab igne tanquam effectus illius et ex  
consequenti antequam expellatur humiditas  
existit ignis et in eodem instanti tempo-  
ris forma ignis et humiditas erunt. Si  
tamen in eodem subiecto et consequenter  
prius est introductus calor quam expulsio  
humiditatis.

Respondetur aliud esse semper existere  
aliud prius intelligi sicut est causaliter  
quam tempore non antecedit. ac prius dicitur  
solum prioritate nature intelligitur forma ig-  
nis quam expulsio humiditatis.

Sed contra quod sicut effectus realiter requirit  
et causam realem. ita effectus existens re-  
aliter requirit causam prius existentem re-  
aliter. Sicut non sufficit eius ratio ad cau-  
sandum effectum realem. ergo causa non  
solum ut prius intelligitur. sed realiter antecede-  
re necessarium est.

Posterioris questionis intelligentia notan-  
dum est in qualibet introductione reformae  
duplicem rationem inveniri. alteram  
que se tenet ex parte productionis. altera  
que se tenet ex parte recipientis. ulla est in  
genere causae efficientis ubi in genere cau-  
sae materialis. V.g. in productione ignis  
est forma ignis prius procedit ab igne et  
prius recipit in ligno. Primo modo prius  
intelligitur ignis productus quam expulsio  
humiditatis. Et hoc prius intelligitur in qua  
6



Sibi re quæ est de primario conceptu illius  
 cum igne primarius conceptus et finis can  
 se efficiens sic producere formam sui simi  
 lem et secundarius expellere formam con  
 trariam. sequitur q. considerando rationem  
 efficientis prius intelligamus formam pro  
 ductam. q. contrariam expulsam. ceterum  
 si consideremus ipsam materiam formam ignis  
 quatenus receptio in materia tunc prius in  
 telligitur expulsio contrariæ q. introductio  
 novæ formæ. Ratio huius est q. materia  
 prius debet esse disposita q. recipiat aliquam  
 formam. cum igitur principalis dispositio ad  
 receptionem novæ formæ sit expulsio im  
 presentis, sequitur q. anteq. præintelligatur  
 in materia forma ignis præintelligatur sine  
 forma humiditatis. ))

Unde ~~inferatur~~ Cum quævis quodnam  
 sit prius an introducere formam ignis an ex  
 pellere formam contrariam. Respondendum  
 est cum distinctione. scilicet q. in genere  
 causæ efficientis prius est productio ignis, et  
 tunc in genere causa materialis prius est  
 expulsio formæ contrariæ, q. est conditio si  
 ne qua non.

Sed adhuc manet difficultas quodnam sit  
 prius in genere causæ efficientis producere  
 formam an expellere contrariam. nam certum  
 est q. quælibet causa priora est in suo genere  
 et ita videtur q. magis efficienter prius sit in  
 introductio formæ, et materialiter contra prius  
 sit expulsio contrariæ.

Ceterum considerando causam efficientem

qua



quatenus producit et quatenus expellit  
prout natura intelligit producere qd ex  
pellens. licet in eodem instanti temporis sit  
producta una forma et expulsa contraria  
nam si in eodem instanti temporis essent si-  
mul ambe forme. N.g. ignis. et humiditas  
ut affirmabat prima sententia. cur non  
et in secundo instanti cum eadem quali-  
tates oppositae reperiantur in primo instanti-  
q. in secundo. et tunc sequeretur q. etiam il-  
la forma opposita essent simul in aliquo  
tempore. q. non dantur duo instantia imm-  
diata. sicut neq. duo puncta immediata  
in linea.

Deinde confirmat q. nec de poten-  
tia absoluta admittuntur multi posse per  
aliquod tempus simul esse in eodem sub-  
iecto duas formas omnino contrarias si-  
cut sunt peccatum et gratia. ergo multo  
magis naturaliter et etiam per unicum in-  
stanti. quare enim non potest deus conser-  
uare per tempus. que simul esse possunt  
per aliquod instanti. in eodem ergo instan-  
ti temporis introducit forma ignis in ligno  
et expellit forma contraria et inde fit ma-  
nifestum q. non sunt ambe forme simul  
quoniam illud instanti est intrinsecum for-  
mae generatae sine introductione. et est extrin-  
secum corrupta. sine expulsa. et ita di-  
mus cum generat ignis in ligno. nunc est  
ignis. et immediate antehoc non fuit ignis  
et conversis loquendo de eodem instanti  
nunc non est forma ligni et immediate  
antea fuit. Possimus tamen per istos  
con



Conceptus fingere nonnulla instantia na-  
turae

in recto

no tamen pro pleniori huius  
intelligentia q. in conceptu formalis causa  
efficientis quatenus producit et solvitur  
consideramus ipsam causam efficientem  
non habito respectu ad materialem nisi in  
obliquis. aliam enim considerat causa effici-  
ens ut introducens formam non solam in-  
telligit in recto causa efficiens. sed etiam  
materialem. quae est ipsa q. intelligit intro-  
ductio forma intelligi debet subiectum in quo  
talis forma introducatur.

quo sic posito si inquirat quodnam sit prius  
in productio forma. an expulsio contraria.  
Respondendum est q. productio forma q. in  
conceptu formalis productionis non intelligit  
subiectum a quo contraria forma expellat  
ceterum si inquirat quodnam sit prius in-  
troducitur vel expulsio. Dicendum est q. or-  
dine intentionis prius est introducitur. sed  
ordine executionis prius est expulsio que  
ad modum dicitur de pharmaco q. ordine exe-  
cutionis prius intelligit sumptus potionis  
q. q. sanitas recuperetur q. est medium ad  
sanitatem quamvis sanitas ordine intentionis  
sit prius. sic ergo in presenti ubi expulsio  
unius forma est medium ad introductionem  
alterius

ex quibus colligit q. licet nulla causa possit  
operari nisi alius sit in rerum natura. non  
tamen requiritur preexistentia temporis. sed  
satis est prioritas naturalis. immo cum causa  
constituitur per se ordinem ad causalitatem  
actualem implicat. q. a parte rei inveniatur

cau







ex exemplis Aristotelis constat vnde hęc  
quę diximus directe pertinent ad causam  
materiam.

Causa formalis est illa quę intrinsece com-  
plet materiam illam terminando. quem  
ad modum in predicabilibus differentia est  
quę terminat rationem generis ad esse ta-  
lis species. nam genus de se indifferens est  
ad omnes species.

Tertio aduertendum est. quod quę dua  
causae sunt physica et reales nam mate-  
ria et forma per se realem et physici-  
cam uniuersam componunt totum. quod  
antea non erat in se existens  
nam formalis et efficiens causę sunt exter-  
na. His suppositis dicendum est ad ques-  
tionem tam in materia quę in forma esse  
duas qualitates. altera est primaria et in-  
trinseca. altera secundaria. quę materia  
potest comparari et ad compositum. quod  
causat per internam sui communicatio-  
nem. et hęc <sup>est</sup> prima causalitas ad quam pri-  
mo materia ordinatur. Et etiam potest com-  
parari ad formam. quatenus illam susten-  
tat et recipit siue ex eius potentia educit  
quę causalitas quamuis non sit precipua  
est tamen ordine generationis prior  
Et idem proportionabiliter dicendum est  
de forma respectu compositi cui datur esse spe-  
cificum. et respectu materie quam actualit  
et informatur.

Causalitas ergo respectu compositi consistit  
in hoc quatenus ex altera parte tanquę ex  
materia. et ex altera scilicet ex forma



tribuentis esse specificum sic compositum  
causalitas autem que in altera parte est  
respectu alterius consistit in hoc, quod in  
vicem se conseruent.

Sed que requiritur quatenus sit hec con-  
seruatio? An scilicet forma addat aliquid  
in materia, vel e contra? circa quod dicitur  
causalitas materis respectu forme est cau-  
salitas subiecti, atque ad receptis non au-  
tem causalitas efficientis. Probatur quia ma-  
teria tam in comparatione ad animam ra-  
tionalem, quam ad alias formas corruptibiles  
est pura potentia passiva, in qua eius esse  
ita consistit, ergo causalitas illius circa o-  
mnes formas est causalitas potentie passi-  
ue, atque ad receptis. Unde quamuis ma-  
teria respectu omnium formarum habeat  
receptis nihilominus quia forma corrup-  
tibile, ob suam materialitatem quando  
producur dependens a materia, ut  
naturaliter sine illa non possunt subsiste-  
re; illa receptis materis in ordine ad illas  
dicitur sustentatio; quia non est per aliquam  
efficientiam, tum quia materia ut dicitur  
philosophi nullum actum habet; sed est  
pura potentia; tum etiam quia materia non  
perfectior est forma. Sed solum ex ea, for-  
ma ex eius potentia educuntur. Receptis  
autem, que in materia est ad formam  
rationalem, quia illa ex eius potentia non  
ducuntur; et sic subsistat non imitatur materis  
non dicitur sustentatio, sed pura receptis, ita  
quia materia respectu eius forma quae per se  
sub.



Subsistere non potest dicitur tale recipiens  
 eo quod etiam sustentans. Respondeo vero  
 eius quod posse potest subsistere qualis est  
 anima rationalis. tantum recipiens appe-  
 llatur.

Similiter de omni forma dixerimus est  
 respectu materię. quod ipsius causalitas est  
 informatio. ita ut materia ab ea tanquam ab  
 informante dependeat. et tanquam a determi-  
 nante eius potentialitatem. et forma a  
 materia tanquam a recipiente. et hec quoque  
 de causa materiali dicta sunt intelligi de-  
 bent de causa que vere materialis est  
 non uero de ea que reduitur ad causam  
 materiale[m] pertinet. hoc dicimus prop-  
 ter dyssimilitudines que sunt in subiecto res-  
 pectu forme substantialis. censent enim ha-  
 bere rationem cause[m] materialis. quod pro-  
 supponunt ad formam. et tenent se ex par-  
 te materiae.

Sed petes num causalitas materię et causalitas  
 forme distinguantur ex natura rei?

Ad quod Respondendum est quod si materia et  
 forma dupliciter unione inter se unirentur ut  
 quibusdam placet causalitates earum ex  
 natura rei etiam distinguuntur. si tamen uni-  
 ca tantum sic inter eas unio qua altera al-  
 teri copulat quod forsam probabilius est con-  
 sequenter dicendum erit earum causalita-  
 tem non distinguere ex natura rei. sed eandem  
 unionem quatenus tenet se ex parte forme  
 dici informationem. quatenus uero tenet  
 se ex parte materię dici receptionem sicut  
 actus et passus sunt realiter idem motus qui  
 ut est ab agente dicitur actus. ut est receptus in  
 pas!



passo dicitur passio.) Sed argues. sic. cuius  
cumque causa debet assignari effectus ut con-  
stat ex definitione causae. at neque materia  
neque forma assignat effectus. nam effectus  
non reperit nisi procedat effectus in mate-  
ria autem non est effectus sed receptio. et for-  
ma solum se exhibet informando nihil au-  
tem de novo produciendo ergo etc.

Respondet q. materia et forma non dicuntur  
causae nisi prout actualiter univertuntur non pro-  
ut sunt substantia univertuntur. illis autem  
modo assignat effectus proprius materiae et  
forma. Sed instabis q. causae quae numeri-  
ce distinguuntur habent effectus saltem nume-  
rice distinctos realiter, ut patet in duobus  
patribus. ergo a fortiori dicitur causa quae ge-  
nerice distinguuntur. sed materia et forma  
non assignant effectus distincti. immo idem  
omnino compositum. ergo non sunt causae  
distinctae.

Respondet q. idem effectus pro-  
est ut saepissime de factis contingit proce-  
dere a duabus causis partialibus. immo et a  
duabus totalibus si ad effectum partialiter con-  
currant. ut proinde simul et semel potest  
quis calefieri ab igne et a sole. patres autem  
sunt causae totales totaliter concurrentes  
at materia et forma sicut ut causae generi-  
ce distinguuntur concurrunt partialiter et  
sunt partiales causae totius compositi.

Sed contra argues ex concessis. nam eadem  
est causalitas materiae et forma realiter  
ergo quatenus causae sunt non distinguuntur  
realiter, quod est falsum. Respondes dis-



tinguando consequens si est eadem causalitas materialiter. Et formaliter concedo at si sit eadem materialiter sed distincta formaliter nego. in materia autem et forma receptus et informatio sunt distincta formaliter. et proinde materia et forma ut causae sunt non solum realiter sed et essentialiter distinguuntur.

Sed urgebis. ergo saltem a parte rei seclusa operatione materia et forma erunt eadem causa. siquidem a parte rei receptio et informatio sunt eadem. Respondes concedendo antecedens. Et pro responsione ad consequentiam adverte. q. a parte rei unio ut unio est <sup>cum</sup> sit vinculum et nexus duorum extremorum necessarius debet esse respectiva non solum unius. sed etiam respectu alterius extremi. Rursus cum extrema diversis modo veniant ad compositionem a parte rei unum subiectum recipiendo. Et aliud informatio; sequitur q. a parte rei in unione non solum repetitur respectus realis ad materiam sed etiam ad formam, in quibus non solum inveniatur distinctio per intellectum. sed etiam a parte rei ac proinde utraq; consequentia est neganda. )

Sed contra. nam iam sequitur ex hac solutione q. tam materia, q. forma constituent per se. Siquid respectivum patet sequella q. distinctivum est respectus unius. idem autem est constitutivum. et distinctivum. consequens autem est falsum q. tam materia q. forma sunt

intellectus /



Sunt entitates substantiales absolute  
Respondens distinguendo sequellam scilicet <sup>quod infer</sup>  
est constitutum per aliquod respectum <sup>tur.</sup>  
materia et forma in esse cause concedo. in  
esse entis nego. etenim materia quamvis  
ut substantia sit entitas absoluta, in esse  
tamen cause est respectiva. et similiter de  
forma videndum est. quod causa ut causa conij  
pi non potest nisi cum ordine ad effectum

### Dubium Vtrum causa secunda aliquid efficiant?

Prima sententia affirmat causas secundas  
nihil operari. sed deum ad illarum prese  
ntiam operari. et se solo producere omnes ef  
fectus. appellant autem causa (dicunt  
auctores huius sententiae) non quod influ  
ant. sed quod sunt cause sine quibus non qu  
tenus deus decrevit nihil nisi ad earum  
presentiam efficere. auctores huius sen  
tentiae non refert diuus Thomas. quam  
vis. 1. p. q. 25. eam acriter impugnet  
Hec sententia non alio modo fundamen  
to nisi quod deus potentissimus cum sit frus  
tra vellet. aut posceret ab alijs adiuuari  
Et sic magis manifestat ipsius omnipote  
tia. Hec tamen opinio ades stulta est  
ut fides repugnet. negzerum potest nega  
ri. causis secundis propria causalitas et  
efficientia. genesis. 1. dixit deus produ  
cat terra herbam uirentem. et ex alio  
parte scimus omne quod dixit factum esse  
ergo terra. que causa secunda est per se influ  
it



et in effectum. Et ratione theologiae  
 impugnat ab absurdo quod aliter nec pecca-  
 remus nec bonum opus eliceremus om-  
 nis enim totaliter futurum altum esset  
 a deo. Deinde nulla esset distinctio inter  
 causam liberam et necessariam quod si ad pre-  
 sentiam meae voluntatis deus elicit actus  
 amoris etiam me recusante actus elicitur  
 quem ad modum si recuset ignis ad hinc  
 calefacere. Et Ratione philosophica  
 probatur si idem aqua dicitur causa frigidita-  
 tis quod deus ad eius presentiam frigiditatem  
 producit. ergo cum deus possit suas operati-  
 ones exercere independenter a causis. secun-  
 dus poterit etiam producere calorem ad pre-  
 sentiam aquae. et frigiditatem ad presenti-  
 am ignis. Et sic ita naturale esset igni  
 frigidificare sicut calefacere.

Ad Fundamentum ergo predictae senten-  
 tiae Respondendum est. maiorem perfectio-  
 nem arguere in omnipotentia. produce-  
 re effectus qui possunt alios producere quod  
 effectus diminuitur. qui nihil valeant gene-  
 rare. Si autem effectus sequeret causas se-  
 cundas operari sine subordinatione ad cau-  
 sam primam aliquid probaret argumentum  
 eorum optime stat utrumque.

Sed Argues quod in homine maior virtus et  
 perfectio est quod sine iuuamine alterius ope-  
 retur ergo et in deo. R. concedendo antee-  
 dens et negando consequentiam. et ratio  
 disparitatis est. quod homo idem adiuuat quin  
 sus genere indiget adiutorio. deus autem



Non adiuuat a causis secundis tanq̄ im-  
potens se ipsis producere effectus. si enim  
esset magna imperfectio in eo. sed in suo  
ordine est causa totalis. Et simul causas se-  
cundas operari iuxta suum genus et speciem  
Dices contra solutionem fundamenti si in-  
ter effectus illi sunt magis perfecti. quia alios  
possunt producere. si non erit perfectior q̄  
angelus. q̄ angelus alios generare non po-  
t. est. at consequens est falsum. ut constat  
ex illis quibus minus est eum paulo minus ab  
angelis. ergo ex eo q̄ deus producat effectus  
potentes producere alios nulla sequitur per-  
fectio in ipso.

Respondes negando sequentiam. ratio est  
q̄ angeli ex alio capite sunt perfectiores  
etiam in ratione effectus. sicut enim incor-  
ruptibiles ex sua natura. si non esset cor-  
ruptibiles; illi totaliter spirituales sine  
dependentia ab aliqua causa corporea. No-  
n secundum corpus dependet a causis sub-  
lunariis. quare ut conservaret genus ho-  
minum illis tribuit deus vim generativam.

Secunda opinio asserit deum non concur-  
tere ad actionem causarum secundarum  
sed eas sic operari et suos effectus producere  
ut deus non alio influxu eum eis concurrit  
q̄ conservando earum naturas et vires  
quas ad agendum tribuit eis. Ita Durandus  
in 2. dist. 1. q. 5. probat q̄ suam senten-  
tiam hac ratione alius sunt proportionati  
respectu causarum secundarum. ergo ipse solus  
possunt producere effectum. consequentia pa-  
cet



ideo

est quod ~~habet~~ dicitur habitus supernaturalis ad  
 actionem eliciendum quod potentia ex se tan-  
 tum est proportionata respectu altus natu-  
 ralis. antecedens probat scilicet quod omnes  
 effectus sunt proportionati. quod ratio ob quam  
 aliquis effectus dicitur improporcionatus. uel  
 est quod est altus ordinis (quod ratio respici-  
 rituale non producit corporeum neque eos  
 uersus) uel quod passum habet dispositiones re-  
 pugnantes. quod ratio in aqua uero intro-  
 ducit forma ignis. uel quod uires deficientia  
 gaudet eo quod sunt diminuta. quod ratio in  
 firmis quamuis habeat uirtutem superste-  
 riam generatiuam non potest generare defec-  
 tu uigoris. sed ignis nullus est in modum  
 est improporcionatus respectu alterius ignis  
 producendi. ergo ipse solus illum potest pro-  
 ducere. minus patet per singula discurre-  
 re.

Sed neque sententia ista admittenda  
 est. dicit enim isai. 26. omnia operatus  
 est in nobis dominus. Et Paulus ait in scriptis  
 inuenimus uimimus. et sumus.

Deinde quod si deus non conuenit influendo  
 in actionibus causarum secundarum non potest  
 secundarum effectus impedire nisi destruendo  
 eas. uel producendo qualitates contrarias  
 quod est ridiculum. nam in igne forma uisba  
 bybris. neque ignem destruxit uel extinxit  
 in combas. neque produxit aliquid de nouo.  
 ubi enim non uisba. ergo non solum conser-  
 uando. sed et influendo conuenit deus ad ef-  
 fectus causarum secundarum.

His ergo reuelis sententijs nostra conclu-  
 ditur



suus. Res creata habent uim opera  
tuam, uereq; influunt in suos effectus, et  
propterea dicitur concurrere immediate ad ac  
tus causarum secundarum. Hec conclusi  
o patet ex impugnatione aliarum sententi  
arum, quare affirmandum est quomocunq;  
effectum creationem naturalem provenire a  
causa prima influente. Et a causa secun  
da influente etiam, ab illa quidem tanq;  
a prima universalis, ab ista uero tanq;  
a particulari.

Sed pro maiori explicatione aduertendum  
est q; sicut in nobis assignamus duplicem  
causam particularem siue partialem, et uni  
uersalem ad quomocunq; actum uoluntatis uel  
intellectionis; ita in causis physicis ad productio  
nem effectus. Unde ad actum amoris concurrunt  
uoluntas tanq; causa particularis, et anima  
tanq; causa Universalis, ut aut actus amoris  
tam a uoluntate q; ab anima proveniat, ne  
q; ex hoc sequatur animam mediate concurrere  
sed immediate: tum conservando ipsam pote  
tiam, tum influendo tanq; radius omnium ac  
tuum uitalium: ita similiter Deus et conser  
uat causas secundas, et concurrunt cum ipsis  
mediate, ita ut quemadmodum in actu amoris  
duplex ratio reperitur nempe dilectionis et uitalita  
tis, ita similiter in effectu duplex ratio reperitur,  
N. g. in igne et ratio caloris, et ratio creature, et  
Quibus quemadmodum ratio dilectionis in a  
nima correspondet uoluntati, et ratio uitalita  
tis anima, ita ratio caloris correspondet igni, et  
ratio creature creaturæ, et deniq; quemadmo  
dum uoluntas non potest exercere aliquem actum  
nisi actualiter influat anima, et ab illa conser  
uetur: ita causa secunda nequit producere effectum



nisi Deus actualiter illum conseruet. Et cum  
illa simul influxat

ex quo sequitur quomodo deus presertim causa neces-  
saria possit impedire eius effectum sine ipsius cau-  
sae destructione nam cum ad causam secundam non so-  
lum requiratur influxus causae particularis, sed et  
universalis prima, et sic sic libera bene poterit  
stare quod ignis non comburat stupam licet appro-  
ximetur. si deus alio ex capite suspendat suum  
concursum. quemadmodum si anima ratio-  
nalis posset suspendere influxum quamuis  
voluntatis uellet elicere alium non eliceret  
Sequitur secundo solutio ad argumentum dura-  
di oritur namque improprie non ex defectibus  
positivis in passio, neque ex diuersitate ordi-  
nis, sed ex expressis, quod omnes causae secun-  
dae sunt entia per participationem, et esse me-  
quenter cum dependentia a causa prima  
Si autem aliquid possent operari causa se-  
cunda sine concursu dei generaliter non essent  
causae dependentes a prima

### Dubium quomodo suppleat concursus causae particularis

Ratio dubitandi est quod saepe uidemus in re-  
rum natura effectum productum absente  
causa principali. Ut quando ignis in stupa  
prodicitur a ferro et lapide. Sed Responder-  
dum est tam in ferro quam in lapide aliquas ig-  
nis qualitates reperiri a quibus nascitur quod  
a posteriori constat. nam saepissime uidemus  
lucem ignis quando in lapis percutitur a ferro  
uel quando duo corpora ferrea colliduntur  
quando uero una planta nascitur sine influxu  
al



Concurrentibus  
numerum cau-  
sas sibi subordi-  
natas

alterius tunc sol est causa peculiaris illius  
quamvis alias sit universalis: quemadmo-  
dum dicitur etiam ut causa particularis con-  
currat quando qz (licet alias sit causa univ-  
salis) ut contingit in productione primihomi-  
nis. Sed contra est qz sol maxime distat a  
plantis ergo nequit esse causa illarum qz passus  
debet esse approximatum agentis.

Respondetur solem et alia medijs qualita-  
tibus operari. Et non immediate per suas sub-  
stantias ut patet in calore a sole producto  
cum quo tam plantas qz mineralia producit  
unde informis Respondetur ad argumentum qz  
licet planta multum distet a sole non ta-  
men distat a calore neqz ab sphaera aethera-  
tis illius.

Secundo Arguitur qz sol (cum pote non universis)  
imperfectior est omnibus viventibus etiam  
plantis ergo nullo modo potest esse causa eor-  
um. Respondetur enim non formaliter sed virtualiter  
licet etiam eminenter continetur in so-  
le. Quamvis vivencia ut sic sint perfectio-  
ra qz in quo est maior perfectio quantum ad  
alia est enim inextinguibilis, et causa v-  
niversalis maxime altitudinis. et quantita-  
tis ad plurimos effectus producidos se exten-  
dens.

~~Quod~~ Sed quare forsam quid  
sit necessarium ut una causa sit adaequata  
respectu alicuius effectus? Respondetur illam  
esse causam adaequatam efficientem quae in-  
fluit in effectum per virtutem, cui possunt  
omnes formalitates illius tribui. exemplum  
est ignis existeris in ligno respectu ignis pro-  
ducendi in stupa. ignis enim existeris in ligno  
ne



vere et proprie est causa alterius ignis. qz  
omnis formalitas sufficienter correspondet  
igni existenti in ligno.

Sed ut melius intelligatur adverte qz nomie  
causae adaequatae desumptum est ex equalita-  
te. vel inequalityte corporum quantita-  
tibus. id est enim una ulna ferri dicit me-  
sura adaequata ulnae parvi. qz pars parvi cor-  
respondet parti ulnae. et tota ulna toti pa-  
rvi. ita similiter illa erit causa adaequata  
alterius effectus. quando partes effectus cor-  
respondent partibus. vel virtutibus causae.  
et totus effectus toti causae. Et quemadmo-  
dum Virga duarum ulnarum quamvis ex-  
cedat quantitativus ulnam parvi in longitu-  
dine ad hunc dicit adaequata mensura. quia  
est omnium partium mensura. ita simi-  
liter sol. quamvis possit producere multos  
effectus distinctos. qz tamen omnes formal-  
itates mineralium et plantarum corres-  
pondent soli. id est sol dicit causa adaequata

Sed Arguitur. contra. nam sequitur qz nul-  
la res causa adaequata si necessarium est  
qz tota formalitas effectus respondeat illi.  
patet. qz nulla causa habet propriam et  
individualem rationem effectus. at ratio  
individualis in effectus est intrinseca et esse-  
tialis ut supra dictum est. ergo unum homo-  
non erit causa adaequata alterius hominis.  
Et negando sequentiam. qz nos non loqui-  
mur de rationibus metaphysicis quales  
sunt individualis. sed de physicis qualiter  
se habet compositum contrarium materiae et  
forma. Dicitur neqz ratio formalis numera-



Sus correspondet illi, quod solum a deo creat  
ergo huiusmodi ad huc non est causa adaequata  
physica. R. q. quicquid ab huiusmodi non  
producat materia nec forma ad huc dicitur  
causa adaequata alterius hominis, quod ratio  
hominis ut homo est, non consistit in ma-  
teria sola, neque in forma sola, sed in mate-  
ria et forma unitis. Et cum homo sit cau-  
sa adaequata unius, debet ex consequen-  
ti dici causa adaequata compositi.

Sed contra, nam causa quae non potest  
producere partes non potest dici causa totius  
ergo etc. R. distinguendo antecedens  
non potest dici causa totius materialiter  
concedo, formaliter nego. Itaque in toto  
consideratur duplex ratio scilicet ratio ma-  
terialis, qua materia et forma constat, et  
ratio formalis qua unum aliquo nexu.  
Homo igitur hominem generans quamvis non  
sit causa partium materialium est tamen  
causa partis formalis nimirum unius  
in qua formaliter consistit ratio compositi  
physici, quod hoc exemplo declarat. ima-  
go dicitur Petri ex lignis fabricata constat  
parte materiali et formali, materialis pars  
dicitur materia et forma ligni, pars vero  
formalis dicitur figura, et quicquid artifex  
non sit causa partium materialium ima-  
ginis, quod tamen est causa totalis illius figurae  
in qua formaliter consistit imago, id est ab-  
solute artifex dicitur causa adaequata imaginis

Dubium Vtrum idem effectus  
a duplici totali causa possit  
provenire.



quod a duabus particulis effectus tam partialibus  
 quam totalibus nullus negat si totales tem-  
 perere suum concursum. quod ut intelli-  
 ga<sup>r</sup> suppono in cubiculo esse duo luminosa  
 quorum quodlibet esset sufficiens causa to-  
 talis illuminationis illius. nihilominus  
 non operatur quodlibet secundum totam sua-  
 um. sed secundum aliquam partem. tunc  
 illuminari cubiculum non provenit ab u-  
 troque lumine tanquam a duplici totali causa  
 totaliter concurrente, sed a duplici totali  
 concurrente partialiter. ex quo obiter est  
 signum discrimen inter causas ~~totales~~ quod par-  
 tialis non potest se sola producere effectum  
 ut patet in materia et forma. totalis ve-  
 ro causa et sola et concurrentia potest produ-  
 cere effectum. Dubium autem non est utrum  
 duae causae totales possint producere effectum  
 si partialiter concurrant. in hoc enim nulla  
 est inter doctores controversia. sed quod  
 queritur est utrum unus effectus a duplici  
totali causa possit provenire totaliter co-  
currente, etiam simul concurrant non tem-  
perando vim alteram. Et consequenter  
 queritur utrum si propositus possit esse vera  
hic effectus provenire totaliter ab hac causa  
et ab illa. loquor de causis particulari-  
 bus non de una particulari, et altera uni-  
 versali. tam enim diximus supra quodlibet ef-  
 fectum totaliter provenire a causa secunda  
 et a causa prima. Itaque tantum queritur est  
 de duabus causis particularibus. N. g. de duobus  
 ignibus respectu alterius ignis, et de duobus ho-  
 minibus respectu alterius hominis generis.  
 Sic igitur istae quaestiones conclusus. nullus ef-  
 fectus

falsus



Effectus potest habere duplicem causam efficien-  
tem totalem eiusdem ordinis. probat pri-  
mo. quod effectus in quantum effectus est de-  
pendet essentialiter a causa. ergo non depe-  
det a duplici totali. antecedens constat. con-  
sequentia probat. dependentia effectus a sua  
causa est indigentia quam habet effectus  
a sua causa. sed nullus effectus indiget nisi  
ab una causa totali (quod alias non esset tota-  
lis sed adaequata.) uel a duplici partiali. er-  
go nullus effectus dependet nisi ab una  
causa totali. uel a duplici partialiter con-  
currenti.

Secundo probat illa est causa tota-  
lis alicuius effectus. quae totaliter producit  
entitatem effectus. Sed una et eadem enti-  
tas non potest a duplici causa totali produci  
ergo. probatur minor. Si produceret eadem  
entitas a duplici totali causa. uel esset ea-  
dem actio. uel diuersa. non eadem quae  
sive tantum admittit nisi in causis subor-  
dinatis. quales sunt causa secunda et primi  
anima rationalis et potentia. neque diuer-  
sa. nam omnis actus est fieri terminus. ergo  
si est duplex causa totalis admittit duplex  
fieri. Sed id quod est in fieri est etiam in fac-  
to esse. ergo in facto esse uel duo effectus sunt  
a duplici causa prouerientes. uel non est in  
si unus fieri et una actio. ac ex consequen-  
ti una causa totalis

Dices. quoniam materia et forma distincta  
actiue concurrant. ad huc tamen reperitur  
unum factum esse. nempe compositum. ergo  
licet duae causae totales duabus actiue con-



currerent. non sequitur q. dicitur duo in facto esse  
 Rr. imprimis q. supponit falsum. nam  
 materia et forma concurrunt ut duae causae  
 partiales. De quarum essentia est q. ex illis  
 unus effectus mediante unica actione resul-  
 tet. Deinde etiamsi duabus actionibus con-  
 currerent adhuc argumentum non militat  
 contra nos. qui tantum negamus unum effec-  
 tum provenire posse a duplici totali actione  
 si autem darentur illae duae actiones proveni-  
 entes a materia et forma essent partiales  
 quas libenter admittimus.

Sed contra conclusorem arguit. Ponamus  
 parvam materiam stupae. et q. approximam  
 tres ignes eiusdem rationis. et equalium  
 virium. tunc generabitur ignis ab illis tribus  
 q. non est maior ratio eius ab uno. q. ab a-  
 lio oriat effectus. et quilibet illorum est cau-  
 sa totalis. ergo.

Rr. q. ab omnibus tribus ignibus procederet  
 effectus. sed ab omnibus partialiter. ut si  
 muric ad sublevantiendam trabem vel tabu-  
 lam duo vel tres homines concurrant quo-  
 rum quilibet sit sufficiens <sup>virtutem suam tem-</sup> <sup>perantibus</sup>  
~~concurrerent temperarent concurrerent. et dicitur~~  
~~taxat concurrerent partialiter.~~

Secundo arguit. Unus effectus potest simul  
 habere plures causas finales. ergo et plures  
 efficientes. consequentia patet a paritate  
 rationis q. causa finalis causa realis est ut  
 iam diximus. consequentia vero probatur  
 in illo qui dat electissimam propter deum  
 et propter retributoriam. q. credit deum  
 solum malis vita. sed et iniusta retribuere.

Rr







Petrum et Paulum esse causas totales  
 huius n.g. subleuatiouis <sup>signi</sup> tunc effectus, vel  
 subleuatiouis non penderet perse a Petro, q  
 quatercunqz vnus effectus habet vnarn  
 causam totalem, alia quacunqz destructa  
 conseruat naturaliter; neqz deperderet  
 perse a Paulo propter eandem rationem.

Secunda sententia est supernaturaliter  
 et de potentia dei vnarn et eundem ef-  
 fectum posse a duplici causa totali proue-  
 nire, vta Valencia. tom. 1. dist. 1. c.  
 93. probat. quod quod non implicat contra-  
 dictionem, vel imperfectiorem non inferre  
 in deo, vnqz negandum omnipotentem  
 ipsum, ac neutrum horum inferre ex eo  
 qd idem effectus a duplici causa totali procedat  
 ergo. probat minorem qd iuxta probabili.

1. 1.   
 Secunda sententiam vnica <sup>locabile</sup> licet suf-  
 ficenter circumscribat et existat in hoc vni-  
 ca ubicatione, nihilominus pluribus ubica-  
 tionibz et locis potest naturaliter exister  
 ergo quattuor vnus effectus ab vnica totali  
 causa adquate potest produci, tamen a deo  
 poterit pluribz attingi sine aliqua imperfec-  
 tione, immo sine q aliqua superfluat  
~~ut videtur in solutioe argumenti~~

Secundo duae causae totales possunt ad eundem  
 effectum totaliter concurrere, ergo et duae  
 principales, antecedens patet in duobus sa-  
 cerdotibz poforentibz verba consecrationis,  
 super vnarn hostiam, aut verba baptismi,  
 a quibus tamen vnus numerus producit ef-  
 fectus. Et quilibet illorum non solum est  
 causa totalis, sed et totaliter concurrit.

Res 1



Respondet Casetanus. 3. q. 68. ar. 6  
q. quando causa totalis agunt in virtute  
unius tertie potest eadem omnino effectus  
ab utraque causa provenire. secus quando  
agunt proprijs virtutibus qz unitas effectus  
sequit unitatem virtutis a qua causat.  
Et qz sacerdotes consecrantes. sive baptiza-  
tes agunt in virtute Christi idem effectus  
idem effectus potest evenire totaliter.  
Sic tamen solutio quamvis accuta. insuf-  
ficiens tamen esse videt. nam implicatio  
contradictionis non oritur a ratione causae  
ut sit totalis. neqz a ratione instrumenti  
totalis ut sit. siquidem plures causae tota-  
les si partialiter concurrant possunt eum-  
dem effectum producere; sed oritur implica-  
tio a ratione totalitatis influxus. Si ergo  
semel concedit Casetanus. q. instrumenta  
totalia possunt totaliter concurrere et  
ipsa instrumenta diversis actibus concu-  
runt. qz sunt agentia subordinata con-  
cedere etiam debet. a duabus etiam causis.  
principalibus totalibus posse provenire.  
Neqz est usqz quaqz verum unitatem ef-  
fectus summi ab unitate virtutis. nam ex  
sive sequeret evidenter eundem nume-  
ro effectum non posse provenire a dua-  
bus causis totalibus. etiamsi partialiter  
concurrant. patet sequella qz in duabus  
causis totalibus licet partialiter concu-  
rant duplex virtus reperitur. ergo si uni-  
tas effectus summi ab unitate virtutis. ille  
effectus non erit unus sed multiplex. propter  
quam



quam rationem neq; a duabus partiali-  
 bus potest provenire.  
 Sed dices huc non sequi, nam quamvis sint  
 duae causae totales. Et consequenter duae vir-  
 tutes totales. concurrunt tamen tempo-  
 rando concursum, taliter ut ab illis dua-  
 bus virtutibus una fiat virtus totalis, et  
 ex consequenti unus numero effectus  
 qui non sumit unitatem ab unitate cau-  
 sae in ratione entis, sed in ratione causan-  
 di. Et cum in ratione causandi sit tantum  
 una virtus fit ut effectus resultet unus  
 Sed contra. q; iam sequeretur q; non solum  
 duae causae principales non possint totali-  
 ter producere effectum. verum neq; instru-  
 mentales. patet sequella q; quae ad mo-  
 dum est necessaria dependetia per se ad  
 quemcumq; effectum provenientem a cau-  
 sa principali. ita requiritur influxus per  
 virtutem alterius in causa instrumen-  
 tali. ergo si ex eo (inquit Vazquez) non  
 potest unicus effectus a duplici totali causa  
 provenire. q; a neutra dependet nisi  
 temporare concursum, ita similiter dice-  
 retur puerum baptismum manere. Et  
 a nullo sacerdotum per se. patet consequen-  
 tia. q; possemus dicere. hic puer non est bap-  
 tizatus a Petro per se. si etiam Paulus pro-  
 ferret verba; q; quocumq; aliquis effectus  
 ut aiunt ad tersarij habet causam tota-  
 lem suam. quamvis alia destinatur ad hunc na-  
 turaliter conservat effectus. q; quem ad  
 modum causa principalis totalis est illa  
 que



que per suam virtutem producit totam  
entitatem effectus: ita causa instrumen-  
talis totalis est illa, que in virtute alte-  
rius totaliter producit effectum. ergo si  
repugnat q, unus effectus a duplici tota-  
li causa dependeat, qz a neutra depende-  
ret, ita similiter repugnabit q, procedat  
a duplici totali causa instrumentali, qz  
a neutra in virtute alterius dependeret  
Istis sic statutis ad argumenta contra-  
riam sententiam dissolvenda deveniamus  
Ad Primum concedimus effectum per  
se procedere a Petro et Paulo simul. et ad-  
eius probationem distinguis illam maxi-  
mam, que trescuq; unus effectus habet  
unam causam totalem alia quacumq; de-  
structa conservabitur si enim naturaliter  
concurrant verum est. si preternatura-  
liter nego. ille autem effectus licet quo ad  
suam substantiam esse ordinis naturalis  
qz a duobus ignibus naturalibus proveniret  
tamen quoad modum esse supernatura-  
lis, qz modus quo produceret supernatura-  
lis esse. eo qz procederet a duabus causis to-  
talibus, cum ab una duntaxat provenire  
deberet. Et sic quavis illarum causarum  
destructa destrueret modus quo productus  
erat effectus, quavis entitas naturalis  
naturaliter conservaretur.  
ex quo obiter colligitur ad quid esset necessa-  
ria illa multiplicitas causarum: et quomo-  
do nulla esse superflua. nam quemadmo-  
dum



dum eluceat omnipotentia dei in reformatione  
 na visus in eis iuxta illud. neque peccavit  
 sui. neque parentes eius. sed ut manifeste  
 eius opera dei qui supplet defectum natura  
 suum vizium. ita similiter manifestare  
 e eius omnipotentia producendo entitate  
 naturalem supernaturali modo. quemad  
 modum non solum esse inusitatum vide  
 re litteras perfectas scriptas calamo ligni  
 sed etiam esse rariis tribus perfectis ca  
 lamis unam perfectam litteram exarare  
 immo magis ars et peritia scribendi manifes  
 tare. et succedere in secunda qz in pri  
 mo. ita similiter relucere omnipoten  
 tia dei in uno effectu ad duplici totali cau  
 sa producto sicut q. ille effectus secundum  
 substantiam distinguitur ab alio producto  
 ab ~~unius~~ totali causa.

Secundo Arguit Philippus de Arte. 2 phy  
 sicis. q. d. effectus proveniens a pluribus  
 causis perfectus esset. qz si ab una produce  
 ret. ergo nisi fieret ab illis totaliter con  
 sequentiam supponit et antecedens probat  
 nam ambo causas totales agunt. ergo aliqui  
 influunt una quod non alia cum habeant  
 diversam virtutem. ergo non producit  
 effectum sola quolibet illarum. | Conser  
 vatio simul et probat ultima consequen  
 tia qz diversitas virtutes dummodo non  
 sint oppositae maiorem altitudinem ha  
 bere qz una virtus qz producit effectum  
 maiorem perfectum. ergo respectu illius  
 effectus habent se ut causas totales. quod aliq  
 uid producit coniuncte. quod seorsum non  
 pot



124  
posset quolibet illarum. // R<sup>o</sup> tamen  
ad argumentum distinguendo primum an  
tecedens. esset perfectus ex parte modi et  
cedo ex parte substantia nego. quemad  
modum qui vidit per restitutionem visus  
a Christo domino factam. et qui videt a  
potentia naturae eiusdem speciei potentij  
et eadem secundum perfectionem substan  
tialem videntur obiecta. Sicut ex parte mo  
di perfectus sit visus a Christo datus. Et  
eadem distinctione ad primam consequen  
tiam Respondes q<sup>o</sup> referret a quolibet  
totaliter secundum modum. fieret tamen  
secundum substantiam q<sup>o</sup> modus ille su  
pernaturalis consistit in influxu aliarum  
causarum totalium. et similiter eadem  
distinctione ad probationem sequentem  
ratio formalis finalizandi. et consequenter est  
 institutum causa finalis.

Sed quæres Vtrum bonitas que est ratio consti-  
 tutiva finis sit de necessitate vera bonitas an  
 sufficit appari. et Respondet utramque  
 se satis. id est q. sit vere bonum et ut tale  
 existimet. aut q. existimet tantummodo et ap-  
 pareat bonum. id docet expresse Aristoteles  
 2. physicorum ~~capitulum 2.~~ huius ratio ea est  
 q. cum voluntas sit potentia ceca non potest  
 aliquid obiectum amare. nisi prius ducatur  
 ab intellectu. et cum intellectus circa cogni-  
 tionem alienius obiecti possit falli. potest e-  
 tiam iudicare illud bonitatem (quæ caret)  
 habere et sic proponere voluntati. et tunc mo-  
 uebit voluntas cum sola bonitate apparen-  
 te. ex quo sequitur q. si intellectus tantum-  
 modo obiectum apprehendat et iudicet ut indif-  
 ferens et sic proponat voluntati. voluntas  
 etiam non præsumet in alium prosecutio-  
 nis circa tale obiectum. immo etiam mane-  
 bit indifferens et indeterminate.

Et nota q. quando voluntas cessat ab aliquo  
 actu propter malitiam obiecti. tunc propter  
 obiectum rursus finalizat. q. finalizatus. fit  
 attrahendo voluntatem non fugando eam  
 sed de hoc fuit in theologia

Dubium Vltimum Vtrum causa  
 finalis sit uniuersa. an æquiuoca.  
 Sic conclusio causa finalis est æquiuoca  
 probat effectus causa finalis v.g. beatitudi-  
 nis nullam habet similitudinem cum ipsa  
 beatitudine. ergo non procedit ab illa tanquam  
 causa uniuersa. consequenter patet ex discussu  
 pro



pra; antecedens non probat, nam sine effectus  
beatitudinis sit motus voluntatis, sine alio de-  
siderio, vel inplacencia, vel alio poeniten-  
tie aut amoris, nullam habet similitudinem  
cum ipsa beatitudine, tum quia beatitudo est  
eterna, ista vero alius temporales: tum etiam  
quia in actu poenitentis inuisum aliquid tri-  
stis et doloris, tum denique est fructus servi-  
tutis dei, desiderium autem fides et spes sunt <sup>quod</sup> <sup>bea</sup>  
media ad eam consequendam, quia aduersus <sup>bea</sup>  
eum omnino desinunt ergo causa finalis non <sup>bea</sup>  
est uniuersa, sed quiuersa. " " " "  
et confirmat quod effectus qui procedit a cau-  
sa uniuersa, tantum habet in se perfectiorem  
sicut et ipsa causa, sed in multis effectus bea-  
titudinis reperit tanta perfectio sicut in ipsa  
beatitudine, ergo, quod idem dixerimus est in  
omni causa finali proportionaliter, nam in  
firmis cuius finis est salus, mouet a salute ad  
sumendam potestatem amaram, sumptus  
autem imperfectus est ipsa salute. <sup>est</sup>  
Dices quod uniuersa aut quiuersa non con-  
uenit nisi causae efficienti et non finali, quod  
efficientis influat per actionem suam substanti-  
a in effectum, ut uoluntatis in hunc generan-  
te hunc finem, finis uero item ut dictum est  
unde a posteriori est huiusmodi sequentia legi-  
tima Petrus qui est filius Ioannis est simi-  
lis ratione cum illo, ergo Ioannes est causa  
uniuersa, quod non ualeat in causa finali, quod  
effectus non procedat ex entitate finis media  
et motu aut alio modo per accidens, sed habet res-  
pectum ad illud, quod sit similis aut dissimilis in na-  
tura, quod declarat huius exemplo, propona-  
t ab intellectu beatitudinis, ut est summe bonum  
hunc uoluntas mouetur a beatitudine ad ely-  
ci



ciendum actum amoris et poenitentiae. ex  
 quo actum continuatione consequitur  
 beatitudinem, quam habebat pro causa finali  
 ecce ubi reperitur effectus dissimilis causa. qua  
 sit est actus poenitentiae. et similis causa qua  
 sit est ipsa beatitudo iam possessa: inquit et  
 ut ne bona consequentia effectus beatitudinis  
 est similis beatitudinis. ergo est causa univoca.  
 minime. nam eadem consequentia potest  
 fieri de actu poenitentiae. actus poenitentiae  
 est dissimilis beatitudinis. ergo beatitudo est  
 causa equivoca. Et sic sequitur eandem nu  
 meri causam esse univocam et equivocam  
 ergo non tenet doctrina de univocitate, aut  
 equivocitate in causa finali.

In hoc argumento tota huius rei difficultas  
 consistit. Respondemus ergo admittere  
 causam quae tantum operatur metaphysice  
 posse determinari univocam. et equivocam  
 secundum diversitatem effectuum, quos pro  
 ducit. quod non obstant ob rationem dictam  
 in principio argumenti. Et constat etiam  
 hoc exemplo. saepe enim videmus unum nu  
 merum hominem simul deambulare et loqui  
 qui alias habet filium ubi nullum est huius  
 ueneris q. ille huiusmodi causa univoca. et  
 equivoca. univoca quod habet filium eius de  
 natura. equivoca quatenus loquitur et de  
 ambulat qui effectus utriusque similes ho  
 mini in natura. Unde respectu eorum dicitur  
 causa equivoca et per metaphoram. ))

Haec doctrina confirmatur ex diu Augustino  
 saepissime allegato a philosophis in libris  
 de anima. inquit enim. ab obiecto et pote  
 tia pariter uoluntate ubi assumpsit metaphora  
 ex



ex mare et foemina Aquibus nascitur  
sive paritur filius. sic causa finalis meta-  
physice dicitur causa. qz non operat' media  
te motu, sed mediate apprehensione in-  
tellectu. ceterum semper asserendum est  
realiter causare. quemadmodum boetia-  
tus docet dicitur Augustinus.

ex quo etiam Respondere possumus ad eo-  
que primo loco obicitur. nam non  
dicimus eodem modo philosophandum esse  
de causa efficiente et finali, sed tribuendo  
singula singulis. ita ut si metaphysice ta-  
tum influat metaphysice tantum dicat' v-  
niuoca vel equiuoca.

Dices finis et eius effectus non distinguunt'  
realiter, ergo finis non est causa realis, nec  
metaphysica, antecedens patet in salute  
que desiderat' et est finis cuius gratia su-  
mit' amara potio, et possessa est effectus eius-  
dem. Et similiter beatitudo est ultimus fi-  
nis hominis et possessa est effectus.

Respondetur. q. finis est duplex formalis  
et obiectiua qui mouet ad uoluntatem nullo  
lo presupposito actu ipsius; formalis est  
ipse finis cum actu intellectus et uolun-  
tatis. ut patet in exemplis argumenti, na  
beatitudo obiectiua est ipse deus summe bonus  
et amabilis secundum se. ceterum forma-  
lis beatitudo est ipse deus prout clare cogni-  
tus ab intellectu, et desiderus amore compla-  
centis a uoluntate. ubi uisus solum deus, sed  
et actus potentia reperitur. // — //

Respondet' igit' ad argumentum in forma

Seq



(supponendo q, tam finis obiectivus qz forma  
 lus distinguuntur realiter a medijs quibus co  
 sequuntur) finis formalis non distinguitur  
 a suo effectu concedo nego tamen de fine ob.  
 iectiva ut est manifestum. finis ergo appre  
 hensus sine inesse obiectivo causa est sui ipsius  
 formaliter habiti e possessi. Cum id quod est  
 causa causa sit etiam causa causati constat  
 q, si ut ad piscamur sanitatem sumimus  
 medicamenta n. g. amarum potumem aqua  
 sanitas causatur, q, idem potus habet era  
 tionem causae finalis et effectus.



Additiones ad Tertium Librum  
Physicorum

Quaestio siue Dubium primum

Quidnam sit subiectum motus?  
quattuor possunt et solent admitti concurrere. agens seu mouens, mobile, terminus et spatium in traquod fit. ut constat in motu localis lapidis. Dubium ergo est in quaenam istorum quattuor subiectum motus quidam asserunt subiectum motus esse corpus quod adiaceat mobili. N. g. ex utroque lapidis ex gymnasio et manet in vicis. aut ista sententia motum subiectari in aere ~~ubi~~ vicinam est corpus ambiens et adiaceat ipsi lapidi. ceterum haec sententia falsa est quoniam in uacuo possibilis est motus localis et tamen in uacuo non est corpus ambiens. ergo ubi? Secundo angelus potest moueri per aliquid quod spatium reale diuisibile quod motus est spiritualis iuxta naturam ipsius mobile. ergo nequit subiectari in corpore circumiacente, quia accidens spirituale nequit recipi in subiecto materiali.

Secunda sententia affirmat motum (et remouens) subiectari in agente, quia motus in eo subiecto debet esse, quod primum determinat, sed primum determinat mouens. ergo est in eo. Secundo actus et motus sunt idem actus in eodem subiecto esse debent, sed actus est in agente. ergo et motus. probatur tamen, tunc quia actus ut sic determinat agens, tamen quia actus nullam tribuit determinationem mobili. N. g. lapidi. ergo non est



est in eo tanquam in subiecto forma enim semper tribuit aliquam denominationem subiecto cui inest.

Sed hec etiam sententia falsa est. nam si motus esset in agente moueret agens eo ipso quod mouet, nam hic est effectus formalis motus quem tribuit subiecto suo. ut constat cum ex ipsa definitione motus, tum etiam ex Aristotele ex. 19. ubi inquit impossibile est quod recipiens motum non moueatur. consequens autem est absurdum, nam deus primus motor mutari posset.

Dices agens reddi formaliter mouens per motum. et non mobile, quare licet moueret non moueretur. Contra motus quatenus exit ab agente reddit illud mouens, ergo quatenus illi inest denominat mobile. Sicut alio immouens quatenus fluit a suo principio tribuit illi denominationem agentis, quatenus uero in illo recipit tribuit illi denominationem passivi. que ratio etiam conuincit alioquin transeuntem non esse in agente, quia alias agens mutaretur eo ipso quod agit: tum etiam quod semper ratio actus transeuntis est coniuncta cum motu. Et denique quod agens recipiens in se alioquin transeuntem, quam prius non habebat aliter se haberet atque ideo mutaretur.

3<sup>a</sup> Sententia asserit motum subiecti in mobili, quam communiter sequuntur doctores eo quod mobile mouetur non uero agens neque terminus ergo in eo subiectus motus, consequentia probat quod hic est effectus formalis motus. Et confirmat quod mobile est quod transit ab uno termino in alium, ergo in eo subiectus motus qui si a parte natura est transitus de uno termino in alium.

f.



<sup>a</sup>  
¶ Sententia que quibusdam videtur uerior  
asserit motum prius subiectari in termino  
secundario autem in mobili. itaque motus pri-  
mo afficit terminum. et ratio illius in-  
figit subiecto termino. Probat quod idem  
est subiectum motus et actionis. sed alio  
prius subiectat in termino et deinde in mo-  
bili. ergo et motus. probat minor. tum quod  
Aristoteles. i. metaphysica. tx. 16. inquit  
actionem esse in eo quod fit. fieri autem prius  
preloquendo est proprium termino et termi-  
nus proprie dicitur fieri. Tum etiam quod crea-  
tio est alio que remanet in termino tanquam  
in subiecto. quod nihil est aliud in quo subiecta-  
ri possit. ~~in quo subiecta~~ cum se pro-  
ducto totius entis.

Sed dices creationem in multis subiectis esse  
creata quod est actus voluntatis dei. contra  
quod sicut commutat differentiam temporis in  
ordine ad creaturam: ita similiter secun-  
dum eandem considerationem possumus  
~~considerare~~ affirmare. quod in creatura sub-  
iectat.

Contra conclusionem tamen arguitur mo-  
tus simpliciter est prius termino cuiusmo-  
tus sic uia ad illum. et causa efficiens. ex <sup>causa</sup> Litas  
quod non potest ulli modo esse in termino tan-  
quam in subiecto. patet consequentia quod sub-  
iectum prius natura est his que sunt in illo  
Rursum quod quod est prius in uno genere est pos-  
terior in alio. et ideo motus quamuis sit pri-  
or in genere cause efficientis est tamen in  
genere cause materialis posterior. neque  
concludit dicere quod causa efficiens est prius  
quam causa materialis utraqueque enim est  
prius in suo genere.) Iurida



Fundamentum tertie consequentie facile  
 videtur. probat enim partem nostre conclu-  
 sionis. Diximus enim motum secundario  
 esse in mobilibus; licet primario in terminis

~ Dubium secundum Vtrum  
 distinguat inter se realiter mo-  
 tus actio et passio?

Actus proprie significat id quod mediante  
 influxu agentis in effectum. ac proinde est  
 via ad illum. passio est quod media subiec-  
 tum patitur et ita habet esse idem effectus. et  
 est via a subiecto in effectum. Est itaque ac-  
 tus id quod effectus pendet ab agente. passio  
 vero, quod effectus pendet a subiecto. motus  
 est via ab uno termino in alterum. nam  
 cum sit actus per existentis in potentia. est  
 actus per quem subiectum transit proprie  
 ab uno termino in alium.  
 quibus iam positis quod inquirunt est an ista  
 tria differant realiter inter se. vel tantum  
 per relationem. et certe qui affirmant actum  
 nem subiectari in agente tenent admittere  
 actum et passionem realiter distingui.  
 ea enim que differunt subiecto realiter,  
 seceruntur.  
 Nihilominus suppositis que diximus de  
 subiecto motus et actionis. dicendum est  
 actum et passionem esse idem realiter  
 inter se et cum motu. et probat suppo-  
 nitio agentis sic determinari. quod agit in  
 fluxu. et passionem sic determinari. quod re-  
 cipit. sed idem influxus qui determinat  
 ab agente. est qui recipitur in passio. ergo a  
 parte rei eadem entitas est actus et passio



maior & consequentia patent, minor probat  
in ligno calido. nam si actus calefactiva quae  
procedit ab agente non recipere in ligno  
non esset maior ratio cur ex approximatione  
ne ignis redderet calidum. q̄. frigidum.

Dices ex hoc tantum sequitur q̄. ad hoc ut  
lignum sit calidum est necessarium ut reci-  
piat terminum nempe calorem non vero  
actionem. Contra q̄. ille terminus scilicet ca-  
lor vel fuit prius productus in ligno. et pos-  
tea in aere circumiacente. vel contra prius  
in aere et postea in ligno. Non prius in aere  
q̄. non prius reperitur agens sufficiens ad tras  
mittendum postea ignem in lignum. Si vero  
prius fuit productus prius in ligno habes in-  
tervenum scilicet actionem qua producit ca-  
lor receptam fuisse in ligno a qua derivari  
potest passum, sicut ab actione agens. //

Secundo dicitur actionem passivam et mo-  
tum distinguere formaliter sive secundum  
formalem rationem. Haec sententia est  
communis omnium. et probat facile de actio-  
ne et passione, quae constituntur diversa pre-  
dicamenta. Similiter motus quamvis con-  
notet agens vel passum tamen formaliter  
solum consistit in via ex uno termino ad  
aliu. quae sunt rationes inter se distinctae  
Vnde utq̄. predicaciones motus est passio  
actus est passio tantum sunt uerq̄. identice  
et haec actus est passio similiter. ut animal  
rationale. aut rationale animal.

Dubium Tertium. Utrum pos-  
sint reperiri actus et passio  
sine motu?

Prima sententia asserit actionem et pas-  
sionem

sed hoc est nihil  
dicere aliud enim  
est calidum esse. et  
q̄. calor maneat in  
subiecto. aliud cale-  
fieri hoc enim invol-  
vit necessarium actus  
nem calefactivam -  
et calorem ut exis-  
tentes in ligno. //



tionem non posse inueniri sine aliqua muta-  
tione, mutationem uero interdum inue-  
niri sine actione et passione. Prima pars  
probat, quod in omni actione est aliquid quod  
per illam transeat de non esse ad esse, ut  
in creatione et conservatione patet, nam  
per creationem effectus in se instanti tran-  
sit de non esse ad esse ergo nunquam est actus  
sine aliqua mutatione.

Secunda pars probat, quod sicut transitus de  
non esse ad esse est mutatio, ita transitus  
de esse ad non esse est mutatio. Sed hic tran-  
situs interdum fit sine actione et passione,  
nam sine ulla actione recepta in aere tran-  
sit de luminoso in tenebrosum, ergo muta-  
tio potest reperiri sine actione et passione,  
supponendum est tamen mutationem ne-  
gatiuam, aut priuatiuam posse esse sine  
actione passiva, quod ut aliquid mutet a for-  
ma ad priuationem, ab esse ad non esse  
non requiritur aliqua actus positua, sed tan-  
tum subtractio concursus conseruantis for-  
mam. Hoc supposito dicendum est primo  
mutationem realem positiuam non posse  
reperiri sine actione et passione, probatur  
quod non potest deum extremum transitus in a-  
liud quod in unum deserat altero acquisito  
sed non potest in una forma acquiri sine con-  
cursu agentis, uel actione, qua illa forma  
producat ab agente, uel inuacit in se, et  
sine concursu subiecti aut passi, quod a sub-  
iecto causat, ergo nequit esse motus realis  
sine actione et passione.  
Dicendum est secundo Passiuam et actus  
nem sepe reperiri posse sine ulla mutatione



probat qd propria ratio mutationis postu-  
lat subiectum manens sub utroq; termino  
et q, prius fuerit cum priuatiue forme op-  
posita, qd transit ab uno termino in alium  
Sed in creaturae nullum est subiectum quod  
sub utroq; termino, scilicet non esse et  
esse potest, et similiter in emanatione,  
passus ab essentia, et in conseruatione,  
que non presupponit subiectum cum priua-  
tione earum passionum, aut forme conser-  
uanda, ergo actus et passus possunt reperire  
per se sine mutatione.

neq; obstat q, Aristoteles de finiens actus et  
et passus rem per motum, aut mutationem  
explicauerit earum rationes, solum enim  
loquebat de actone et passione materialy  
69, que semper cum motu, aut mutatione,  
conueniunt sunt, quoniam naturalis agens  
producere non ualeat nisi supposito subiecto  
Dicendum est tertio actum et passum  
nem quando conueniunt cum motu, non  
posse sine mutatione, aut motu conuoltere  
in re natura, id q, manifeste deducitur  
ex dictis quantum ad separationem realem  
nam separatio realis unius ab alio intell-  
gi non potest nisi ubi est distinctio realis  
ergo si actus passus et motus sunt idem rea-  
liter a parte rei non possunt ab inuicem se-  
parari. Sed contra istam conclusionem ar-  
guitur actus productiua luminis in aere in-  
uoluit etiam mutationem, qd est transitus  
de non esse ad esse, sed postea remanet ipsa  
met actus sine mutatione, ergo quantum se  
met actus et motus reperiuntur simul possunt  
pos



postea separari. Et consequenter realiter dicitur,  
 inquitur / maior et consequentia patet,  
 probat minus per eandem mutationem per  
 quam sol lumen producit in aere conservat il-  
 lud, sed in aere conservativa nullomodo  
 reperit mutata, sed potius permanentia pro-  
 prietas. ergo non reperitur mutata, et tamen  
 manet eadem actus. ergo bene possunt sepa-  
 rari quamvis semel coniungantur.

Ad negando maiorem ob rationem dictam  
 in tertia conclusione. Sunt enim idem rea-  
 liter actus et mutatus, quare deficiente ra-  
 tione mutatoris in illuminatione, vel in  
 quavis simili entitate affirmandum est de-  
 ficere illam totalem actionem, per quam fac-  
 tum fuit lumen, vel alium quemcumque ef-  
 fectum conservari per totam actionem ab  
 eo dem agente. et ratio est, quod defectio  
 cuiusvis integre entitatis, (id est ad hoc ut  
 pereat) sufficit defectus alicuius requisiti  
 ad illam entitatem sub aliqua ratione  
 formalis, ex his quae habet. cum ergo post pri-  
 mam productionem rei factam cum motu  
 deficiat terminus a quo requisitus ad ra-  
 tionem mutatoris, deficit necessarium tota  
 entitas identificata cum motu, sicut varia-  
 tio agente non solum variat actus, quae ab  
 eo essentialiter dependet, sed etiam assis et  
 motus quae cum illa identificantur. Unde dicitur  
 dum est tunc effectum conservari ab agente  
 per eandem actionem productivam, quando  
 sine mutatione productus est.

Ad argumenta Primae sententiae patet solu-  
 tio, nam primum solvitur ex vera ratione



mutationis, quae non reperit in creatione et  
conservatione cum in illis subiectum non se-  
terit sub utroque termino. Ad probationem pos-  
terioris partis patet illud esse verum in mu-  
tatione primitiva.

Dubium Vltimum a quo specificē  
tur actiones, vel motus?

Cum in quacunque actione inueniantur agens  
passum, et terminus, est examinanda diffi-  
cultas. An unitas specifica actionis sumatur  
ab agente, ut ualeat bene agens a se ratio-  
nale ergo actus orta ab illo est rationalis, an ue-  
ro sumenda sit a termino producto per ipsam  
mutationem, uel a passio in quo recipitur.  
Sic conclusio unitas specifica motus uel ac-  
tionis desumit a termino ad quem, non a  
quo cuiusque sed a termino ultimo et ad que-  
to. notuero sumit a termino a quo  
probat, alio nihil aliud est quod ipsum fieri  
termini ad quem, ergo unitas specifica ac-  
tionis sumenda est a termino ad quem, a  
suis terminis in factis esse haberet speciem  
diuersam, ac in fieri, quod repugnat bonae  
philosophiae. quia tamen a termino ultimo  
et non secundario sumat actus specificatio-  
nem, patet ex dictis lib. 1. de formis in indi-  
uiduo, non enim in diuiduum di-  
e tale in specie ob quamcunque formam, sed  
propter formam ultimam dantem esse, itaque  
quamuis per eandem actionem producantur  
diuersae formae in specie, ab eadem actione non de-  
bet dicitur in specie, per quemcunque terminum  
sed per terminum ad quem quatum et ultimo  
est



circa quem primaria intentione uersat) Dicitur  
 res uerum esse id de causa equiuoca propter  
 dicta. Non autem ob stare in actu produca  
 a causa uniuoca. siquidem ibi terminus et cau  
 sa eiusdem rationis sunt. R<sup>o</sup> supponendo  
 q, quae differunt genere differunt etiam specie,  
 unde cum ignis sit substantia, et actus pro  
 ducta ab illo sit accidens, et substantia et ac  
 cidens differant genere, sequitur etiam differ  
 re specie. et consequenter, q, quamuis termi  
 nus productus ab igne sit eiusdem rationis  
 cum illo, q, est causa uniuoca: actus ta  
 men non sit eiusdem rationis: cum causa  
 neq, ab illa sumat speciem.

Ex quo obiter colligitur causam uniuocam, et  
 equiuocam, siue uniuersalem, siue partien  
 tarem conuenire in hoc, q, utraq, producat ter  
 minum dissimili actu. quamuis una il  
 larum producat terminum similem.  
 Sed contra conclusionem arguitur primo q,  
 actus specificare a termino ad quem sequit  
 ur augmentationem esse diminutionem  
 probat sequella. moueat aliquid bipedale  
 ad tripedale est augmentatio. Iterum mo  
 ueat aliud ex quadripedali ad idem tripe  
 dale tunc est diminutio et nihil minus est  
 idem terminus ad quem nempe tripedale  
 ergo erunt eiusdem speciei augmentatio  
 et diminutio, quod est falsum. / Et confir  
 mat de aere ascendente in suam spheram  
 et in eodem aere expulsus ab igne etiam in  
 ipsam spheram, ecce ubi productus est ascen  
 sus et secundus descensus. Et tamen idem est



terminus acquisitus. ergo. In solutio-  
ne est advertendum. Ex his quae alias dixi-  
mus quod materialiter ibi unus est terminus  
formaliter tamen est duplex quod debet sumi  
ex termino ad quem ultimat<sup>us</sup> habitatio<sup>is</sup> situs  
sideratione ad mobile. sicut diximus de ac-  
tione et passione esse eandem realitatem  
habentem tamen duas formalitates distinc-  
tas. Et inde sicut actus una numerus suffi-  
cit ad denominandum unum solum agens  
sed etiam passum. ita similiter quamvis  
sit idem numero terminus entitatis et  
materialiter. poterit diversificare plu-  
res actus secundum diversas forma-  
tates consideratus.

Secundo principaliter arguitur quod actus qui  
solum producit mineralia. et genera inven-  
tiam<sup>is</sup> perfecta. vel est diversa ab illa qua  
vis conservat. vel est eadem. non diversa  
quod in se distinguitur causa universalis a  
particulari. quod illa unica actus in univer-  
sali se extendit ad omnia. Neque ad  
quemcumque effectum indiget particulari  
actus. Ingressa est causa cognos-  
cuntur ex modo causandi. ergo est univer-  
sali talis dicitur quod universaliter influat  
in omnes effectus. et denique si illud est  
universale quod est unum numerus et  
continet plura sub se. ergo illa est causa  
universalis. quae est unica numerus et  
unica actus conservat. Adde quod non  
sunt multiplicandae entitates et  
neque potest dici quod sit eadem actus quae deus  
vis conservat et quae producit mineralia  
patet. quod solum conservat causa universalis neces-  
sa



Sana tam necessarium influit in hunc effectum  
 ac in alium. et sic debet erunt specificatio  
 illius actionis, quod sunt effectus producti  
 uel conservati, quod implicat quod sunt di  
 versae naturae. igitur in hoc casu actio non su  
 met specificationem a terminis, quod ab omni  
 bus sumere non potest. et non est maiora  
 tur cur ab uno quod ab altero.

Quod concedendo sol producere mineralia et  
 vivencia imperfecta, et conservare ea,  
 dem actione namque tam deus concursus ge  
 neralis hoc facit. ceterum hoc difficultate  
 non caret. nam deus quamvis concurrat co  
 cursu generali nihil producit distinctum ab  
 illi concursu praeter effectus quos producit  
 causa secunda. ac vero sol cum illa actione  
 producat qualitatem quamdam scilicet calo  
 rem, cum quo in una parte generat viven  
 tia. et alibi mineralia etc., et sic illa ac  
 tio sumit suam specificationem ab ipsa  
 qualitate producta, nempe calore non  
 vero ab omnibus terminis productis ad quem  
 quod autem illa actio a calore producta specifi  
 cet probat tunc quod primarius effectus  
 cuius cuique causa est producere sibi simi  
 le, calor autem iste universalis quamvis  
 non sit sol. est tamen effectus similior cu  
 jus effectibus productis ab illis. et sic a calore  
 sumere debet specificam unitatem.

Sed dices quod modo affirmamus sollemnia  
 actione multa producere, et conservare?

Quod quod cum unica actione producat calorem  
 et iste sufficit ad omnes effectus. et calor et  
 actio non distinguant. nisi tanquam fieri et  
 fac //



falsum esse de primo ad ultimum colligitur  
unica actione producere omnes effectus. Unde  
calor iste productus et conservatus a sole  
in una parte cum terra generat in ventra  
in alia producit mineralia. Et preterea diu  
mus solem operari mediatione virtutis nem  
pe mediante calore, sicut etiam ignis produ  
cit ignem mediante calore particulari.  
Dices ergo maior est virtus solis q̄ ipse sol  
patet q̄ sol movet in omnibus effectibus  
sicut calor. Unde sequitur etiam q̄ virtus cu  
insecurq̄ causq̄ sic maior, et sic calor qui est  
virtus ignis est maior ipso igne.

Quod q̄ sol excedit quantitatively totum mun  
dum et sic excedit calorem qui totus repe  
rit in orbe. preterea distinguitur antecedens  
q̄ vel intelligitur de maiori quantum ad ef  
ficaciam, vel quantum ad perfectionem. si quantum ad  
efficaciam falsum est. nam si subiectum a  
liquod appropinquaret substantie solis sta  
tim interiret, quod secus accidit cum calo  
re ut cumq̄ productus ab illo. si autem il  
la maiortas de perfectione intelligatur et  
iam falsum est. tum q̄ sol est causa quibus  
ca et sic ex sua natura superat in perfecti  
one quemcumq̄ effectum ab illa ortum. tum  
etiam q̄ calor nullam habet perfectionem  
neq̄ efficaciam nisi a sole communicaretur.

### Quæstio de Infinito ~

An ens definitum bene assignet

Antiqui Philosophi dixerunt infinitum esse  
se extra quod nihil est. sed hoc Aristoteles  
optime impugnat. sic definitum potius conue  
nit



nit toti seu perfecto qz infinito, qz illud est  
 perfectum quod omne necessarium continet  
 ad complementum sui, ut aut nihil essentia-  
 le, aut accidentale deficiat. Totum uero  
 est quod omne includit ut Deus, quare est  
 causa omnium in qua continentur omnia  
 possibilis. Vnde melius dicitur ab Aristo-  
 tele. infinitum est cuius partes nobis accipi-  
 entibus, ad huc restant alia et alia accipien-  
 da. id est nunquam ad ultimum terminum  
 illius deuenire possumus, eoqz careat ter-  
 minus et limite.

quattuor modis dicitur infinitum, in essen-  
 do ut Deus qui vere dicitur infinitum sim-  
 pliciter, qz omnimodo terminus caret et  
 erum immensus, incomprehensibilis cog-  
 nitioe. Sec. et eternitate qz terminus sine  
 determinata ratione, quod etiam conuenit  
 eius attributis sicut essentia. Secundus  
 modus dicitur infinitum secundum duratio-  
 nem; qua ratione angelus. Tercium ratio-  
 nalis sicut creatura, attamen qz inuisibili-  
 biles sunt dicuntur infiniti in duratioe  
 certo modo dicitur infinitum secundum mag-  
 nitudinem, ut si linea uel corpus infra ter-  
 ram inciperet coelos transcurrere et supra  
 interminabiliter et dicitur infinitum qua-  
 titatue eoqz neqz prima pars mensurabili-  
 tas, neqz ultima illius est assignabilis  
 quarto modo dicitur infinitum secundum  
 multitudinem, ut si inueniret accurum  
 innumerabilem lapidum. ))

Sed est notandum, magnum esse discri-  
 men inter infinitum duratiois dei, et  
 angelus siue anima rationalis nam deus



non solum est eternus a parte post. et  
infinitus. verum et a parte ante. angelus  
verum et anima rationalis solum sunt  
eterni a parte Post. quia nature incorrupti-  
bilis. tamen in tempore creati fuerunt a  
deo. Deinde differunt quia duratio angelus  
et anime est cum subordinatione ad deum  
ut aut si uellet. omnes illos posset annihili-  
lare. ceterum duratio dei neque a sua pro-  
pria uoluntate dependet. Sed omnino  
simpliciter et absolute est eternus.  
Dixi deum posse annihilare angelos. non  
autem corrumpere. Nam cum angelus  
fuerit a deo creatus nulla presupposita  
materia. eius desinitio debet etiam esse  
nulla materia relicta. et idem dicendum  
est de anima.



## Additiones ad 4<sup>m</sup> Librum

Dubium Primum quod sit Vbi et  
in quotuplici differentia?

See conclusus contrarias contrarias sen-  
tentias. Vbi est aliquid reale a superficie  
differentia. et absolutum. Et a mobili dicitur  
in motu sicut motus a sua re. prima pa-  
ris probat motus localis est quidam actus  
realis. Et terminat ad ubi. ut docet Aristoteles.  
5. physicorum textu dicitur. ergo ha-  
bet aliquem terminum per illam productionem  
et specialiter probat in latrone. quod ex sen-  
tentia Aristoteles motus localis non termi-  
nat ad extrinsecum locum. tum etiam  
quod si daretur vacuum. in illo posset fieri si-  
ne loco acquisito motus. Et consequenter  
sine ulla termino. sicut non dicitur intrin-  
secum Vbi.

Secunda pars conclusus probat ubi  
producit per ueram actionem. sed ad re-  
lationem non dat actus. ergo ubi non est  
relatus. sed quid absolutum. / confirmat  
et quod fieri potest motus localis per quem  
nihil aliud praeter ubi acquiritur. ergo V-  
bi non est relatus. patet consequenter quod  
relatus semper producit ad productionem  
aliquam absolutam. antecedens etiam patet  
in motu primi mobilis in sententia Aristoteles.  
et ex motu in uacuo. per hos enim  
motus tantum producit ubi. neque acqui-  
ritur locus extrinsecus. qui tunc tunc est in  
uacuo. / Tertia pars conclusus probat  
per



per motum localem mutat realiter mo-  
bile. et aliter se habet q̄ prius. ergo habet  
aliquid reale. quod antea non habebat -  
de per consequens ~~consequens~~ ut  
colligitur ex argumentis separationis. Ubi  
erit distinctum a mobili. Ille tamen  
distinctio non est mutua. si quidem q̄uis  
mobile possit reperiri sine hoc Vbi. tunc  
tamen Vbi. sine mobili non potest. ergo  
est distinctum sicut modus a sua re.  
Circumsecundam partem dicendum est  
ubi sine presentiam localem esse dupli-  
cem circumscriptivam. et definitivam  
circumscriptiva est. quae res commensura-  
tur cum spacio. ut aut pars rei sit in parte  
spacii. et indivisibile rei. in indivisibili  
spacii. et tota res in toto spacio. Sed ad huc  
ista presentia potest subdividi in eam  
quia res ita commensurat spacio. ut non per-  
mittat ingressum alterius rei habentis  
similem presentiam in illo spacio: et in  
eam. quia res ita commensurat spacio. ut  
permittat ingressum alterius rei. Prior  
presentia est passiva quantitatis. posterior  
vero est presentia substantiva. nam en-  
titates simples habent diversas presentias  
seu distinctum Vbi. et quamvis tunc  
esset verum huiusmodi presentiam habe-  
re substantiva. si quantitate spoliaretur  
ut supra est animadvertendum.

Presentia seu Vbi definitivum est quae  
res ita est in spacio. ut sit tota in toto spa-  
cio. et tota in qualibet parte spacii. ut  
est



est anima rationalis in corpore humano  
 et sic etiam subdividitur in spiritua-  
 lem. ut in illam qua angelus est presentis  
 et in corpoream. ut in illam qua Christus  
 dominus presentis est in eucharistia ~~quamvis enim Christus corpus~~  
 vocat sic presentia definitiva ad distinctio-  
 nem modi. quia deus per suam essentiam ~~non sic ibi. tunc in lo-~~  
 est presentis toti spacio quod est totus in toto ~~et definitiva causa~~  
 et totus in qualibet parte. nam presen-  
 tia definitiva licet faciat rem presentem  
 totam alicui spacio. et totam cuilibet parti  
 non tamen facit rem presentem ~~totum spacio~~  
 sed limitat ~~in finito~~ spacio finito.

omni

Sed quæritur An sic presentia localis seu  
 ubi sit aliquid intrinsecum aut extrin-  
 secum respectu rei locata? Respondeo  
 modum intrinsecum. Sed contra hoc erit  
 sat discrimen inter modum intrinsecum  
 et extrinsecum, quod hic potest naturaliter  
 separari a subiecto, quare modus se-  
 deri potest quando Patrus naturaliter  
 surgit. At vero modus intrinsecus ut  
 substantia et intelligentia. non potest  
 naturaliter perire non per eunte subs-  
 tantia. aut accidente, quamvis super-  
 naturaliter possit. ergo vel dicendum  
 est quod presentia localis non est modus  
 intrinsecus. vel quod quando corpus tra-  
 sit ab uno loco in alium. non perdit præ-  
 existentis ubi.

Respondeo duplicem esse modum etiam intrin-  
 secum. alius enim dependet ab uno prin-  
 ci



corpus aliud uero a duplici. Primus est  
subsistentia, quae dimanat a sola subs-  
tantia. Secundus est inherens, quae  
non solum dimanat ab accidente, ue-  
rum et a subiecto dependet, taliter ut  
simpliciter sit necessaria ad inherenti-  
am actualem forma accidentalis, et  
subiectum illius. Unde subsistentia  
si perire potest mutatione substantiae  
aut uero inherens et mutatione acci-  
dentis, et mutatione subiecti cui in-  
gretur primo modo in sacramento altaris pa-  
tet: quia tunc conseruat quantitas mira-  
culose sine ullo modo inherendi. Secun-  
do modo per corruptionem subiecti, quia  
do non solum inherens, uerum et ipsa  
forma accidentalis perit.

Hoc posito dico quod cum ubi sit modus  
et non solum dependeat a re locata, sed  
etiam a locante, quolibet uariato, uari-  
at etiam ubi: et sic non solum miracu-  
lose, sed etiam naturaliter, quia ubi  
distinguitur praesentia localis ad inheren-  
tia, nam per inherentiam accidens ac-  
cipit esse a subiecto, et conseruat sim-  
pliciter. Et sic a solo deo potest sine  
subiecto conseruari, ceterum cum per lo-  
calem praesentiam, corpus non accipiat  
esse simpliciter, sed tantum secundum  
quid, potest naturaliter mutari localiter,  
et consequenter praesentialiter si-  
cut dicimus de cubo ad uitam et de equo  
ad



ad itinerandum, nam sine illo solum vi-  
uimus supernaturaliter. Sine hoc uero  
naturaliter itinerare possumus.

1. Sed contra, ergo quæritur admodum potest  
iter agi naturaliter sine equo, ut si  
ne ubi existeret poterimus. R. negando  
consequentiam, nam ex nostra solutione  
tantum sequitur posse esse naturaliter sine  
hoc uel illo ubi. Non tamen sine aliquo  
quem admodum ex eo quod equus non sit ne-  
cessarius simpliciter sequitur quod sine equo  
possimus absque Romam, ceterum non  
sine deambulatione aliqua.

Sed Rogabis num istæ quattuor presen-  
tiæ distinguantur specificè?

Dico primo ubi est ratio generica respec-  
tu cuius cuiusque presentie. probatur, quod quæ  
ad modum bene sequitur est homo uel e-  
quus, ergo est animal, ita ualeat existit  
circumscriptione aut definitiue, ergo ha-  
bet ubi cationem. Et quem admodum ab  
animali ad humanum non ualeat affirma-  
tiue consequentia, quod potest esse formica  
ita ab ubi ad presentiam definitiuam  
non ualeat, quod potest existit circumscrip-  
tiue.

Dico secundo presentia definitiua  
distinguitur essentialiter a circumscriptione  
probatur, quod circumscriptione petit ex natu-  
ra sua subiectum diuisibile, sed accide-  
ntia que sunt eiusdem speciei, non requi-  
runt conditiones, aut subiecta essentialia.  
Sicut distincta, ergo

¶ Dico



Dico 3 etiam presentia circumscriptionis  
distinguntur essentialiter. probat eodem  
fundamento nam prima petre subiec-  
tum pugnat cum ingressu alterius.  
Secunda vero potius illum admittit. ut  
substantia. ergo distinguntur essentialiter.  
Sed dices admittere consortium  
vel illud excludere provenit a quanti-  
tate et a substantia ergo non a presen-  
tia. ergo quamvis subiecta locata distin-  
guantur essentialiter. non tamen presen-  
tia. **P**ro q. cum accideris accipiat to-  
tum esse a subiecto. Et ab illo individue-  
tur. Si subiectum est essentialiter dis-  
tinctum. non mirum q. etiam accideris dis-  
tinguamus. nam nos bene colligimus  
intellectum distinguimus essentialiter a po-  
tente visiva. ex eo q. ille potest sub-  
iectum spirituale. hinc autem materiale  
ergo similiter colligimus presentiam  
circumscriptionem excludentem conso-  
rium alterius corporis essentialiter diffe-  
re a presentia non excludente. ergo ut  
~~videtur~~ accidentia eiusdem ordinis non admit-  
tent subiecta diversa essentialiter. tunt

Dico ultimo etiam illa duo presentia  
diffinitiva distinguntur essentialiter  
probat q. prima petre subiectum spiri-  
tuale. quale est angelus. secunda mate-  
riale quale est corpus Christi. ergo.  
Deinde. distinguntur q. presentia diffini-  
tiva angelus tribuit ipsum diffinitivum et de-  
terminat. ut quamvis in minoribus spacio  
pos



possit existere non tamen in maiore un-  
de tantam quantitatem posset habere  
corpus humanum. ut quod ad omnes par-  
tes non informaret animam rationalem.  
ac praesentia diffinitiva corporis Christi  
domini, non sic definit corpus Christi.  
inter quantum communis hostiae, ut non  
possit in minoribus, et maioribus: immo et in  
pluribus existere praesentialiter ut docet  
fides?

Dubium 2. Vm omnia quae  
sunt in re natura existant  
in loco?

Imprimis certum est nihil posse produci  
quod non sit in aliquo ubi quod nihil po-  
test in re natura concipi quicquid pro-  
pinquum, vel distans, sed non potest dis-  
tare, neque esse propropinquum, quicquid a  
licubi, ergo dicendum est omnem re o-  
mnem esse creatam habere suum ubi  
probat secundo quod deus debet esse praesens  
omni quod ab eo producit, ergo et omne  
productum debet esse deo praesens, ac ex  
consequenti habere ubi.

ex hoc et ex dictis in precedentibus consi-  
tat omnes creaturas, siue corporeas siue  
incorporeas praesentes esse alicui loco reali  
vel imaginario per praesentiam localem  
Sed contra quod sepe docet dominus Thomas. 1.  
q. angelos non esse in loco proprie sed a-  
busive. Unde discipuli eius asserunt an-  
gelos nullibi esse nisi dum operantur.

Sed



Sed sic et Thomae sententia multum  
non placet, quod deus est praesens extra coe-  
lum spacijs imaginarijs. Et ibi nihil o-  
peratur, ergo bene potest esse angelus pre-  
sens absque ulla operatione. probat ante-  
cedens quod siue deus est eternus, est etiam  
immensus, sed per eternitatem non solum  
est praesens temporibus, sed etiam tem-  
poribus imaginarijs fuit praesens ante con-  
stitutionem universi, et erit post finem  
illius, ergo similiter per immensitatem  
est praesens spacijs imaginarijs.  
Confirmatur, si operatur esset ratio for-  
malis substantijs spiritualibus ut existe-  
rent in loco, etiam deus cum aliquid ope-  
ratur ad extra ratione operationis dicere  
et esse in loco, quod minime dicendum est.  
Secundo Angelus et Anima beatorum vere  
sunt in loco ubi nihil circa locum opera-  
tur. Ad hoc quidam respondent angelos  
et animas beatorum esse in celo quod or-  
nant illud. Sed contra quod ides ornantur  
solum, quoniam sunt in illo, neque potest  
concipi alius modus ornandi eorum. Un-  
de prius natura est esse in celo quod illud  
ornare. Aliter Respondent alij spiritus  
esse in celo per quendam attentionem  
circa illud. Sed hoc non habet eorum doc-  
trina sancti Thomae, quam isti auctores de-  
ferre conantur, quod attentus est alius im-  
manens, et dicitur Thomas loqui de ac-  
tione transeunte. Praeterea eiusmodi at-  
tentus potest versari circa loca distantissi-  
ma



ma ad es inquis est angelus // Ad dimum  
 autem Thomam Respondeo. angelus non di  
 ci esse proprie in loco extrinseco reali cum  
 non habeant quantitatem. ut per illam  
 cum superficie extrinseca commensurent.  
 Nihilominus metaphorice et improprie  
 per operationem et applicationem circa  
 rem quantam posse dici esse in loco reali  
 extrinseco. et hoc volunt sancti patres  
 allegati a Thomis. Neq; aliud potest  
 intelligi. Non tamen negant habere  
 presentiam spirituales diffinitivam.  
 Deinde dico supremum celum non esse  
 in loco extrinseco reali actu. q; non circu  
 dat aliud corpus. est tamen in potentia  
 q; non repugnat supra celum empyre  
 um creari aliud corpus

Ultimo dico supremum celum habere  
 locum intrinsecum realem. scilicet pre  
 sentiam localem circumscriptionem. etia  
 si non habeat locum extrinsecum rea  
 lem. probat argumentis prime supposi  
 tionis. quib; probavimus omnes res ex  
 istentes debere esse in aliquo loco. que  
 in existat circumscriptione consistat ex eo  
 q; est quantitativum.

Dubium. 3. Utrum unum cor  
 pus possit existere in diversis  
 locis simul. vel in uno loco

~ Duo corpora ~

circa posteriorem partem huius dubij  
 certum est duo corpora naturaliter non  
 posse penetrari. neq; circa hoc dubium  
 esse



esse potest. et de potentia dei quidam id <sup>immo</sup>  
possibile negauerunt. quod probant. quod  
quantitas ex sua essentia dicit actuali-  
ter esse impenetrabilem. at deus non po-  
test rem sine propria essentia conserua-  
re. ergo neque quantitatem sine impe-  
ne-trabilitate.

Notandum tamen est pro uera senten-  
tia actuali penetratiorem proxime  
omni a presentia circumscripta. licet  
radicaliter omnia a quantitate. quod ex  
illa nascit presentia. et iste effectus impe-  
ne-trabilitatis actualis est effectus secun-  
darius ~~presentia~~ <sup>rem</sup> nam primarius est ex-  
tendere ~~quantitatem~~ <sup>eius</sup> ita ut pars quanti-  
tatis correspondeat parti spacij. et tota qu-  
antitas toti spacio.

quod supposito dicendum est duo corpora  
posse diuina uirtute penetrari. probat  
quod non implicat contradictionem. pro-  
bo antecedens. nam actualis impenetra-  
tio. ex nullo alio capite potest prouenire  
nisi ex incapacitate quadam quantita-  
tis. et potentie receptiue illius ad recipien-  
dam presentiam in eodem spacio. in quo  
est aliud corpus: et etiam est ex impo-  
tentia quadam potentie locomotiuæ ad  
produccendam huiusmodi presentiam.  
Sed deus potest utramque potentiam effec-  
tuam scilicet et receptiuam presentie  
eleuare. ergo potest facere ut duo corpa  
penetrarentur. pro minore quod duritia  
et fugiditate magna potest deus eleua-  
re



re potentiam receptivam aquae ut reci-  
piat calorem. et effectivam caloris ut ca-  
lorem producat in aqua. ergo similiter //  
potente deus elevare quantitatem, ut in-  
se recipiat aliam, cum quia habet contrari-  
etatem. Hæc sententia corroboratur pluri-  
mis mysterijs fidei nostræ. præsertim nati-  
vitas Christi domini. Resurrectionis. et  
ascensionis ipsius. Item constat ex illis  
verbis ianuis clausis stetit in medio discipu-  
lorum quod sine actuali penetratione  
fieri non potuisset.

Circa primam partem dubij advertendum  
est. non esse questionem de præsentia  
diffinitiva inter catholicos trans eun-  
dem fidem. idem corpus Christi domini  
de facto est pluribus in locis, immo et in  
sententia adversariorum circumscriptione  
existit in eis. et diffinitive in sacramen-  
to altaris. Unde solam inquirunt. Vtrum  
idem corpus in diversis locis præsentia cir-  
cumscriptione possit existere.

Prima sententia est negativa Dni Thoma.  
et Bonaventuræ. Et probat primo  
hoc corpus sic constitutum esse unum in-  
divisum. et ita esse indivisum a se. et  
ex alia parte. cum in duplici loco esset a  
se esse divisum, quæ sunt contradictoria.  
Secundo quod de ratione essendi in loco  
est. quod locatum non sit extra illud. ergo  
locus semel in loco constitutum non potest  
extra illum in alio esse.

esse enim diffinitive  
in loco est locus finis  
et concludi sic quod  
tunc esse locali sit in  
loco illo quamvis  
retur in qualibet  
eius parte, et tunc  
hic modus proprius  
substantie. cui esse  
circumscriptione con-  
venit per quantita-  
tem. ulla enim par-  
ticularia quæ solent ad-  
di ad esse in loco  
diffinitive. scilicet quod  
taliter sit hic. quod non  
alibi. intelligenda  
est naturaliter. vel  
sic. quod nulla pars lo-  
cati sit quæ in tali  
loco non continetur

Hæc



Haec duae rationes si aliquid probarent.  
etiam convincerent, unum corpus non pos-  
se esse in duplici presentia definitiva,  
vel in uno presentia definitiva, et in alio  
presentia circumscriptiva, quod est contra  
presentiam sacramentalem Christi domi-  
nij. Et de prima ratione patet, quod Christus  
est in duplici loco ergo esse divisus a se.  
Praeterea si pluralitas loci esset causa divi-  
sionis simultaneitas loci esset per oppo-  
situm causa indivisionis. Et sic duo cor-  
pora penetrata essent idem, quod est fal-  
sum, quare Deus divisorem non sumit  
a loco, sed ab entitate quae est una etiam  
si constituat in duplici loco.  
Secunda ratio videtur etiam probare Chris-  
tum dominum non posse esse extra coelum  
semel in illo constitutum, quare respon-  
deo de ratione presentia locali tantum  
esse facere corpus ubique spacio presens abs-  
trahendo quod sit, vel non sit in alio loco.  
Tertio probant adversarii quod corpus consti-  
tutum in duplici loco esset aequale loco du-  
plo se maiori, et sic esset aequale et inae-  
quale alteri, antecedens probat, nam  
corpus et locatum sunt aequalia, ergo si  
locatum est in duobus locis, illa duo loca e-  
runt aequalia locato, quae maiora sunt illo  
sic ratio quamvis non possit retroqueri  
contra presentiam Christi videtur tamen  
probare corpora penetrari non posse, nam  
si illa ratio efficax est, sequeretur locum  
in quo sunt penetrata, esse illis aequale et  
inaequale, quare Respondeo in corpore Chris-  
ti



titudo in locis duas equalitates. vel ineq-  
 ualitates esse considerabiles. alteram se-  
 cundum quantitatem: alteram secundum  
 presentiam. ac proinde dicendum est illud  
 corpus secundum quantitatem quale  
 esse univo. & ineguale duplici. Secun-  
 dum vero presentiam esse quale duobus  
 locis, et maius univo. ex eo enim q. una  
 ultra lignea plures ulnas pariter mensu-  
 rant. non sequitur tantam quantitatem ha-  
 bere in se librariam albam ligni, quantum  
 sunt ulne passiva pariter. Illud autem  
 corpus in quantitate est univo. et sic est  
 quale univo, vel pluribus divisione. et  
 si multiplicentur presentia. presentialiter  
 erit pluribus locis quale.

Sed adversus hanc solutionem dices. tota  
 equalitas. vel inegalitas quantitatis pro-  
 venire a presentia. et non a quantitate.  
 ergo si illud corpus simul habeat plures  
 presentias mensurabitur simul pluribus  
 locis. antecedens probat in libra cereae. quae  
 si condenset erit palmaria: et si cum calo-  
 re rarefiat erit ulnaria.

Per distinguendo antecedens. & qualitas  
 actualis provenit a presentia concedo. ra-  
 dicalis nego. Itaque mensuratio vel sub-  
 latitudinem. vel sub profunditatem actu-  
 aliter provenit a presentia. nam dum est  
 rarefacta versus latitudinem. potius q. ver-  
 sus profunditatem mensuratur. neq. ma-  
 ior est dum rarefit. q. cum condensat. sed  
 pars quae erat in profunditate exit ad su-  
 per



perficiam. Et inter partes et partes ingredi  
unt qualitates corporee caloris. Unde di  
co illud corpus actualiter commensurari plu  
ribus locis. Secundum pluralitatem presen  
tiam. immo secundum pluralitatem  
quantitatum, quod reuera una quantitas ta  
tum est. Dices uel ille presentis sunt  
cum quantitate, uel sine illa, sicut illa  
ergo est quantitates quae presentia, si si  
ne illa ergo iam illud corpus non est in  
pluribus locis, sed dumtaxat erunt plures  
presentia phantastica.

Res. q. <sup>sicut</sup> unus effectus potest provenire a  
duplici tota causa, immo et a multiplici  
et dependere equaliter, et totaliter ab  
omnibus. ita hoc corpus erit unum et a  
pluribus presentibus localiter dependens.  
ad quod facit quod supra diximus unum  
subiectum posse informari a pluribus  
formis distinctis rursus miraculo se  
sine eo q. ex multiplicitate formarum se  
quat multiplicitas subiectorum. itaque  
unum corpus posse consisti duplici in loco  
divina uirtute. nam et multi ex his qui  
contrarium affirmant libenter admittunt  
angelum et animam posse esse in duplici  
loco discontinuis, immo implicabit idem  
corpus esse in duobus locis discontinuis. et  
quoniam alij negant angelum posse esse  
in duplici loco discontinuis, admittunt  
tamen posse esse naturaliter in duplici  
loco continuo. Et tunc infero quare ergo  
unum et idem corpus non poterit esse natu  
ra <sup>super</sup>



raliiter in duobus locis discontinuis. ut e-  
 nim docet Augustinus Lib. de cura pro mor-  
 tuis. cap. 56. Alij sunt limites humanarum  
 rerum. alia diuinarum signa virtutum; a-  
 lia que naturaliter. Et alia que mirabi-  
 liter fuerunt. Secundo probat diuinus effe-  
 ctus. qui potest perire a duplici causa diu-  
 inarum virtutum. 3. probat qd plurimus Christi  
 dormiti apparitionibus. praesertim illa  
 qua apparuit dno Paulo eunti Damas-  
 cum; que apparuit rursus dicenda falsa  
 per angelum. quod constat ex eodem Pau-  
 lo. 1. corint. 5. ubi oculatus enumerans  
 testes resurrectionis dominice dicit, tandem  
 inuissime, tanquam abortiuus visus est michi  
 et ex alia parte constat. ex cap. 3. ad huius  
 apostolum Christum nunquam deseruisse esse  
 tunc post ascensionem tunc tunc Christi  
 erat duplici rebulo. Verba actuum sunt  
 Petri dicentis, quem oportet uel uis susci-  
 pere usque in eternum resurrectionis. id est  
 usque in diem iudicii. Unde nihil peculi-  
 atate diceret sanctus Petrus de aduentu do-  
 mini in die iudicii si in alijs apparitionibus  
 reliquisset ueliam. sicut tunc relinqueret  
 Sed quare qualis est modus quo idem cor-  
 pus potest collocari a deo in diuersis locis?  
 Ad quod Responderemus duobus modis id  
 fieri posse. scilicet uel per reprodutionem  
 corporis in alio loco; uel per motum localem  
 ita ut non deserat locum quem antea ha-  
 bebatur ad modum quo anima rationalis  
 informat corpusculum infantis et hominis  
 perfecti non relinquerit priorem locum ~

Ro



Rogabis tamen Vtrum idem corpus  
in pluribus locis constitutum debeat ha-  
bere utrobique eadem accidentia?  
Pro cuius solutione advertendum est  
accidentia esse triplicia. alia enim sunt  
quae dependent a loco. ut relatio distan-  
tiae et propinquitatis, de quibus constat  
non posse esse ubique. corpus enim exis-  
tens Roma non potest proximum esse  
Salamanca dum Roma existit. Alia  
sunt quae habent necessariam conexio-  
nem cum subiecto. et sunt passiones et  
suis. de quibus dicendum est supposito  
primo miraculo conaturali esse. ut is-  
ta accidentia sint in duplici illo loco. quia  
passio semper sequit essentiam. Vnde  
Cominus sicut deus potest subtrahere  
concursum. ut quando aliquid producit  
non producat eius passiones. sic potest  
facere. ut reproducat corpore eius passio-  
nes non reproducat subtrahendo con-  
cursum re hoc fiat. quod erat conaturali  
le primo miraculo. Et idem potest deus  
facere. quando corpus mouet. non relin-  
quens primum eum. non tribuendo su-  
um concursum. ut passiones moueant.  
et His verbis quid sit tenendum de  
alijs accidentibus quae non sunt passiones  
eadem enim est de illis ratio. quia cum  
cum corpore non habeant necessariam  
conexionem.  
Sed Arguit contra. darent enim duo  
contradictoria simul vera. Nam possemus  
di



Dicere Hoc corpus est calidum si appropin-  
quet igni existenti Roma. et hoc corpus  
non est calidum si appropinquet rivi exis-  
tenti Salamantica. Et similiter hoc corpus  
est album quatenus existit Salamantica  
et hoc corpus non est album quatenus  
existit Roma.

Respondes utarum esse contradictoria  
quod transiunt eiusdem de eodem. neque enim  
sunt de eodem loco. unde et iste transitus  
contradictorius. In sequaria sunt pisces, in  
sequaria non sunt pisces, quod transitum.  
Et secunda propositio de eadem parte  
subiecti, vel de eodem loco. et similiter  
predicta propositiones non sunt de eadem  
presentia

De Tempore Dubium Primum  
Utrum tempus sit ens Reale.

Sit conclusio, tempus formaliter quod  
ad suas partes est ens reale. sive secun-  
dum suam essentiam, sive secundum  
suas passiones. Probatur primo. tempus  
est vere species quantitatis, ergo est ens  
reale. Secundo quod est realis physica  
mensura, ergo ens reale secunda quantum  
intellectus operatione. 3. quod si in nullo  
intellectu creato est dilatio motus, eius  
quod tarditas et velocitas, ergo in nullo  
intellectu creato est tempus, patet con-  
sequenter, quod tempus nihil aliud est quod  
duratio motus. et non potest habere  
tarditatem, vel velocitatem sine tem-  
pore // Sed contra arguitur primo il-

Sed



illud compositum non est ens reale. //  
cuius partes non sunt extra intellectum //  
sed partes temporis non sunt extra in-  
tellectum. scilicet preteritum et futu-  
rum. ergo tempus non est ens reale.  
Confirmat tempus nihil aliud est qm  
prius et posterius in motu. sed hęc sō  
sunt distinguuntur per apprehensionem  
ergo pendunt ab intellectu. Et consequē-  
ter tempus quod in illis consistit est ens  
rationis.

Pr q, quamvis partes temporis non exis-  
tant simul. exhibent tamen realiter in  
quodam fluxu. et successive unice in-  
divisibily. quod sufficit ad realitatem en-  
tis successivij. quia est tempus.

Sed contra q, habet suam simultatem  
per intellectum apprehendentem ac si  
essent simul. ergo est ens rationis

Respondet q, aliud est existentia suc-  
cessivorum. et aliud simultaneitas q,  
existentia successivij realis est. ac si  
simultaneitas non est realis. Et cum enti-  
tas rei. non sumatur a simultaneitate  
partium. alias nec motus esset ens reale  
non enim habet partes simul. sed ab ex-  
istentia. ) Ad confirmationem Respi-  
det q, licet prius et posterius in motu dif-  
ferant sola ratione. nihilominus sunt  
naturę reales. Et per consequens tempus  
quod in illis consistit erit ens reale. q,  
bene stat aliqua distinguiraone. Et  
nihilominus esse entia realia. ut in o-  
mni opinione animal et homo differunt



solvatione et sunt contra realia. // Sed  
 curio arguit. si tempus esset ens reale.  
 esse<sup>2</sup> affectus rerum corruptibilium. et es-  
 set corruptibile. sed hoc est falsum. pro-  
 bo mirum. qd si corrumpit tempus. vel  
 est in se. vel in alio. non in se qd simul  
 esset eternum. esset qd est mensura  
 quafit corruptio. non esset qd corrumpit  
 neqz in alio extrase. qd sequer qd essent  
 duo tempora. equalia se includentia.  
 Respondet notando qd cum tempus sit pas-  
 sus motus. quemadmodum motus est  
 duplex. alius horum inferiorum; et alius  
 primi mobilis. ita tempus est duplex a  
 lio primo mobilis. et aliud horum infe-  
 riorum. Dico igitur qd tempus horum inferiorum  
 incipit in quodam instanti temporis primi  
 mobilis. et desinit in alio instanti eius-  
 dem. Unde neqz incipit. neqz desinit in se  
 vel in alio tempore extrinseco sibi equo-  
 s. sed in alio superioris nempe in tempore  
 primi mobilis. quod incipit et desinit in  
 instanti. Et si inquiras in quo incipiat  
 illud instans? Rqz incipit simul cum mo-  
 to. quando creatum fuit; non quidem in  
 alio instanti prout realis. sed tantum i-  
 maginario. et hoc illi sufficit: sicut pri-  
 mum mobile est qd est primum. non requi-  
 rit qd sit in alio loco reali. sed tantum i-  
 maginario; ut in ipso omnia locentur. i-  
 ta similiter dicendum est de inceptione  
 illius primi instantis.

III.



Dubium secundum Vtrum  
tempus distinguatur realiter  
a motu?

Nominales asserbant tempus esse idem  
cum motu re. et ratione. Sed hoc sustine-  
ri non potest: quia quando aliquasunt idem  
etiam ratione quod quid verificatur de uno  
verificatur de alio ac quaedam predicata  
verificari de motu. et non de tempore.  
ut quod sit tardus, uel uelox. ergo aliquis  
modus debent distinguere.

Alia opinio fuit Terenziensis. A phys  
q. q. asserentis tempus a motu realiter  
distingui. Sed et haec sententia falsus est  
primo quia duratio rei non distinguitur ab  
ipsa re cuius est duratio. ut patet de  
certitate respectu dei. et de eius respec-  
tu angel. ergo tempus quod est dura-  
tio motus non distinguitur a motu rea-  
liter. Secundo quando sunt duo entia  
in actu absoluta et distincta realiter  
potest deus unum separare ab alio. sed  
tempus et motus non possunt separari  
ab invicem. ergo. proba minus rem. quia  
non potest reperiri motus sine priori et  
posteriori. ac prius et posteriori motus sunt  
ipsum tempus. ergo. ~~Ma~~ prius sine tempo-  
re nequit reperiri. Dicendum ergo erit  
tempus differre formaliter a motu. pa-  
tet a sufficienti. quia non differet solacatio.  
ne. nec tanquam res a re. Ita dicitur Thom-  
as huius. tex. 99.

Sed



Sed arguit Ferrara pro sua sententia primum quod Aristoteles reprehendit eos qui affirmabant motum vel esse tempus vel quemlibet alium motum. et tunc esse motum. Sed aliquid ipsius motus - et reddere rationem, quod in coelo sunt plures circulationes. Et non est nisi unum tempus. Sed revera Aristoteles tantum voluit tempus et motum distinguere formaliter.

Secundo arguit. mensura differt realiter a mensurato. sed tempus est mensura motus. ergo differt realiter a motu. Item effectus distinguitur realiter a causa sed motus est causa temporis quatenus fluit ex principiis motus. sicut passio a principiis subiecti. ergo.

Respondet distinguendo maiorem de mensura extrinseca concedo qualis est ultra respectu partium. Si tamen intelligatur de mensura intrinseca nego. quod quum est mensura intrinseca angelorum nec differt realiter a mensurato. ac proinde cum motus vel mensurae tempore utriusque mensura et accidenti sibi intrinseco non est necesse quod distinguatur realiter ab illo. / Ad confirmationem Respondet. quod quando motus dicitur causa temporis. videtur intelligendum de causa secundum rem. sed solum secundum rationem et presuppositionem. quemadmodum de immutabilitate dei dicimus esse causam  
 suam



sua eternitatis | 3. Arguit motus re-  
perit in his inferioribus, Tempus autem non  
nisi in celestibus ergo non sunt eodem realiter  
Deinde si tempus esset eodem quod motus  
sequeretur necessarium moveri omne quod est  
in tempore, quod movetur omne, quod est in  
motu, ergo similiter omne, quod est in  
tempore, hoc autem est falsum, quod qui  
esens est in tempore, et tamen non mo-  
vetur.

Ad primum huius. Respondendo tem-  
pus esse solum in motu primi mobilis  
in quo quicunque motus habet annexam  
sibi intrinsecam suam durationem.

Ad aliud dico Aristotelem textu. 118 so-  
lum dixisse tempus a motu formaliter  
distingui, quia tempus solum per accidens  
est mensura, scilicet ratione motus, mo-  
tus autem mensurat per se tempore, quod  
eadem est mensura oppositorum, ut  
lucis eadem est potentia, qua percipimus  
lucem, et tenebras.

Dubium Ultimum Utrum  
vnum est idem instans sit in toto  
Tempore?

Solutio quest. 4. dub. 3. assent esse unum  
nunc, seu instans in toto tempore, et  
cuius fluxu sit tempus; quemadmodum  
mathematici dicunt. Sicutam fieri ex  
fluxu puncti in longum. Sed hec senten-  
tia alijs non placet, quod quamvis matem-  
tica, et secundum nostram consideratio-  
nem possit admitti, mirum tamen phy-

Si



sic et realiter quod nullum indivisibile  
 potest moveri ut dicitur in 6. physicorum  
 ac fluxus realiter et physice est motus  
 ergo non potest tribui indivisibili  
 Desinde implicat omnes partes lineae co  
 pulari unius puncto. ergo et omnes par  
 tes temporis unius instanti iunguntur. et  
 denique illud instans extrinsecum est quod  
 fictivum. quod indivisibilia nequeunt se  
 parari a continuo. ac illud instans ex  
 trinsecum esset separatum a tempore  
 quod idem dicit extrinsecum ergo.

quare ducendum plura instantia dari co  
 tinuantia partes temporis. ac proinde pre  
 sens nunquam esse distinctum a nunc quod  
 fuit. probat illa sunt simul tempore  
 que sunt in eodem instanti. ergo si unum  
 instans est in toto tempore sequitur quod fac  
 ta ante mille annos. et que tunc fiunt  
 simul esse dicantur. cum sint in eodem ins  
 tanti. quod licet habeant verum respectu  
 totius eternitatis. quod omnia in eternita  
 te existunt simul. non tamen dici po  
 test de tempore successivo.

Dices si est aliud. et aliud instans in tem  
 pore. aut sunt instantia immediata  
 unum post aliud. aut inter illa mediat  
 tempus. sed neutrum horum est verum  
 ergo. probatur minor. quod si post unum ins  
 tans sequitur aliud instans immediate.  
 tempus constaret ex indivisibilibus. quod  
 ad multum non potest. Si autem post quod  
 libet instans sequitur tempus. ergo tem  
 pus non est ens successivum. sed perma  
 nens. patet quod cum quolibet pars tempo  
 ris



97  
ris sit continua. atq; ad es infinite di-  
uisibilis. Si una pars temporis est nunc  
in presenti plures partes temporis e-  
runt simul. atq; ad es tempus erit  
permanens. q; in hoc sita est essentia  
Sic differentia inter permanens et suc-  
cessivum; q; partes permanentes sunt  
simul. partes vero successivi minime

R. q; post unum instans non sequi-  
tur immediate aliud. sed pars tempo-  
ris quasi imperceptibilis pro sua par-  
vitate. neq; hinc sequitur q; sit perma-  
nens. q; de ratione permanentis est  
ut omnes eius partes sint simul. aut  
simul esse possint: ac partes temporis  
simul esse nequeunt preteritum scilicet  
et futurum. quamvis aliqua pars  
temporis exigua existere videatur.

Ex quibus constat q; in eodem instanti  
temporis in quo deus creavit celum. et  
primum mobile cepit. et tempus men-  
surare illud. et consequenter non fini-  
et tempus nisi deficiat motus mobi-  
lis.



Additio sumaria circa  
quattuor ultimos libros  
Physicorum -

quamvis in nulla ex aliis dicitur  
petamus circa quattuor ultimos phy-  
sicorum libros aliquantibus subtilius cum  
breuitate tamen adhuc examinanda  
se offerunt.

In quinto libro iam diximus Aristotelem o-  
gere de speciebus motus. in 6. de partibus  
integrantibus ipsius motus. in septimo au-  
tem et octavo libro agere de partibus motus  
et specialiter in 8. de unitate et eternitate

Primum ergo Dubium sit quod pac-  
to motus a mutatione distin-  
guat. et quae conditiones re-  
quirant ad illum. //

Nomen motus accipi potest triplici-  
ter. Primum in latissima significatione  
prout significat quamcumque aduersionem  
uel uiam ad terminum. Secundum magis  
late prout significat transitum subiec-  
ti de termino a quo, ad terminum ad  
quem. Tertium stricte et in particulari  
prout tempore fit successive: et in  
hac significatione tantum de eo loqui-  
mur in presenti; Inquirimus quomodo  
modo distinguat a mutatione.

Dico igitur primum motus proprie dictus  
distinguit a mutatione in hoc, quod ille per  
se postulat fieri successive, et in tempore  
at



At uero mutatio de se e' insuaratione  
firmata. solum dicit q' per illam subiectu  
aliter e' abcat. abstrahendo a fieri in  
tempore. uel in instanti. et ita quan  
do q' e' instantanea. quando q' fit in  
tempore. est autem hec differentia es  
sentialis. nec tamen pertinet ad diuer  
sa predicamenta. sicut de differentia sub  
alterna. dicimus in logica. q' auteme  
iusmodi d' abcatu inter instum et mu  
tationem sit essentialis probat' a pro  
ri q' instum proprie dicitur neq' esse. ne  
q' concipi potest sine successione aliqu  
mutatio uero et esse et concipi sine  
successione ualeat.

Dico secundo tres conditiones sunt neces  
sarie ad motum. Prima q' sit uera actio  
predicamentalis. et q' presupponat sub  
iectum existens prius tempore; tam  
cum priuatione motus q' terminu pro  
ducendi per illum. Hec conditio comu  
nis est etiam mutationi q' peruenit  
6 et eorum subiectum transit a termi  
no a quo. ad terminum ad quem erat  
in potentia cum priuatione

Secunda conditio necessaria ad motum  
est q' sit inter terminos positus contra  
rios. Procius conditionis intelligentia  
notandum est. q' contrarietas in philo  
sophia est duplex, propria numerum et  
impropria. contrarietas propria est que  
reperit' in e'formis. que sub eodem ge  
nere maxime distant. et ab eodem subiec  
to.



tu mutuo se expellunt, qualis est illa quae  
 commiter assignat, inter calidum et  
 frigus: inter nigredinem et albedinem  
 etc. Contrarietas impropria nihil ali-  
 ud est, q̄z impossibilitas, et repug-  
 nantia inter aliqua extrema: et fieri  
 sua potest distinguere, nam quaedam est  
 impossibilitas duarum formarum, aut  
 habitus cum sua privatione, alia im-  
 possibilis est orta a multitudine  
 partium, quae in forma aliqua, propter  
 distinctam rationem, aut determinatam  
 oppositionem in gradibus, non potest si-  
 mul produci ab agente; aut a mobili  
 per transitum.

Haec distinctio posita. Dicendum est  
 q̄ ad motum proprie dictum, non sufficit  
 nec requiritur quaecumq; contrarietas  
 sed sola illa quae nascitur ex multitudine  
 partium, quae non possunt simul produci  
 ab agente, nec pertransiri a mobili, ac  
 q̄ ad hoc ex natura sua postulat produci  
 successive per motum proprie dictum, ita  
 ut subiectum transeat successive a  
 termino a quo ad terminum ad quem  
 Tertia et ultima conditio principaliter  
 requisita ad motum, est q̄, sit via ad  
 terminum, quae sit forma per se divisibilis  
 et habens talem multitudinem partium  
 vel habitudinem, ut ex sua natura pe-  
 bat successive acquiri, et fieri per ipsum  
 motum: nam multae sunt, quae habent  
 divisibilitatem partium, et possunt ins-  
 tanti produci, ut constat in substantia in



Summe et Alijs. Unde propter partes diuisi-  
biles requiritur qd terminus ad quem da-  
tur motus habeat talem partium multi-  
tudinem, ut ex illa oriatur successus immo-  
tus. Hec autem successus in motu proue-  
nit, uel ex eo qd adsit aliquod contrarium  
propter cuius resistentiam subiectum non  
potest de uno termino transire in alium  
nisi successiue ut constat in ligno fri-  
gido respectu caloris introducendi, uel se-  
cundo potest dari talis successus, ex eo  
qd terminus habeat talem distantiam par-  
tium, ut simul percurrere non possint ab  
agente. sicut patet in quantitate et spa-  
cio per quod fit motus localis. ))  
ex quibus constat dari per se motum ad a-  
liquam rem, nihil aliud esse, qd termina-  
ris ad rem, que diuisibilis est, et talem  
habet multitudinem partium, aut distan-  
tiam, ut ab agentibus simul uinci aut per-  
currere non possint ))

Sed Dubitabis ad quas res  
datur per se motus? ~

Prima conclusio ad substantiam non  
datur per se motus. probat qd quamuis  
substantia habeat plures partes monta-  
men sunt tales que possident successiue  
produci, sed hic habent ratione quantita-  
tis, ergo solum per accidens et non per  
se datur motus ad substantiam.

Sed contra una forma substantialis non  
contrariatur alteri, ergo nullus reperit fun-  
damentum sufficiens ad produktionem suc-  
cessiuam, et consequenter ad motum ~

Res



Respondetur. q. cum de ratione substantia  
 sit carere contrariis formis substantiales  
 non contrariantur per se sed per accidentia  
 quibus sunt affectae. Sed nihilominus con-  
 tra se stat q. ad substantiam deo per se mu-  
 tatio. nam ad hanc sufficit q. subiectum  
 aliter se habeat q. prius. materia autem e-  
 prima aliter se habet adueniente forma  
 nova. q. antea ac proinde mutatur. ~ |  
 Secunda conclusio ad quantitatem da-  
 t' per se motus. Loquimur de sola quan-  
 titate continua permanenti. et supponi-  
 mus dupliciter posse acquiri. scilicet vel  
 tota simul. ut in prima creatione primae  
 materiae cui est accidens coequis. et  
 ut sic ad illam non dat' motus. Succedat  
 uera alio. q. tota simul fuit producta  
 secundo modo acquiratur paulatim. ut  
 quando est transitu de minori ad maius  
 et sic fit mediante duplici actu in ui-  
 uente. per unam minimum. quae appella-  
 tur nutritio. quae mediante alimentum  
 convertit substantialiter in substantia  
 aliti. per alteram uero quae media acqui-  
 rit. et unit' quantitas alimenti. cum ipse  
 existente quantitate in uiuente. et hoc  
 uocat' argumentatio. et in hoc ultimo  
 sensu dat' ad quantitatem per se motus.  
 probat' conclusio. q. partes istae per quas  
 auget' quantitas sunt per se diuisibiles  
 et extensa in ordine ad locum. ergo ex  
 natura sua possunt successive attingi-  
 to enim ut diximus supra. tardius est  
 motus quo distantia partium rei motae est  
 maior. ergo si quae reperit' distantia in-  
 ter



ter partes per quas quantitas augetur /  
etiam reperietur sufficiens fundamen-  
tum ad motum successiuum ~

Sed contra quod una ex conditionibus mo-  
tus est quod sit inter contraria, sed quan-  
titas caret contrariis, ergo et eius partes,  
ergo quamuis de transitu de minori  
ad maiorem quantitate non dabitur  
motus, quod minor quantitas non opponi-  
tur maiori.

R. q. licet non opponantur in ratione qua-  
ntitatis ut sic, opponuntur in ratione talis  
quantitatis minoris et maioris, et quan-  
do Aristoteles dixit quantitatem careere  
contrariis intelligendus est de contrari-  
etate illa, quae reperitur inter formas, quae  
ab eodem subiecto maxime distant, et  
mutuo se expellunt, quae contrarietas  
tamen non est reperire inter partes augmen-  
tationis quantitates, immo ut notauit  
nos supra in secunda conditione, non  
est necessaria eiusmodi contrarietas  
ad rationem motus, sed solum illa quae  
impedit instantaneam mutationem  
quare cum de quantitate minori ad ma-  
iorem non possit transire, nisi paulatim  
et successive. Dicendum est dari per se  
motum de minori ad maiorem quanti-  
tatem.

Dico. 3. ad quae sita erit ad per se mo-  
tus. pro cuius intelligentia est notandum  
primo quod duobus modis dicitur quantitas di-  
uisibilis. Extensiva scilicet et intensiva  
Primo modo est circa diuersam partem  
sub



Subiecti: ut quando calor existens in ma-  
 nu extendit ad brachium, uel circa di-  
 uersam partem subiecti, ut quando habet  
 logica unus conclusionis extendit ad  
 subiectum alterius: Secundo modo scilicet  
 et intensiue est circa eandem partem  
 subiecti, ut quando in manu est unus  
 gradus caloris et magis in ipsa manu ra-  
 dicat, usque ad quartum, aut sextum gra-  
 dum. Conclusioque non est intelligen-  
 da de qualitate extensiue, quoniam sic  
 ad illam non datur per se motus, nam tunc  
 diuisibilitas que est in qualitate non est  
 per se, sed ex quantitate circa quam  
 extendit dicitur. Et sic dabitur motus per  
 accidens ad illam, quem ad modum dicitur  
 de substantia. intelligenda ergo est con-  
 clusio de qualitate intensiua.  
 Et declarat, quoniam licet quando qua-  
 litas producat a sua privatione, et non  
 a suis contrariis ad illam solam datur per se  
 mutatio, et non motus, ut constat in lu-  
 mine, quod etiam si habeat partes quia  
 tamen producit sine contrariis ad illud no-  
 dat per se motus: tamen quando qualitas  
 est per se diuisibilis, et sic ex suis con-  
 trariis, et cum resistantia contrarij extra  
 naturam suam petit successiue produci per mo-  
 tum proprie dictum.  
 Probat tamen conclusio, quod qualitates que  
 diuisibiles sunt ex una parte in partes  
 graduales, et ex alia sunt cum resistan-  
 tia contrarij non possunt fieri in instanti  
 neque simul produci ab agente, ut quando  
 calidum fit a frigido ergo naturas suas  
 pos



postulant fieri successive, et consequē  
ter dicit ad illas per se motus.

Est tamen uterque animadvertendū  
duplex qualitatum genus reperiri, alie  
enim sunt divisibiles, ut calor frigus  
est, et alie indivisibiles ut amor odium  
est. Licet igitur ad priores det per se mo-  
tus, quia successive et paulatim producuntur  
et non contrariantur quocumque gradu  
nam naturaliter calor et frigus inue-  
niuntur in tepidis. Ad posteriores vero  
non dicit per se motus, quia in quolibet gra-  
du opponuntur. Et ita quamvis quis ha-  
beat charitatem ut solus, si habeat odium  
ut unum amittet charitatem in in-  
stanti et e contra, cuius rationem iam  
reddidimus sumptam ex instantis forma

¶ Dies quartus ad Vbi datur per se  
motus, non loquitur de Vbi diffinitivo  
nam eant hinc ex natura sua et indivisi-  
bile acquiritur in instanti. Decemur  
ipsum probat, quod est modus intrinsecus  
rei petentis produci successive, ergo ut  
ipsa pete successive acquiritur, quod sufficit  
ad rationem motus per se. Supposita con-  
trarietate in Vbi ex malis quare mo-  
tus localis, quo ubi circumscriptum  
acquiritur, vere et realiter est motus per  
se.

Sed contra quod in quolibet mobili quod  
antitatum, reperitur puncta, et indi-  
visibilia, ergo in instanti acquiritur  
presentia localis partium continui, pro-  
bat, quod quemadmodum instant tempus  
non est divisibile in partes temporis  
ita punctum continuum non est divisi-  
bile.



visibile ergo simul acquirit totam presen-  
tiam localem. patet hęc consequentia. qz  
si totum continuum constat indivisibilibz  
et hęc in instanti acquirit suam presen-  
tiam. ergo et ipsum continuum. ) . ) . )

Respondeo qz continuum non constat solis  
partibus. quemadmodum. nec tempus solis  
instantibus consistat sed partibus et instanti-  
bz. et sic ad argumentum admittimus pro-  
cum esse indivisibile. et cum inferat ergo ac-  
quirat presentia partium concedo. ergo acquiri  
et presentia continui nego. Nam præter pte  
ta sunt partes successive in continuo. que  
ex natura sua possunt moveri localiter. ad  
quas ubi. divisibile sequit. ad quod datur  
necessarius motus

Dico / 5 / ad relationem mundi ad persemo-  
tus immo neqz mutatus. Primum patet qz  
omnis caret contrariis. et partibus pecen-  
tibus fieri successive. Secundum probat  
qz si daretur mutatus esset actus realis absolu-  
ta. Et hoc non qz mundus nec terminatur  
ad respectum. neqz esset respectiva. qz nō  
datur aliquid predicamentum. in quo possit col-  
locari. Dico poro in predicamento actus  
contra qz in predicamento actus ponant  
actus absolutos. sed implicat dari aliquo  
predicamentum commune absolute et rela-  
tivo ergo.

Arguo tamen contra conclusionem. quia  
adveniente relatione aliter se habet subiec-  
tum qz ante ea. ergo quamvis mundus sit mutus  
ad relationem. dabit tamen mutatus

Respondeo antecedenti et distinguendo  
consequens aliter se habet immediate per



ipsam relationem concedo. per aliquam ac-  
tionem distinctam ab ipsa relatione neq[ue]  
ad mutationem autem transiit sufficiens sub-  
iectum ut cuiusq[ue] se habeat aliter q[uam] antea  
sed q[uod] productio illud per quod subiectum  
se habeat aliter q[uam] antea per aliam dis-  
tinctam a se. relatu autem cum sit mo-  
dus fundamenti se ipsa aut ab illis, quem  
ad modum esteri modi videt[ur] processus in  
infinitum. Vnde proprie et in rigore. Sicut  
Subiectum habeat nunc unum modum et  
postea aliud tunc ueremutat[ur] predicantē  
taliter, sed transcendentaliter, q[uod] imme-  
diatē modus perse perdet a subiecto cuius  
est modus. Neq[ue] est etiam ratio de Vbi.  
nam cum sit necessarium sequat[ur] quanti-  
tatem diuisibilem ad illud debet dari per  
se motus, quod non contingit in relatione  
equaliter in substantia de malis predica-  
mentis reperta. Et eodem fundamento.  
dico ad quando modus perse motum, q[uod]  
absq[ue] omni actione res permanentes durant  
Neq[ue] ad situm uel habitum, q[uod] solum add-  
unt modum partium uel res

Dubitat tamen etiam in pre-  
senti an continuum constet ex in-  
diuisibilibus?

Et utandum q[uod] non agimus de quocunq[ue]  
induisibilib[us]. sed de eo quod ad genus quan-  
tatis pertinet, quale est punctum, linea  
et similia. nec loquimur de quocunq[ue] par-  
tium compositione. sed de integrali, que  
sit secundum partes integrantes, que ual-  
de differunt a partibus substantiæ rei. nam

par



partes integrantes sepe similes sunt, ut  
 quilibet pars ignis, ignis est, et quilibet pars  
 aquae est aqua. Dicuntur sepe, quia non quilibet  
 pars hominis hominis est, sed alia est pars,  
 est materia, alia forma in compositis phy-  
 sicis, et est autem differentia inter partes  
 priores et posteriores, priores enim non ha-  
 bent eundem adaequatum locum, nec pars est  
 in loco totus, ut patet in ulna, ubi est  
 medietas, et sic non est adaequata in altera  
 medietate. Et una medietas non est in to-  
 to loco ubi est totum, ac partes substantiae  
 non sic, sed in quo loco adaequata est materia  
 ubi etiam est et forma. Et in toto loco  
 compositum est, ubi materia et forma ex-  
 istunt. ¶ Praeterea differunt quoniam par-  
 tes integrantes possunt separata consistere,  
 ut una pars sine alia parte existere,  
 ac materia sine forma, alia forma corrupti-  
 bilis sine materia minima.

His suppositis dico primo Indivisibilia  
 sunt in se quamvis non omnino distin-  
 guantur realiter a continuis. Primum probat  
 hoc, non repugnat dari corpus perfecte sphae-  
 ricum, et corpus perfecte planum, et quibus  
 modi corpora tangantur, sed tunc talis est  
 in indivisibilibus, ut constat ex geometria, ergo  
 Secundo probat ex continuatione nam duae  
 partes requirunt continuationem, nisi median-  
 te aliquo committente utramque, hoc autem  
 committens debet esse commune utrique, alias  
 non committeret illas: quod si commune est de-  
 bet esse indivisibile, nam si divisibile esset



esset commune. sed pars esset unus & pars  
alterius partes continuata. Et sic corpus  
set alio continuante et sic in infinitum))  
ergo est indivisibile.

Secunda vero pars scilicet non distinguitur  
indivisibilia realiter, tanquam res a re, sed  
tanquam modus a continuo. probatur. distinctio  
omnium a se uel a re, tantum reperitur  
inter duas res, ac indivisibilia non sunt  
res sed modi res continue. ergo. probatur  
minor. nam linea est modus quod corpus est  
mensurable secundum longitudinem tan-  
tum. et punctum est modus, qui partes in-  
tegrantes continuant. et qui ipsum conti-  
nuum terminat. Similiter dicitur de super-  
ficie. ergo quamvis a parte res indivisi-  
bilia reperiantur, non tamen realiter distinc-  
ta ab ipso continuo. )

Secundo probatur utraque conclusio pars  
quemadmodum compositum physicum  
constat ex materia et forma unitis, ita  
continuum ex partibus. Sed forma et mate-  
ria cum unitis componunt compositum  
et nullo modo sine illa. ergo et partes conti-  
nui componunt ipsum mediante aliqua  
unitate. ac ista unitas non potest esse indivi-  
sibilis. ergo indivisibilis. minor probatur  
ex dictis in probatione primae conclusionis  
Dicitur secundo continuum non potest constare  
ex solis indivisibilibus probatur quod si mag-  
nitudo esset composita ex indivisibilibus  
sequeret quod motus velocissimus et tardus  
in eodem tempore per equalia spacia fe-  
rent, quod est impossibile. probatur sequel



Sa. deo spacium indivisibilem ne ducem  
 per quod Petrus velocissime. et Paulus  
 tardissime moveant. tunc in eodem te-  
 pore. quo Petrus transit unam partem. sic  
 sic unum indivisibile spacij. in eodem  
 tempore Paulus transit eandem partem  
 spacij. Et sic de singulis partibus. ergo in  
 toto tempore. quo Petrus transit totum  
 spacium etiam Paulus pertransibit. con-  
 sequentia est nota. et probat antecedens  
 nam singulae partes sunt indivisibiles  
 Et ita dum velox illas transit etiam et tar-  
 dus. Dices rursus. immo dum transit v-  
 nam partem velox transit duas. Sed est  
 tra. Si dum velox duas transit tardus tan-  
 tum unam. ergo dum velox transit unam  
 velox transit dimidiam. Et dicitur in-  
 divisibile. quod si nihil transit tardus non  
 movebitur contra supposituram. quoniam  
 supponimus utriusque moveri. alij ali-  
 as adducunt rationes. sed ista sufficiens  
 est ad affirmandum continuum ex  
 continuis partibus. Et non ex indivisibili-  
 bus compositis. dico compositi. nam cum inze-  
 inueniamus esse pluralitatem aliquam. et  
 diversitatem cum unione ubi datus compo-  
 sitionem. Et cum in continuo inveniamus  
 quod uni parti inest alteri parti non inesse  
 Et quia dicitur unum sunt. necessarium daturus  
 compositionem.

Sed contra Arguitur Primo. Numerus et  
 continuum pertinent ad idem genus quan-  
 titatis. sed non repugnat numerum ex in-  
 divisibilibus constare. Et arguitur. ergo negat



177  
annuum. Adde q. ex divisione continui  
fit numerus, sed numerus est ex indivi-  
sibilibus. ergo.

R. d. y. parum esse rationem inter continu-  
um & discretum, q. in continuo <sup>non</sup> idem ne-  
gamus compositionem ex indivisibilibus  
q. quantum est; sed q. habet partes inter  
se continuas & se situdistantes, secundum  
quas motus fieri possunt. Si enim omnia  
essent possunt esse, sic componeret ex indivi-  
sibilibus. ac numerus abstrahit a continuo  
a loco a situ. et a motu. Sed quod non repug-  
nat ex indivisibilibus componi.

Secundo arguit. Vnumquodque componit  
ex his, per quae definitur; sed linea definitur  
per puncta. ergo conficitur ex punctis. pro  
6<sup>o</sup> minorum. ex. 1. post. cap. 4 ubi puncta  
ita dicuntur substantia lineae et deinde  
linea definitur longitudo punctis terminata.

R. Imprimis definitio nem lineae lo-  
quatur de diversitate ut diximus in post. d. 1.  
de quantitate. Deinde R. q. Aristoteles  
puncta vocat substantiam lineae. secun-  
dum opinionem communem, quae tunc uo-  
cabat.

3<sup>o</sup> Arguit se divisio continui est in  
partes continuas. divisio continui nunquam  
fitur, ergo continuum maius et minus  
sunt equalia. q. utrumque in infinitum  
est divisibile. R. q. non bene sequit  
ut partes habeat totum. sicut et hoc, ex  
q. tunc equalia, nisi partes sint equalis  
unde in duas medietates dividitur maius  
et



Infinitus sed medietates maioris, maiores  
sunt q̄ minoris. Et id q̄, ex divisione  
equalit partium quoad numeros sequat̄  
equalitas continuorum.

ex quo sequit̄ quodlibet continuum in in-  
finitum esse divisibile. id est nunq̄ sic est  
divisum, quod ulterius dividere non possit.

per aliam tamen viam potest efficacius im-  
pugnari conclusio. Primum quod non est possi-  
bile divisum infinita nisi precedant partes in-  
finita. ergo si secundum nostram sententi-  
am continuum est divisibile in infinitum  
partes debent supponi, et precedere infini-  
ta. Et si hoc admittat sequit̄ dari infi-  
nitum in actu. Et cum quilibet pars con-

tinui sit quantitatiua. sequit̄ <sup>omnes</sup> ~~partes~~  
partes ~~continui~~ infiniti ~~partes~~ locum occupa-  
re. Et supponendo idem iudicium esse de

bere de ista divisione partium continui  
ac de additione quantitates discretas. hec  
enim additio dicit̄ infinita syncategore-  
matice. N. g. cum numero ternarius addi-  
t̄ una unitas fit quaternarius. et quamvis  
semper addas unam unitatem nunq̄ facies  
unum infinitum, q̄ id quod finitum est  
requit̄ infinitum fieri per unam unitatem  
Et q̄ semper cuiuscunq̄ numero potest  
addi una unitas, talis additio potest dici  
infinita syncategorematicae. id est nun-  
q̄ dici potest sic numerus sic additus est  
per talem unitatem, ut additio nam unius  
unitatis non possit admittere. Et hoc dicit̄  
infinitum syncategorematicae. q̄ nunq̄  
est



tot unitates habet, quin plures posse ha-  
bere. ut similiter de divisione continui  
philosophandum est. quoniam partem in tot  
partes, quin inter tot posse partem, et  
hac ratione dicitur habere partes infinitas  
ex quo non inferre quod libet continuum  
occupare locum infinitum: quod quamvis  
ille in infinitum sine divisibilibus per di-  
visionem potentialem quam habent mo-  
do explicatis, abtamen quod non sunt alio-  
sicut divisibiles. Locum infinitum non poterunt  
occupare. Ac proinde eorum quod divi-  
sio infinita est procedunt etiam infinitae  
partes. Arguit etiam ratione theologia  
vel deus cognoscit actualiter infinitas  
in partibus distincte, vel non. Si non, ergo  
non sunt tales partes: quod quod est ap-  
terius perfecte cognoscitur a deo. Si cog-  
noscat inquiri. Attingunt earum qua  
cognoscitur a deo sine divisibilibus vel non  
si divisibiles, ergo iam non omnes sunt  
cognita a deo distincte sed confuse, qua  
tenus alias partes includunt: quem ad  
modum nos cum tres aut quattuor par-  
tes continui cognoscimus, et nullis reliquis  
as: Si vero partes, quas deus cognoscit sunt  
indivisibiles, ergo tandem continuum re-  
ducit ad punctum. Ex indivisibilibus  
ponit. Respondet Deum cognoscere quod  
id quod est cognoscibile cognitione perfecta  
et comprehensiva. et eorum cum sit du-  
plex cognitio distincta scilicet vel ex parte  
sub



subiecti. uel ex parte obiecti. fit ut deus ex parte sui cognoscat distincte. et obiectum in se sic indistinctum. uel confusum. et hęc est perfecta cognitio qz terminat ad rem ex modo. quæ est in se ad continuum scilicet indistinctas partes habens. quemadmodum egi distincte dico uidere parietem. qui tamen habet in se partes indistinctas et confusas. et cum hac solutione multis alijs obiectis satisfacies. )

Circa septimum et octauum Librum quamuis ex alias dictis nonnulla repetamus et aliter qz ibi proponitur. Dubitat Vtrum mundus factus fuerit ab æterno. et conclusus est negatiua et deside ut constat ex illis generis. 1. in principio creauit deus celum et terram. quod de initio temporis explicant sancti patres. Arguit tamen primo contrarietate. proprium est similibus se communicare. ergo cum deus sit simile bono ab æterno debuit se communicare. aut ergo potuit et uoluit. et sic haberemus interitum: aut uoluit et non potuit. et ita uoluntas et potentia dei non essent equales aut potuit et uoluit. et ita fuisse mundum non tribueris mundo quod potuit. Et confirmat. causa in actu effectum in actu postulat. sed deus ab æterno est causa in actu. qz esse causam in potentia imperfectam dicit in deo impossibilem sine simplicitate. ergo. )) Respondet qz licet  
 2. un



174  
concedamus deum potuisse mundum pro-  
ducere ab eterno. voluit tamen ab eterno  
condere. quia sapientia potius quam invidia est  
volle facere quod quod potest. ac proinde  
magis condidit quod mundus in principio  
fieri durationis quam quod esset ab eterno. pri-  
mo propter reverentiam creatoris. quam  
non ita facile creature exhibuissent si se-  
nosset ab eterno productas. Secundo  
ut cognosceremus quod sufficiens sit sibi divi-  
nitas ut bonorum nostrorum non regent  
terro ut intelligeremus deum esse agentis  
liberum. Libereque mundum creasse. ||

Ad confirmationem R. deum ab eterno  
esse causam in actu. quoad actionem immo-  
nentem. non vero quoad actionem transe-  
untem.

Secundo Arguit motus et Tempus  
Sunt idem sed tempus est eternum. ergo  
et motus. minor probat primo. quia si tempus  
incipit. non videtur dicere nunc est tempus  
et antea non erat tempus. sed quando dici-  
t antea designat tempus. ergo est repug-  
nantia. Confirmatur. nam si tempus  
factum est et incipit. aut illud fuit in  
tempore aut instanti. Si primum ergo  
erat tempus antequam fieret. Si secundum  
eum de ratione instantis sit quod continet  
partes temporis antequam illud instans fuerit  
sicut tempus. et sic infinitum.

Ad hoc argumentum R. quod particula an-  
te non significat tempus positivum. quod  
od precesserit. sed negat aliud precessisse  
sicut cum dicimus extra velum nihil esse

per



per particulam extra non intelligit po-  
situm aliquod sed prout corpus unum  
coeleste nihil aliud sit.

Ad confirmationem dico tempus incipit  
se in instanti. non quidem continuatur  
sed initiatur: quemadmodum et punctus  
est initiativum quatenus se tenet ex par-  
te principij lineę. et continuativum qua-  
tenus est inter partes. et est terminativum  
in ultima parte lineę.

Tertio arguit. quidquid est incorrupti-  
bile. est ingenerabile. at quidquid est  
incorruptibile et ingenerabile est eternum  
ergo mundus est eternus, quia incorruptibi-  
lis et ingenerabilis est.

Respondes distinguendo ignorem. et enim  
ingenerabile et incorruptibile quod in suo  
esse a nullo dependet (ut deus) est eternum  
non tamen est eternum illud ingenera-  
bile et incorruptibile. quod tale dicitur  
ex eo quod sit per creationem nullo supposito  
subiecto. quamvis nec acceperit esse per ge-  
nerationem. nec sit desititum per corru-  
ptionem.

Ante autem mundus vel aliqua creatu-  
ra potuerit ab eterno produci. quidam ne-  
gative indistincte responderit non admit-  
tentem ullam sine initio durationis potu-  
isse ~~pariter~~ creari. Alij distinguunt de  
rebus successivis. et permanentibus qua-  
les sunt coeli et elementa. quod posito

Dicunt primo quod res successivę ut successi-  
vę sunt requirunt esse ab eterno. quia  
in suo conceptu formali includunt prius et  
posterius quod repugnat rei eternę gene-  
ces





cessario potulac esse simul. ergo quod ad  
partes successivas quales sunt motus tem-  
pus et generationes rerum mundus ab q-  
terno esse non potuit.

Secundo dicunt quod ad partes permanē-  
tes mundum potuisse produci ab eterno  
probat quod non implicat ex parte dei quod si-  
cut deus potest operari ad intra immanē-  
ter, ita et ad extra transeunter. Sed ad in-  
tra operat ab eterno. ergo similiter potuit  
et ad extra servata tamen distinctio  
quod ad intra operat necessario, ad extra vero  
libere, neque implicat ex parte creature  
nam adhuc maneret in esse entis creati  
sicut et amittibilis. Licet enim angelus  
et anima rationalis sint eterni a parte post  
adhuc remanent in esse creaturae. est en-  
im inseparabilis a creatura dependentia  
a creatore. cui sit honor et gloria in se-  
cula seculorum amen.) ~





401



... quod ...

Secundo ...

... quod ...


... quod ...

... quod ...

... quod ...

... quod ...














L











